22-6

Merula

Joa Vinc.o
in Tom.
Antiquitat.

Caioni Antiquitatis

20.

I
00252

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Sala Est. Tab. Núm.

Georgij Merulæ Alexandrini anti-
quitatum vicecomitis

I
00252

b18519056

AD INCLITVM PRINCIPEM LVDOVICVM MARIAM SFORTIAM VICECOMITEM IN LIBROS ANTIQVIATIS VICECOMITVM GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI PRAEFATIO.

QVANTVM iacturæ ignoratio historiarum Italiæ attulerit Ludouice Princeps: & in q̃ pudendos & pnicioſos errores ii nos cõiecerint: qui de maximis belli & pacis negotiis ſine cognitione ueteris memoriæ aut diſſerere: aut aliquid litteris mandare uoluerunt: & ſi alias deprẹhendebam: nũc certius cognoui: dum tuo iuſſu recentiora noſtrarum urbium monumenta & publica acta: tum quæ priuati homines: uelut in annalium formam ſcripta reliquerunt: explоro. Nam quod ieiune inepte ſine ulla elegantia aut ſplendore orationis pleraq; omnia enarrant: hoc tempori quo latinæ litterę & romanæ artes peſſum ierant: quod autem magna in parte uani & mendaces & ſibi non conueniẽtia ſcribant negligentiæ & temeritati adſcribendum arbitror. Si enim i iis tradẽdis: quæ uel ipſi uiderunt: uel de parentibus accepere: non incurioſi ueritatis indagandæ fuiſſent: non adeo ſtulte: ne dicam falſo: ea ſcripſiſſent: quę dum leguntur: quis uel parum i litteris & cognitione rerum uerſatus riſum & ſtomachum continere poteſt? Quid cum ab ſua & patrũ ætate paulo remotiora repetere conantur: fabulas profecto pueris narrare eos dixeris: & iis plane ſimillima: quæ circulatores collaticiæ ſtipis gratia ad oblectandas imperiti uulgi aures paſſim iterando decantant? Sed utinam intra huiuſmodi ſomnia & cõmẽtitias narrationes omnis iactura ſtetiſſet: & niſi ſi qui publica negotia adminiſtrant: quiq; non parum ſtudii diſciplinis impertiti ſunt: dum hiſtorias negligunt: & liberali homine indignum putant ueterem memoriam rimari: hi ſuis uerboſis & abſurdis cõmentationibus barbarorum imperio: externęq; libidini florentiſſimas Italiæ urbes ita addixiſſent: & quodammodo cõſecraſſent: ut inde exauctorari ſummum nefas habeatur. Quare Ariſtoteles: ut cætera omnia: ſic illud prudentiſſime dixit: eos qui hiſtorias ignorent ſemper pueros eſſe: & proinde ab omni rei pu. adminiſtratione ſummouẽdos. Refert enim plurimum ad incolumitatem regni: ſiue fines proferre: iniurias ulciſci & tua iura tueri uolueris: tuæ gentis & uicinarum urbium res geſtas tenere: ut ea intueri exemplorum documenta poſſis: ſi quæ in illuſtri monumento: poſita ſunt. Ergo cum detrimenta & calamitoſos caſus mecum reputo: quæ Itali homines ſuſtinuere: poſtquam amiſſis litteris atq; regno peregrinæ ditioni ſubiecti fuimus: miſeratum omnipotentem deum calamitates noſtras: triſteſq; urbium ruinas affirmauerim: cum Vicecomites ad recuperã

Num. 22. cap. 6. num. 20.

COLL. SOC. IESV SALM. EX BONO REGVM.

das maiorum opes constituendaq; regna suscitauit Exhausti mole tributorum erant populi: externis tyrannis nihil exceptum. exarserant ciuilia odia. in diuersa studia per principes factionum distractæ urbes: obuersis in se ipsas uiribus internecina bella exercebant. incendiis rapinis cædibus & fuga ciuium omnia fœda. Intercessere Vicecomites barbarorum auariciæ atq; uiolētiæ domesticoq; furori finem: & tātis malis remedia attulere. Salutare uicecomites regnum in Italia constituerūt. Ita nostros reges habuimus: nostrisq; legibus uiuere cœpimus. Verum ut fortuna illustrium uiroruin gloriæ plurimum infesta est: siue temporum iniuria & scriptorum inopia hoc effecerit pene illorum memoria interciderat: ut plane incompertum esset: quibus hominibus libertatem & salutem nostram acceptam faceremus: nisi tu Ludouice Princeps labē tem tanti facti memoriam erigi & instaurari iussisses. Principale iam pridem erat: quæ clari uiri magnifica gessissent. ea cōscriptionibus historiis & pluriformibus monumentis: ut sempiterna starent custodire. Sed quis ętate nostra: aut multis retro sęculis hoc fecit? nemo hercule nemo. Tu enī Ludouice primus ad scribendas celebrandasq; maiorum res animum adiecisti. Res sane perdifficilis & laborioſa: quippe recens omnis historia cōfusa: tum parum sibi cōstās & plane puerilis habetur: ut qui heri quippiam memoriæ mandare conati sūt quotiens de uicecomite loquuntur: balbutire eos dicas in cæteris etiam parū explicata: & proinde obscura est omnis traditio. Hic uide generosissime Princeps quantum uno tuo consilio atq; iussu pręstes: non auos tantum: sed recētiores totius Italiæ proceres ex ignotis in lucem profers: immortalitatiq; consecras. Hęc tua peculiaris laus est. In hoc tibi plaudas: tibiq; placeas. Pacem: fatemur omnes: quam pater defatigatæ longis bellis Italiæ dederat. tueris & sæpe interruptam instauras: surgentes motus tuo nutu & maiestate regni cōponis: ut iam principes & populi boni consulant. Ioannem Galeatium fratris filium parente orbatum nec dum puberem educandum suscipis: & ut es in oi negotio circūspectissimus. ita res gubernas: ut saluus Regulus: regnumq; incolume maneat. Alpium saltus præsidio firmas: & munitiōibus obstruis: ne male quietis gētibus peruii sint. Tu Neapolitanum regnum barbarorum armis & inhumana crudelitate oppressum subleuasti: atq; iterum domestica coniuratione uexatum summissis auxiliis tutatus es. Extensem socerum de summa rerum periclitantem: cum arma tibi undiq; rebellione quorundam intentarētur protegis atq; defendis. Ligurem res nouas mollientem conditione quam armis in fidem & imperium redegisti deniq; patris gloriam: si forte premente tempore fugeret signis: imaginibus: admirabili statua: & litterarū monumentis sistere studes. Hę nimirum sunt generosissimi principis artes: & hac uia æternum nomen: ętemaq; gratia comparatur. Iam enim per populos frequēs rumor te parentem Italiæ: & otii seruatorem dictitat. quod si ut facis. saluti &

quieti populorum: retinendæ illustrium uirorum memoriæ: exornādis disciplinis: fouendis que ingeniis incubueris. sicuti manes & uiuos ingenti beneficio promeritus es: ita posteritas omnis rerum non imprudens te unice colet: atq; in ęternum uenerabitur Vale.

DEFENSIO HISTORIAE.

PERSVASVM habeo non defuturos qui nostram in scriben do diligentiam: nostrumq; laborem partim ad assentationem: alii ad commenta & nugas relegabunt. Quid enim cōscriptio ista uberior & explicatior facta fuit: quando in recenti historia breuiter: & in transcursu omnia enarrari uideamus? Ergo ut iis in limine narrationis occurram: qui i uituperandis alienis libris laudem quæ runt: prefari libet. me accurate & diligenter ea explorasse: & quoad potui oēs excussisse scedas etiam uix lectione dignas: in quibus recentioris memorię ali quid contineretur: neq; puduit interim ab ignobili & rudi scriptore consilia & rationes rerum gestarum: quominus multa in nostra editione desideraren tur: mutuari. Neq; hoc sine exemplo fecimus. Liuius non solum Catonem Pi sonem Celium & cęteros illustres scriptores: sed & linteos libros priuatorum monumētorum custodes: & eos qui i bellis capti fuere: si modo aliquid scrip ti reliquerunt: idoneos testes habet. Si item apud Suetonium ęreæ imagines cum inscriptionibus: urbium acta: & priuatoꝝ scripta testemonii uim habēt: siue is sua cōfirmare: siue quæ alii tradiderunt redarguere & refellere uoluerit: Cur Merulæ non licuit i scriptorum inopia & rerum ieiunitate undecunq; ali quid excerpere: ut ab silentio & interitu langueſcentem & prope demortuam eorum memoriam uindicet: qui præclara facinora edidere? Itaq; nō ab re erit nouiciorum scriptorum nomina prætexere.

Ex Liuio Censorino Claudiano Ausonio.
Ex Longobardorum historiis: Nouicio iure feudorum: pace Constantiæ: quę pro lege recepta est: Cæsarum edictis.
Ex Albertino musato: Dantis poemate: Facio Vberto. Francisco Petrarcha: Blondo: Leonardi historia: Antonino archiepiscopo quando uana nō iactat.
Ex annalibus Mediolanensium: Genuensium: Placentinorum: & Parmensiū: quos uarii scriptores edidere.
Ex actis Senatus ueneti.
Ex fœdere & conuentionibus inter Mattheum Vicecomitem & Castonum Turrianum Hastæ solemniter initis: cum Henricus in Italiam descendisset: quarum exempla cū numismatis gentiliciis ab Isidoro Turriano accepimus.

Ex inſcriptionibus ſepulchrorum & parentalibus libris: quos religioſi uiri ad anniuerſarias defunctorum expiationes cuſtodiunt.
Ex Gulielmo uentura Haſtenſi: Ciſate Mediolanēſi: & Bonincontro Mogū tiaco. horum uulgatiſſimus eſt ſermo: copioſe tamē & ſimpliciter res ſuorum temporum in memoriales libellos congeſſere: uulnera item in bello accepere.
Ex formula conditionum: quibus Haſtēſes & Papienſes in fidem & imperiū Roberti regis conceſſere.
Ex cōuētionibus Alexandrinoꝝ cū Mattheo uicecomite: quādo receptis exulibus a Roberto deſciuerūt: & itē actis & legibus mūicipalibꝰ eiuſdē populi.
Ex actis inquiſitorum: in quibus adhuc exempla execrationū manent aduerſus uicecomites: & eos generatim qui partium matthei facti fortiter iuſſis pōtificis repugnarunt.
Ex diplomatibus & epiſtolis iunioris Federici: atq; edictis Henrici ſeptimi: quo diſceptante in cōcordiam & pacem Vicecomites cum Turriāis uenere.
Ex decretis & reſponſis trium pontificum Bonifacii: Clementis: & Ioannis uigeſimi ſecundi.

PERIOCHA.

ARRATIONEM ab urbe condita exorſi. Bella cum romanis geſta: Barbarorum gentium aduentus: urbis excidia: recentium cæſarum imperia: obortas ſubinde patriciorū cum plebe diſcordias: ciuilibus armis urbem continenter agitatam: quorum uiribus ſubnixi primores ciuitatum de potentatu inter ſe contenderint: Societates & mutua auxilia aduerſus peregrinos hoſtes initas deliḃauimus. Deinde q̄uaria fortuna exul Otho cum aduerſariis certauerit ꝓ ſequimur: donec is ope & cōſtanti nobilitatis ſtudio uictor ſacerdotium & regnum in patria obtinuit: quod ætate iam cōfectus Mattheo fratris nepoti tradidit. Matthei longinquum & triſte exilium: Duarum factionum originem atq; nomina. Henrici ſeptimi in Italiam aduentum: cuius fauore & armis Vicecomites in patriam & regnum reſtituti fuere: Pontificiæ factionis principes ad internitionem Matthei & filiorum cōiuratos: Ligurum diſſenſiones exitiabiles: accerſitos externarum gentium exercitus: gentilia in ſuburbanis & mariuario marte prœlia cōmiſſa: Diras pontificum: Domeſticas Longobardorum contentiones: & rediuiuo furore ciuilia bella impellente Roberto Guelfi nominis propugnatore: atque ſignifero renouata: Hec omnia complexi Antiquitatem Vicecomitis in Matthei morte terminamus.

Index eoꝝ quę memoratu digna in his cōmentariis ſunt uiſa cum commemoratiōe clariſſimarum huius inclyte ciuitatis familiarum Inſubrię Galliæ ciſalpinæ: Ligurię: atq; Venetię.

Ambrosius episcopus
Auxentius.
Atila italiam ingreditur c. iii.
Auariciæ mala. iiii.
Ariana heresis v.
Ambitionis exitus. vi.
Angleriæ Comites. vii.xv.
Archepiscopi creandi arbitrium x.
Ambrosii patrocinio Mediolanū ob
sidione liberatur. xi.
Alexander papa ex Mediolano xii.
Anselmus Pusterleus xv.
Alexandrinorum patientia xvi.
Alexandriæ datus episcopus xvii.
Actiolinus de Romano. xxiii.
Actiolini crudelitas.
Actiolinus Marcellinus. xxxi.
Actio linus capitur. xxxii.
Amatorum familia
Antegachi lii.
Aemilia uia lx.
Aquilę signum lxi.
Agneti Diuę ara. lxii.
Actius Estensis. lxiii.
Albertus scottus lxv.
Auaricia in principe qualis lxviii.
Antoninus hist.carpitur. lxxxiii.
Antoninus de laqua. xcvi.
Amati. xcix.
Alborum factio. cxi.
Alexandrinorum defensio cxvi.
Aedilicium palatium cxvii.

B

Bellisarius iii.
Bobium. vii.
Berengarius viii.
Bonicio carcanus x.
Bernardi sanctitas xiiii.
Bonifacius Marchio Mot.sferrati.xxii.
Bertaciolæ carrocium xxv.
Bosius Dloarius xxxi.
Baldus Ghiringhellus xxxii.
Biragus Castilioneus xlv.
Blondus coarguitur. lix.
Beatrix estēsis Galeacio nubit. lxiiii.
Brachius Pistorienſis.
Bernardinus Polentanus. lxv.
Bartolus reprehenditur. lxxi.
Bernardini sanctitas lxxiii.
Brixiani factiosi
Brusati xcv.
Barbara crudelitas
Brusati cohortatio ad sustinēdam ob
sidionem c.
Brixiæ mœnia diruuntur ciii.
Bonifacius ab alice cxvii.
Bastia cxxv.
Blondus carpitur cxxviii.

C

Circus Mediolani.
Compitum ubi ii.
Cephis Rex creatur
Crux domini v.
Carolus.
Columbanus. vii.
Cisalpinę Italię arx viii.
Carolorum deficit progenies ix.
Crescentius i.
Capitanei. x.
Coradus
Carocii institutio. xi.
Castilioneus ignis. xii.
Clarus mons
Cruciarii. xiii.
Comensis excidii causa
Clareuallis monasterium xv.
Cęsaria conditur xvi.
Caritatis tēplū Veneti cur celebrent

ui aprilis xyiii.
Credentię nomen unde xix.
Capitanei xx.
Credentia Ambrosii xxi.
Ciuiles discordię xxvi.
Celestinus Castilioneus papa.xxyii.
Catarii xxix.
Carolus Narbonensis i Italia xxxyii.
Curadinus imperator Salutatur
Carolus Apuliæ regno potitur
Crudelis ultio.
Ciuiū capita Mediolani cēsa.xxxviii.
Cassonus. xlyi.
Castani.
Catanei lii.
Comes Casates
Cassoni mors. liiii.
Costilionei in Mattheum. lyi.
Cremonēses grauiore tributo a Mat
theo desiscunt. lxii.
Curtius Donatus. lxx.
Castonus Turrianus archiepūs lxxi.
Carolus Apuliæ Rex. lxxii.
Castonus archiepiscopus in uincula
coniicitur. lxxix.
Carolus Secundus moritur. lxxxi.
Castelanci Astenses. lxxxiii.
Cæsares Regni iura in Longobardis
capiunt. lxxxyii.
Coniuratio in Henricum. xc.
Cresso cribellus.
Charitatis exemplum xciii.
Credentia renouata xciiii.
Cremonensium sæua conditio. xcix.
Caualatii c.
Cæsarei procuratores.
Collobianus. cyi.
Curtii. cyii.
Cæsares duo. cxiii.
Castonus pōtificatu se abdicat. cxix.
Castrucius cxxi.
Castelletum cxxy.

D

Dacius Mediolani episcopus. iii.
Ducum appellatio. y.
Desiderius yii.
De ipatore creando lex data primū.x.
Dominicꝰ noue religiōis fūdator.xxi.
Dantes reprehenditur. lxiiii.
Dominicus sanctus sugillatur. lxxiii.
Decemuiri Venetiis creati. lxxxii.
Decēuiralis cōcilii auctoritas.lxxxiii.
Direptionis crudelitas. xciii

E

Exarchus y.
Egentius capitur. xxyiii.
Edoardus Rex. xly.
Edicti acerbitas lxxxiiii.
Estēsis ferrariam recipit cxy.
Exarchus cxy.

F

Fausta ędes ii.
Ferreę coronæ consuetudo. x.
Federicum Mediolañ.uincūt. xyii.
Feudoꝝ origo & iura
Federici finis xx.
Francisci Diui secta xxii.
Frigore Padus congelatus. xxiii.
Federici iunioris aduersa cum Medio
lanensibus pugna. xxy.
Factionum mala xxyii.
Fides regni causa uiolatur lyi.
Facinus canis. lix.
Franciscus Parmensis Mediolani ar-
chiepiscopus. lxii.
Ferraria Venetis dedita.
Fisci impietas. lxix.
Factionum origo ab etruscis lxxi.

Franciſci Diui ſugillatio lxxiii.
Ferrariæ dñiũ Pontifici tradit. lxxxiii.
Factiones in Ciſalpina. lxxvi.
Florẽtini ſupbe Cę. reſpondẽt. lxxvii.
Franciſcus Garbagnates lxxx.
Ferrea corona lxxxviii.
Florentini ignominia affecti c.
Ferruſini cxvi.

G

Goti Romam capiunt.
Gotis q̃diu paruit Italia. iii.
Galli viii.
Gratiã oẽm extinguit ambitio viiii.
Gibellinus Henricus x.
Gotofredus. xiii.
Gibellina domus deficit. xiiii.
Gibellinæ factionis origo. xv.
Galdinus Mediolani archiep̃s. xvi.
Grandinis calamitas xxv.
Ghelphę factionis origo xxvii.
Guielmus March. Montiſſ. xlii.
Galaranus Pontifex. xlv.
Guielmi puſterlei mors publico luctu deplorata. liii.
Guielmus ab Alexãdrinis capitur & eius mors lviii.
Guielmorum progenies lix.
Guielmi puſterlei prudentia miracu loſa. lxii.
Galeacius Mediolani rector lxiii.
Gallura Piſis princeps lxiiii.
Guielmus Bruſatus lxvii.
Guido Turrianus. lxx.
Guido Delphini filius.
Gibel. & guelfæ fact. origo. lxxi.
Galli in Sicilia trucidati. lxxii.
Gutuarii lxxv.
Genuenſis res publica lxxvi.
Guidonis impotens facinus lxxviiii.
Guielmus inuiciatus lxxx.
Guielmus Puſterlęus. lxxxvii.
Genuenſes factiones. c.iii.cxx.
Guarnerius aſpurgenſis. c.iiii.
Gibertus corigia.
Germanorum crudelitas.
Guidonis mors. cvi.
Guido Petramala. cxi.
Caleacius unde cxxxvii.

H

Herembaldus Cotta. xii.
Henricus a Pontifice rebellat. xiii.
Henricos Septarienſis archiep̃s. xxii.
Henricus Mogunciacus xxiiii. lxiii.

I

Inſubres qui. i.
Iuſtinianus imperator iii.
Imperatores Galli viii.
Ioanni pontificatus abrogatur ix.
Imperatoris creandi lex
Imperatores duo x. xxxi.
Ioannes Raudenſis xiii.
Impietatis exemplum.
Iordanus Cluuius xiiii.
Iadra a Venetis expugnatur xxi.
Iordanus Ruſconus xxxiii.
Iordanus ſummaripa. lv.
Ioannonus Becharia lxxv.
Iuriſiurandi formula. lxxxiii.
Iacobus redenaſcus. xcix. ciiii.
Iacobus cornazanus cxvii.
Io. Vic. Archiepiſcopus Mi. cxix.

L

Liguriæ fines i.
Longobardi unde iiii.
Longinus exarchus v.
Lutprandi pes vi.
Longobardorum regni finis & quales in regno vii.

Lex nephanda
Lancio curtius xii.
Laudensibus iniquæ leges a mediolanensibus dictę xii.
Longobardorum institituta xix.
Longobardi reges xx.
Leo de Perego archiepiscopus xxvi.
Luxu uirtus omnis mollescit xxviii.
Lancelottus Anguscíola lxx.
Luca a Pisanis capitur cxi.

M

Mediolanum à quibus conditum i.
Mediolani nobilitas & uires i.
Mediolani litterarum gymnasia ii.
Mediolanum incenditur iii.
Mediolanum solo æquatur. iiii.
Mahometi heresis v.
Mediolanensis ecclesiæ libertas
Matildis Regina xii.
Matildis regnum p̃ mortem ad Ro. Pont. deuoluitur. xiiii.
Mediolani incendium xiiii.
Martinus Turrianus.
Mediolanensis ecclesiæ accisio
Mediolani euersio xv.
Mediolanum restituitur xvi.
Miraculum xvii.
Motta. xx. cxxxii.
Mulier ad uindictam prona
Matthei magni natalis
Manfredi paricidia lxxii. xxv.
Martinus Turrianus. xxx.
Martini clementia
Martinus exulat. xxxi.
Martinus reuertitur xxxii.
Martinus lombardę societatis princeps
Mediolani potentia xxxiii.
Martinus moritur xxxvi.
Manfredi sacrilegia & cędes xxxvii.
Mirabilium familia
Marcellini lii.
Musca Turrianus lv.
Matthei cognomen & natalis lvi.
Montisferrati descriptio lviii.
Merula statielensis lx.
Matth. imperialis uicarius
Mons ferratus in Matt. deditiones
Mulieres Mediolani quare funera nõ sequantur lxi.
Mons ferratus a Matt. deficit lxiii.
Manfredus Becharia lxv.
Muscæ impotens imperium lxvii.
Muscæ mediolani dominus
Muscę superstites filii lxviii.
Matthei exilium lxxx.
Matthei difficilis deliberatio. lxxxiiii.
Matt. & Castonus reconsiliantur.
Matthei filii lxxxv.
Maccioni. xcv.
Mattheus Madius xcv.
Matt. ab exilio reuocatus xcv.
Mattoni Brixię domini ci.
Mascaratæ genuensis factio cxx.

N

Necessitatis exemplum iiii.
Napus Turrianus xxxvii.
Napus capitur xlix.
Napi fœda mors l.
Nicolinus Merulanus lxi.
Nicolaus Triuisanus cardinalis. lxiii.
Nazarius quincionus cv.

O

Ostrogoti
Odoacer iii.
Oliuerius vii.
Otho iunior imperator x.
Oldradus Mediolani prętor xxiii.
Otho Mandellus xxv.

Oldradus Dresanus xxix.
Otho archiepiscopus xxxvi.
Orationes xxxix.xxxxi.xxxxviii.
Oldradus Tangentius
Othonis clementia xlix.
Othonis clementia l.
Othonis mors & laudatio lxi.
Othonis sepultura lxii.
Opicius astensis lxiii.
Opicius spinula lxxxi.
Oratio Antonii ad populares xcvi.
Occidionis crudelitas cii.

P

Palatium Traiani ii.
Portiana ædes ii.
Phocę decreto Ro.Pōtifex cęteris prę ficitur episcopis v.
Pipinus vi.
Pontifex imperio auctus vii.
Pont.creandi ius penes quos x.
Pont:creandi ritus xii.
Pontifices duo
Petrus heremita xiii.
Patrimonium quare xiiii.
Papiensis profligatur xv.
Pacis constantiæ formula
Potestates.
Petrus Vicecomes xix.
Padus conglaciatus xxiiii.
Petrus theupolus
Paganus Turrianus xxiiii.
Petrus Martyr in cathalogum sancto rum relatus xxix.
Paulus Soresinas. xxx.
Patricii a plebeiis urbe fugantur
Plebis furor xxx.
Philippus Turrianus xxxvi.
Philippus Martini fr moritˉ. xxxvii.
Pontificis dilata creatio xliiii.
Pontius Amatus. xlix.
Pusterleus Guielmus liii.lxxxvii.
Ptolomei error lx.
Petrus Crassus moritur lxi.
Philipponus Languscus
Petrus Vicecomes
Polentanus lxv.
Passarinus Turrianus lxx.
Palauicinius.
Placentinæ seditiones lxx.
Pistorienses factiones lxxii.
Potestatis nomen unde lxxvi.
Philippus Achaie princeps lxxvii.
Petrasancta familia xci.
Perfidiæ exemplum ci.
Prodigia cii.
Pontificium interregnum cxvii.

Q

Quirini ueneti lxxxii.
Quinzonus Nazarius cv.

R

Romæ Natalis i.
Rosimunda ii.
Regis uera cura
Ro.ecclesia opibus aucta vi.
Romandiola viii.
Regni sociis nulla fides ix.
Rusco xxxi.
Raimundus archiepiscopus. xxxviii.
Ricardus Languscus xlviiii.
Ruffinus Lucensis lxii.
Ricardus Caminates lxiiii.
Religionis nefandæ auctores lxviii.
Rolandus Barbarubea lxx.
Rampini lxxvi.
Reconciliatæ gratiæ leges lxxxvii.
Roberti potentia cxxiii.

S

Sancti Laurentii ædes ii.

Stroza Tyrannus v.
Sarrazeni ix.
Sacerdotes coniugati xii.
Sepulchri templum Mediolani xiii.
Scisma in ecclesia xv.
Sabellicus redarguit ubi de superato federico xvii.
Sebastianus cianus xviii.
Seditio xxxi.
Squarcinus Burrus xliiii.
Simon Locarnas xlviii.
Soresina liiii.
Suma ripa lv.
Strabonis carpitur interpres lix.
Suardi Bergomo pelluntur lxiii.
Symon Buccanigra lxxvi.
Stephanus Vicomercatus lxxxvi.
Sagazoni xciii.
Scaligeri ueronæ domini cv.
Statua equestris papiæ cxv.

T

Theodoricus iii.
Totilas
Totilæ mors iiii.
Theodolinda v.
Thomas Britaniæ eps occiditur. xvi.
Turrianorum origo xxvi.
Torinus prætor repetũdarum damnatus occiditur xxx.
Thebaldus pontifex xlvi.
Thomas aquinas xlviii.
Turrianus relegatur lxvi.
Turrianorum reditus lxviii.
Tarlati aretini lxx.
Turrianus archiepiscopus lxxi.
Theodorus ex Thracia ad montis ferrati regnum uocatus lxxvi.
Teupoli lxxxii.
Taxatio Tributi lxxxix.
Templari sublatii cxii.

V

Viridarium Mediolani unde ii.
Victigis capitur iiii.
Viperę insigne mediolani xiiii.
Vitalis Michael xviii.
Vicarii imperiales xix.
Vassali ualuassores xx.
Vbertus Ogenates xxiii.
Victoriati nummi xxviii.
Vistarinus laudis dominus xxix.
Vbertinus Palauicinus. xxx.xxxiii.
Vicæcomitum appellatio xxxiii.
Vistarini liiii.
Vicheria lx.
Vberti de Cruce pdigiosę uires. lxii.
Veneti excomunicantur lxix.
Vgutio fasiolanus
Venetus ferraria pellitur.
Vbertus landus lxx.
Vincentius Sanctus lxxiii.
Veneta seditio lxxxii.
Vitani comenses xciiii.
Vgutio fasiolus cxi.
Valentina Spinola cxix.

Finis.

OTHONI VICECOMITI SVMMAE SPEI ADOLESCENTI ALEXANDER MINVTIANVS SALVTEM CVM FOELICITATE.

Postulasti a nobis Otho Indolis eminẽtissimę (Nam quod efflagitaueris dicam: qui in te pudor est: & erga nos obseruantia minime patitur) ut Georgii Merulæ historiam: cuius mihi Tristanus Chalcus uir certe non minus probus q̃ eruditus copiam fecisset: iam ex nostra libraria officina dimitterem: & doctis uiris eam non amplius inuiderem. Credo quia incredibili ardeas cupiditate ex tanti uiri commentariis cognoscere præclara Illustrium uirorum facinora: qui nobilissimæ Vicecomitũ familiæ auctores heroicis suis uirtutibus illam ita per uniuersum orbem concelebrarunt: Vt Potentissimus Rex: Regumq̃ omnium maximus Ludouicus Frãcorum impator inuictissimus eam materno genere contigisse maxime glorietur. Cui quidem tam honesto desiderio quin satisfaciam nullæ causę: quæ hactenus illius editionem distulerunt: nos amplius mouebunt: præsertim cum in ea re mea quoq̃ erga præceptorẽ pietas agatur: quę mihi tanta illi debetur: Vt sæpius mecũ animo considerãti illius sententiam qui parentum loco præceptores habendos duxit: non tam benignus & profusus in eorum laudes: q̃ malignus & parcus fuisse uideatur: quippe quod illis quod uiuamus & simus: at his rectam uiuendi rationem cũ eruditione debeamus: quod quanto illo est præstantius: eo præceptoribus q̃ parentibus magis debendum arbitramur. Et me hercle si quis q̃ est: qui præceptori debeat: in iis nomen suum profiteatur necesse est. quisquis rei litterarię stipendia sub egregio illo meruit imperatore: ex cuius ludo ueluti ex equo illo troiano multi magnę: & excellentis doctrinæ uiri cum uitæ probitate prodierunt: Nam excepto quod ingenue semper docuit & discipulis suis profectum quamuis magnum & præcocem nunq̃ inuidit: morum imprimis rationem tam sedulo semper habuit: ut nullius flagitii uel minima suspicio in eo unq̃ extiterit. Impietatis uero: quod quidem pernicioßissimum scęlus minime dissimulant omnes fere qui ex nostrarum litterarum studiis eruditionis dumtaxat famam sibi aucupantur: quo liberius atq; effrenatius suis indulgeant uoluptatibus: tantum abest quod merito quispiam doctum hunc uirum insimulari posset: ut de christiana religione tam pie semper loquentem cum audiret: ex tanti scęleris suspicione: nedum crimine constanter eximeret. Et cum ad rem paulo auidior haberetur: nunq̃ tamen animum inducere potuit: ut pecuniolas quas ad Senectutis uiaticum sola sibi parsimonia comparauerat: uel tolerabili & consueto fœnore pasceretur: adeo sordidos omnes quæstus nedum turpes & cõmuni hominum consensu dãnatos execrabatur. Huius ergo uiri tã probi: tam continentis: tamq; pii doctrinæ memoria deperibat: quippe quæ

tãtisper duratura erat: donec eam testati potuissent uiri eruditissimi: quos ex remotissimis terrarum partibus: nedum ex uniuersa Italia Georgii fama: magisq; Vrbis admiranda magnificentia Venetias attrahebat: ubi maiorem: melioremq; uitæ partem cum summa tam iudicii q̃ memoriæ admiratione docẽdo: commentandoq; contriuit. Nam in hac inclyta tua patria: in quam lautissimis Principum stipendiis Bartholomeo Chalco: Et Iacobo antiquario uiris cum incomparabili uitæ integritate celebrandis: tum promptissimis in litteratos studiis semper cõmemorandis: ꝓcurantibus: longo ueluti postliminio fuerat euocatus: adeo nõ fuit admirabilis: & quod ingrauescente iã ętate calor qui in iuuene efferbuerat: in sene iam contepuerat: simul q; occupatus in scribenda historia: quod quidem est summi laboris opus: alias iam curas omnis deposuerat. Sed quando in eorum uirorum: quibus gloriosissima tua gens Georgium debet: mentionem incidimus: dolendum mihi profecto esset cum uniuersa litterarum studiosorum cohorte: q; non eandem apud Christianissimum Regem & Ducem nostrum inuictissimum auctoritatem habeant: nisi Iafredus Caroli: cuius ęgregias uirtutes: & singulares laudes tractare reformido: litteratorum omnium esset confugium & receptaculum: qui sua erga illos liberalitate: studiisq; fugientes pene litteras: & in squalorem: & obsoletas iam sordes redactas: e situ in lucem: & e sordibus in nitorem reuocauit. Adeo nihil comitatis: nihil humanitatis: atq; munificentiæ prætermittit: ut litterę quas omnium uirtutum stabilissima sentit esse fundamenta in suum locũ repositæ suam pristinam retineant dignitatem: De cuius quidem uiri laude ut lõge plura dicantur: alium prospexi locum: ubi ingenioli nostri uires exerceam. Nunc ad Merulam regressus: ausim cõstantissime affirmare illius doctrinæ famam in certissimũ discrimen adductã fuisse: nisi eam his cõmentariis asseruisset. Nam in Iuuenalẽ enarrationes: & alia præterea pauca: quæ in Domitiũ & Galeotum elucubrauit: ex eo sunt scriptorum genere: ut uel in maxima diligentia: & in nulla lectoris offensa: & si gratiam apud grãmatistarum uulgus concilient: apud tamen doctos uiros non multum: uel potius nihil laudis promerentur: cum uel integras scriptorum pagellas in huiusmodi hominum scedis relegunt: uel alienos labores: & plerunq; suos: quibus assidue insidiantur: agnoscant: qui si a propriis asserantur auctoribus ut spoliata moueant cornicula risum. Quid si aliquando uisi fuerint dormitare? Omnis profecto uigilantiæ suæ in benedictis fructus amittunt: Adeo fere omnibus est insitum ut alienos errores perspicacius peruideant: q̃ benefacta notent: & admirentur. Vt tibi igitur satisfaciẽ Ottho suauissime: cui imprimis gratificari cupio: & præceptoris optimi famæ consulerem: quam conuelli fugillariq; nollem: ipsius cõmentarios tandem emittimus: de quibus aut in auctorem me fallit amor: aut uere affirmare possum: nullum esse hac tempestate uirũ: cuius iudicium nulla sit liuoris tabe suffusum: qui litterario monumẽto suam extẽdi famam desyde

ret:ut non mallet hos euigilasse commentarios: quam spacioſa eorum uolũi
næ in quibus nulla re tantum sibi placere uisi sunt:q̃ quod milleſima pagina
ſuæ conſurrexerint hiſtoriæ. Is.n.cum acerrimi eſſet iudicii: & sciret quanti
operis eſſet res geſtas litterarum monumentis commendare: nonſolum dili-
gentiam probauit dum ueteres perpendit annales: ne quid non uere dicat:
id quod fuit admodum difficile:quãdo de originibus huius magnificę urbis:
deq; gentis tuæ antiquitatibus:quas hac librorum decade eſt executus:plę-
raq; fabuloſa circumferebantur: ſed uarietate rerum peritiſſime diſtinxit:&
uerborum delectu:atq; proprietate perpoliuit:de cuius toto orationis genere
ſi quod ſentio:paucis aperire uoluero:ipſius fere uerbis utar:q cum ad iudicii
ſui ſtateram nonnullorum noſtri temporis ſcripta appenderet:dicere ſolebat
eos q̃ſimillimos uideri fluuiis:qui leni & ęquabili aquarum agmine profluen
tes:nullis raperentur uorticibus: qui non ſine grata uoluptate in magnis ſpe
ctantur aquis: Similiter illius hęc ego ſcripta uorticoſo comparauerim flumi
ni:ubi tamen nullum timeatur periculum:adeo nulla eſt clauſula:quę nouita
te & figura dictionis:aut elaborata elocutione lectorem non rem oretur. Sed
hoc candidi lectoris iudicio relinquimus: quem non dubitamus ubi opus dili
genter perlegerit:longe melius q̃ ego ipſe ſentiam de eo iudicaturum. Quod
quid meum aliquo præſidio communiendum eſſe exiſtimarẽ: cuius auctori
tate & tutela rabidos inuidorum latratus non timeret: ex nulla alia familia
comparãdum uidebatur: q̃ cuius heroica geſta & admirandas origines dum
magnificat:atq; recenſet:e tenebris oſtentauit. Et q̃q̃ multi illuſtres uiri in ea
refulgeant: quibus ſingularium uirtutum ſplendore diuinos tuos referenti-
bus progenitores:maximarum rerum prõcinium committi poſſet: æquo ta
men animo patiantur te ſibi adoleſcentulum in hac noſtra electione fuiſſe prę
poſitum. Atq; id non ſolum q̃ Frãciſco illo Bernardino ſis progenitus:qui p̃
Sacramoros patrem & proauum regio ſolus ſtẽmate cenſebatur: cuius fulgo
ri etiam nobiliſſimi gentiles tui tanq̃ minora ſydera citra liuorem concede-
bant: & quem iuſticiæ ac æquitatis tenaciſſimum ſatellitem tota hæc noſtra
Gallia ſuſpiciebat:ut olim Græcia Ariſtidem eſt admirata:Sed quod Ottho
ni illi es cognominis qui pręſenti animi uigore Vicecomitũ familiã illuſtra
uit:ſolidumq; imperium per duo fere ſęcula Mediolani ſtabiliuit:quod aliq̃n
itercœptum ex eodẽ deductus ſanguine Ludouicus frãcorum Rex inclytiſſi
mus quo poſt famigeratum illum Carolum: nemo hactenus Gallicum no-
men magis nobilitauit:imperiiq; fines propagauit:in priſtinum ius aſſertum
repoſuit & collocauit. Accedit pręterea indoles:quam talem omnibus dediſti
dum litteris ſub Iobo uiro optimo & bene litterato intra domeſticos parietes:
ac nobis in publico gymnaſio operam nauas tamdiligentem q̃ aſſiduam:

daſq; nũc maxime in militaribus exercitamẽtis: ut a magnanimo illo heroe: cuius nomen refers te degeneraturum nemo iam dubitet: ſiue domi ſenator ſententiam dixeris: ſiue foris arma tractaueris. Hos ergo commentarios qui nomini tuo dedicati in uulgus exire: & per doctorum fortiumq; uirorum ora uolitare non formidant: dum auidius leges: & tuorum Illuſtrium progenitorum facta recognoſces: conſtantem illam opinionem quam tui apud ciues cõcitaſti te ita confirmaturum ſperamus: ut uirtutum tuarum iubar: maiorum fulgore nihilo hebetius fore perſuaſum habeamus: Imo ad illorũ exemplar te compoſiturum: adeo ut uiuę tuorum imagines ad iuſticiam atq; cõſtãtiam te ualidius excitẽt: q̃ Torquatum illum qui maiorum ſuorum pręclara facinora in cereo gentilitatis ſtẽmate: quod in atriis ſumma cura expreſſum collocauerat: cottidie perlegebat excitarent.

Vale: & Alexandri tui memor uiue.

GEORGII MERVLAE ALEXANDRINI ANTIQVITATIS VICECOMITVM LIBER PRIMVS.

Continet breuem expositionem ab origine urbis usque ad extinctos Langobardorum reges a quibus Angleriæ Comites: qui postea Vicecomtes.

MEDIOLANVM a Gallis conditum cum alii historici: tum Liuius Romanę historię auctor illustris tradit. Nam per Tarquinii prisci tẽpora Ambigatus Celtarum rex: ut regnum prægrauãte populo exonenaret: Sigouesum & Bellouesum ex sorore genitos magno hominum excito numero ad sedes nouas quęrendas e finibus Galliarum emisit. Alteri eorum sorte data Hercinei saltus obtigere. Bellouesus Italiã petiit. Hic ubi alpes per Taurinos saltus transcendit: quos antea alius non superauerat: haud longe a Ticino fluuio Tuscos fudit: moxque cum in agrum Insubrium uenisset cognominẽ Insubrius: qui pagus erat Heduorum urbem condidit: quam Mediolanum appellauit. Quidam scribunt duce Breno eos in Italiam descendisse Gallos: a quibus Mediolanum conditum fuit: cum inter omnes scriptores constet ducentos prope annos antea gallos alpes transiuisse: atque eas occupasse terras: quæ inter Padum & alpes iacent: Brenum uero ducem eorum Gallorum fuisse: qui Romam deleto ad Aliam exercitu cæpere. Strabo geographus Mediolanum uicum iampridem fuisse refert: quod uicatim omnes habitarent: sed tempestate sua eximiæ dignitatis ciuitatem: quippe quę Insubrium metropolis esset. Insubres appellari uideo ab Idoneis historicis quicquid terrarum claditur inter Larium atque uerbanum Ticinum & Abduam fluuios: per quos lacus ipsi in Padum se exonerant: quanq̃ Ptholomeus Nouariam: inter Insubres annumeret. Est & in hoc tractu lacus non ignobilis: quem Eupolim Plinius appellat. hic Lambrum amnem transmittit. Contendunt quidam in Liguribus Mediolanum positum: cum Liguria padum non excedat: eoque fluuio terminentur Ligures. De urbis nomine nihil equidem apud idoneum scriptorem legi. Fama est uetus atque percelebris a Suelanata nomen urbi iditum: quod etiam Claudianus ingeniosus pariter: & eruditus poeta innuere uidetur, Facit hic Venerem relicta Cypro ad nuptias Honorii

Mediolanũ

Insubres qui

Liguria

Mediolanũ quare

& Marię Genuam nauigare: atq; inde per Appenninum in patentes Galliæ campos descendere ad condita Gallis moenia lanigeræ suis ostentantia pellem. Crediderim hunc poetam aut grauem aliquem habuisse auctorem: aut continentē famam sequutum: quę plerumq; testimonii uim habet. Nobilis sane regio tum cœli temperie: tum soli fertilitate: & affluenti rerum copia: unde ciuitas ipsa suo abundans populo: & propriis nitens uiribus semper gentis caput fuit. & quotiens euersa post excidium restituta: ubertate agri: & propinquitate Alpium: ex quibus hominum copia affluit: potentior surrexit. Possem hoc loco refutare non fabulas: sed magis somnia eorum qui a Noe originem repetunt: Sed cum impudenter & stulte ab infantibus & fatuis hominibus tradita sint: ea nec refellemus: nec auctores nominabimus. Opes & uires gentis quantæ fuerint ex hoc maxime cognoscimus. Nam confecto primo punico bello: cum romana arma finitimis omnibus formidolosa essent: Insubres auctore Floro non solum lacessere bello Romanos ausi: sed id uirium sibi superesse existimarunt: ut iureiurando duce Britomaro se astringerent non prius soluturos Baltea: q̄ capitolium conscendissent. Factum & est. In capitolio Aemilius discinxit. mox uouere de romanorum manubiis Marti suo torques. Intercepit Iupiter uotum. nam de torquibus eorum aureum tropheum Iouí Flaminius erexit. Virodomaro rege romana arma uulcano promiserant: aliorsum uota cecidere. Occiso enim rege Marcellus Ferretrio Iouí tertia post Romulum arma suspendit. Hoc bello Plutarchus scribit Mediolanum amplissimam & populosissimam Gallię urbem fuisse: quippe metropolim: pro qua strenue pugnabant Gallí: & obsidione Cornelium circunuenerant. Deductæ sunt in agro a Gallis capto Placentia & Cremona colonię. Ergo adempti agri iniuria Insubres adiunctis Cenommanis Bois: & Liguſtinis populis duce Amilcare poeno Placentiam in uasere: qua direpta: & ex parte incensa traiecto pado Cremonam obsident. a. L. Furio fusi & fugati cum ingenti cęde sunt. Occisa enim & capta supra quinque & triginta milia hominum referuntur. Furius de Gallis triumphauit. Rursum ferox populus accitis Bois: atque Cenommanis arma cœpit. Victi a Cornelio & a Minutio consulibus in deditionem uenere. Rebellarunt item. Depugnauit. L. Valerius proconsul circa Mediolanum cum Gallis Insubribus: & Bois collatis signis. Transiuerant enim padum Boi cum duce Dorulacho ad concitandos Insubres. Cecidere in ea pugna decem Gallorum milia. Pugnatum deinde inter Insubres: & Romanos uaria uictoria. Semper enim ad rebellionem galli spectabāt: adeoque duas colonias cædibus & incēdiis crebro populabantur: ut multi colonoꝝ tedio accolaꝝ Gallorū colonias relinq̄rēt: coactusq; fuerit senatus familias romanas in supplemētū & rescribere: & mittere. Erant tunc bella iūcta Boioꝝ Ligurum & Insubrium. Nam hę

Mli nobilitas

Mediolanē sium uires

gentes inter se fere ex propinquo mutua auxilia ferebant: & quamuis sæpe fusi atque fugati eorum exercitus forent: cæsa multa hominum milia: agri uastati: atque populati: non tamen ita infracti animi fuere: ut prœlio abstinerent: Imo magis illis opes & spiritus ad redintegrandum bellum manebant. Debellati tandem atque deuicti a Claudio: qui de eis magnifice triumphauit: in ius dicionemque po. Ro. coacti sunt. Pacatissima deinde Insubrium: & finitimorum populorum omnia manserunt: atque longa pace cuncta refouente sub tutela Ro. po. & Cesarum acquiescentes: terrestribus magis q̃ maritimis fructibus: & multitudine populi mirum in modum ciuitas excreuit: in quam siue aeris clementia: siue cultu agrorum: dignatione morum: & opum amplitudine Ro. cæsares quotiens ocioſi forent: uel bella cum Germanis atque Gallis essent: diuertere. Cæsar Mediolani ab hospite familiariter inuitatus cum oleum conditum pro uiridi appositum foret: respondit excusanti: non putabam me tibi adeo familiarem. Traianus non solum urbem frequentauit: sed nobilissimum palatium edificauit in ea urbis parte: quæ adhuc nomen palatii seruat. Maximianus Hercules quondam dictus amplissimum templum Herculi excitauit: quod posteriores Laurentio martyri dicauerunt. Scribit Mamertinus in panægyrico redeuntes e Galliis Deo clitianum & Maximianum cæsares in Mediolanensi primum palatio ab iis adoratos: qui ex ordine dignitatis admissi fuerant. cum uero egressi limine per mediam urbem ueherentur: ab ingenti populo in publicum proruente salutatos. quin ipsa Roma gentium domina: ubi aduentare Cæsares cognouit: lumina senatus sui misit: beatissimæ illi per eos dies Mediolanensium ciuitati similitudinem maiestatis libenter impertiens: ut ibi tunc esse sedes uideretur: quo uterque uenerat imperator. Theodosius senior Mediolani mortuus est. Valerianus etiam & ipse ibidem excessit e uita. Notant Eusebius atque Hieronymus Iulianum Galli fratrem Mediolani cæsarem appellatum. Tradunt Herodianus: & Dion Iulianum Didium Mediolanensem fuisse: atque cum pecunias quas ingentes habebat: turpiter expendetet: nouis semper rebus studens in patriam a Comodo relegatum. Hic idem post cædem Pertinacis Cæsaris imperium Romæ licitando aduersus Sulpitianum adeptus est. Mediolani nuptias illas a Claudiano decantatas Honorius fecit. Nouellus quoque Torquatus: qui ab epoto uino Tricungii nomen inuenit: & mox ad proconsulat[illegible] ex prætura: honoribusque gestis progressus est: mediolanensis fuit. Statium Cecilium: cui prinas in comædia partes Nigidius statuit: Insubrem Gallum & Mediolãi genitum quidam auctores sunt. In hac item urbe cultę fuere liberales oẽs disciplinę. Nã & Virgilius Mediolani litteris operã dedit. Albutius quoq; Nouarensis rhetor non obscurus causas Mediolani apud L. Pisonẽ proconsulẽ porauit. Au-

Palatiũ Traiani

Sancti Laurentii ędes

Mediolãi studiorũ

Circ⁹ Mli.

guſtinus Roma accitus oratoriam artem profeſſus eſt. Publicis operibus: & templis adornata fuit ciuitas. Durat in noſtra uſq; tempora appellatio ædis diuę Marię ad circum: quo in loco ſubterranei fornices a foſſoribus ali quando inuenti ſunt. Hoc idem etiam ubi monaſterium maius nũc habetur

Cõpitũ ubi

quottidie ſpectatur: ad ludos uidelicet circenſes: & Theatrales extructum utrunque opus. Templum eſt non incelebre Pauli ad compitum: ubi compitales lares olim cultos & compitalicios ludos concelebratos colligere poſſumus. Patet adhuc area: quam uiridarium dicunt: deducto .s. nomine a ne

Viridarium unde

moribus & uiridariis: quæ plerunque principes & potentes populi intra mœnia tum animi: tum uenationis & aucupii gratia fecere. Præterea templa fuere deum ampla & operoſa: quæ poſtea in appellationes noſtrorum martyrum conuerſa fuere. Nam ędes ſancti Vitalis: fauſta iam pridem dicta fuit:

Fauſta ędes Portiana.

& ſancti Martini ad corpus: portiana: de duobus uidelicet Philippi filiis Fauſto & Portio: qui eas magnifice ſtruxeruut. Extant ſexdecim ſtriatæ columnę operis antiqui ueſtigium: ſiue propylei: ſiue peryſtili eius templi: quod Maximianus (ut ſupra diximus) Herculi conſecrauit. Occurrunt frequenter urbem peragrantibus lapides uetuſtis litteris inſcripti: & ſignini operis fragmenta. Atq; ne longior ſim in his recenſendis: per quę pulchritudo: opulentia: atq; maieſtas urbis quanta olim fuerit: cognoſci poſſit: epigrammate Auſonii contenti erimus. Hic Gratiani Cæſaris pręceptor amœno profecto uir ingenio & eruditione uetere: atq; multiplici Cathalogum urbium nobilium uerſu compoſuit: & de Mediolano hęc inquit.

Et Mediolani mira omnia: copia rerum:
Innumerę: cultæq; domus: fœcunda uirorum
Ingenia: antiqui mores: cum duplice muro
Amplificata loci ſpecies: populiq; uoluptas
Circus: & incluſi moles cuncata theatri:
Templa: palatineque arces: opulenſq; moneta:
Et regio Herculei celebri ſub honore lauacri:
Cunctaq; marmoreis ornata periſtyla ſignis:
Mœniaq; in ualli formam circundata limbo:
Omniaquæ magnis operum uelut æmula formis
Excellunt: nec iuncta premit uicinia Romæ.

Ingenti incremento res mediolanenſis aucta tunc erat: & maxima accumulata diuturna fœlicitate bona. Nã qngentos & amplius annos: neq; ab externo hoſte: nec inteſtino bello iſubres ucxati fuere. Greci qdã ſcriptores uno uerbo abunde urbis amplitudinẽ exprimere mihi uident hoc ẽ πλουσιοφωτον Mediolanum multorum hominum ciuitas. Durauit innumerabilis illa po-

puli multitudo usq; ad Ambrosii tempora. Nam Augustinus in ultimo de ciuitate dei libro narrans miraculum precibus Ambrosii ad sepulcra Gerualii: & Prothasii factum: rem dicit esse celebratissimam. tum quia per q̄ frequens populo foret ciuitas: tum quod in ea forte per eos dies imperator erat. Sed sub Ambrosio episcopo cum pestifero Arii dogmate infecta laboraret Italia: & Ambrosius fortissime rectam fidem defenderet: Mediolanum adeo contaminatum est: ut intta urbem ipsam: gliscente hæresi: ceu diuersarum factionū duces: duo episcopi armis repugnarent. Pluribus tunc in locis Ambrosius in trophęi modū aras atq; sacella erexit: quę hodie uisuntur: & religiose salutātur. Pulsus tamen urbe fuit Ambrosius: & uictore mox Auxentio uelut ciuili bello ciuitas afflicta est: post cuius feram mortem reuocato in patriā Ambrosio omnis Italia ad bene sentiendum de christo conuertitur. Quieuit per aliquot annos ab omni motu & bello ciuitas. Sed iam tunc instabat Romæ fatum: & Italię clades. Postq̄ enim Mediolani mortuo seniore Theodosio non sine pernicie. R. P. summa rerum ad Archadium & Honorium eius filios delata est: Gotti qui patrium solum ante reliquerant: tandem duce Alarico Italiam inuasere: urbemq; Romam populatis: uastatisque finitimis locis obsident: quam quia iam deses: & imbellis erat Italia: desuetaq; armis paruo negocio cępere. Tunc urbs rerum diutius potita imperare desiit fœde barbarorum libidini postea obnoxia: quod eo tempore futurum supra quingentos annos Mathematicus Varroni prędixerat. Tradit Censorinus supputato diligenter urbis natali: & ex duodecim uulturibus: qui Romulo augurium petēti apparuerant: duraturum romanum imperium dixisse ad duodecim sæcula: quod tempus duodecim uultures denunciassent. Agebatur annus Romæ sexagesimus quartus & centesimus supra millesimum: cum illam barbari cuastarunt. Iam urbes & populi rapinis: incendiis: & cædibus permisce bantur: cum Attila per Noricos Italiam ingressus multitudine exercitus omnibus terribilis Aquileiam per triennium obsessam cæpit: atq; subruit: Venetiam diripuit: tum transpadanos reliquos cedibus: & populationibus diuexauit: Mediolanum tum capitur: ac direptum incenditur. Sustitit ad ripas Padi Attila: & siue precibus Leonis pontificis: siue minis apostolorum qui oculis eius obuersati fuerant: in patrios fines rediit. Tunc res militaris adeo iacebat: nostrorumq; hominum animos amissis semel armis is pauor incesserat: ut de Romano imperio occupando penitissimi barbari: & a sedibus suis profugi de Italia opprimenda consilia agitarent. Nam Ostrogotorum reges: & Eruli coniunctis uiribus: & armis cum Gallias atq; Germanias direptis urbibus non sine magna cæde peruastassent: in Italiam arma conuerterūt. Quin etiam Genetlorius Vandalorum: & Africæ rex ingenti multitudine transmissa urbem Romam occupat: qui item

Ambrosius episcop⁹.

Auxentius.

Goti romā capiunt

Romę nata s

Attila ingreditur.

Mediolanū incenditur

Ostrogoti & Eruli

Genetloric⁹

deprecante Leone pontifice templis pepercit: tecta quoque incendi atq; diruí uetuit. Post hęc Ostrogotorum Rex Theodoricus Italiam ingreditur. Odoacrem pręlio uictum Rauennæ obsidet: quem cũ filio cœpit: atq; utroque interfecto ad Ticinum usq; perueniens Italia potitur: quã antea per quatuordecim annos Odoacer ipse tenuerat. Regnauerunt post hunc Theodorí cum Gotti annos circiter centum & quinquaginta: in quo tempore multa nõ libidinose solum & crudeliter egere: sed homines lingua & moribus plurimũ distantes: atq; in ipsa uictoria efferati: urbes multas direptis bonis eiectisque ciuibus aut euertere: aut barbaris habendas concessere. Fædissima quæq; & indignissima patientes populi nil aliud q̃ uastationem: populationemq; agrorum: & desolatas urbes deplorabant. pręcisa erat omnis opitulãdi spes. nulla consilia de libertate inibantur. Constantinopolitani cæsares: in quibus aliqd opis repositum erat aut domestico bello semetipsos conficiebant: aut ab externo hoste pressi: magis fines suos tueri: q̃ aut alios defendere: aut oppressos subleuare uolebant. Ergo cum nullũ deploratis iam rebus foret remedium: omniaq; diutius sub iure & arbitrio insolentium Tiranorum agerentur: deformata tot cladibus Italia fortuna uertit: & Deo optio maximo sic uolente: humana quoq; consilia res affectas Iuuere. Nam Iustinianus siue miseratione quadam in consanguineos: siue ex indignitate facti motus: de liberanda Italia cogitauit. Hic compositis rebus in oriente Bellisarium uirum fortem ducem impigrum: atq; ad omnia belli munera obeunda patientissimum: cuius item magnanimitatem: & imperatorias uirtutes in debellandis Persis expertus fuerat: cũ delectis militibus primum in Siciliam transmisit: quam nullo resistẽte confestim recepit: mox Africam occiso Stroza tiranno sibi subiecit: tum in Siciliam renauigauit: atq; Lucanis se dedẽtibus Neapolim peruenit: quam diutius obsessam per aquęductum cœpit. Creauerant tunc sibi Goti uictigitẽ regem uirum humili genere: strenuũ alioquin: & rei militaris scientissimũ. Hic ubi Bellisarium Neapoli potitum cognouit: urbẽ Romam præsidio firmat. præfectum relinquit Inderimcum quatuor millibus militum. Ipse Rauennam profectus dispersos per Italiam Gotos in unum contraxit. ad centum & amplius pugnatorum milia habuisse Victigitem quidam tradunt atq; ubi audiuit grecum pręsidium ultro a Ciuibus in urbe receptum: Romam propere contendit: quam Bellisarius cum quinq; milibus militum tuebatur: Reliquum exercitum diuiserat is per urbes æthrurię. Dum hęc geruntur Datius qui tũc forte ecclesię Mediolanensi præerat cũ Ciuibus aliquot ad Bellisarium uenit: Mediolanum in potestate imperatoris promittunt: si uel paruũ præsidiũ eo mittatur: Superesse præterea opes non solum ad Gottos a se eiiciendos: Sed plane ex omni cisalpina Gallia summouendos: Deesse aũt qui ex Imperatoris auctoritate res gerat. Hos Bellisarius libenter

Theodoricus

Odoacer Goti q̃tum in Italia regnarunt.

Iustinianꝰ imperator.

Bellisarius.

Stroza tirãnus

Victigis gotorum rex.

Datius Mediolani epꝰ

audiuit:& collaudatos dimisit:pollicitus ubi tempus foret:eam rẽ sibi curæ futuram. Victigis in dies magis urbem urgebat. Sed posteaq; cognouit Arminum a Bellisarii ducibus receptum:Romam obsidere desiit. tunc Mediolanẽsibus legatis auxilia concessa. prefectus est copiis Mundilas uir animi magnitudine:& militari scientia præstans:atq; cum eo Fidelis quidam Mediolanensis regię olim domus prępositus. ex urbe soluentes Genuam nauigant. In de terrestri itinere per Appenninum ad Padum perueniunt: quem protinus traiiciunt ad Ticinum:quam nunc Papiam dicimus. Obuii fuere Gotti: qui tunc ualido pręsidio munitissimam oppidi arcem tenebant:ubi pręciosa multa seruabantur. Commisso leui certamine compelluntur intra urbem Gotti: At Mundilas & copiæ per pontẽ urbi uicinum transiere. Fidelis cum de uia salutandi tẽpli causa diuertisset:excussus ab equo interficitur Huius uiri morte iactura aliqua facta est. Mundilas a Mediolanẽsibus recipitur:atq; Comũ Bergomum Nouaria:& cetera eius regionis oppida exemplum secuta:pulsis Gottis Imperatoris præsidia accipiunt. Victigis ubi ea resciuit:quæ ad Mediolanũ facta erane: Vraiam fratis filium in Insubres dimisit:ut ciuitates quę a Gottis defecerant:recuperaret:quæ uero nundum desciuerant:eas infide cõtineret. Petiuit a Theudeberto rege Francorum ex fœdere nuper percusso auxilia:hic Vraiæ decem milia Burgundionum misit:quibus copiis auctus barbarus non procul a Mediolano castra posuit:diligentissime uias omnes obsidens:ne frumentũ aut alii cõmeatus cõportarentur. Mundilas haud magnũ numerum equitum habebat: Diuiserat enim metu hostium præsidia. dispersi erant etiam milites per loca finitima. Vrbem oppidani:qui concordes erant: satis defendebant. Difficultas erat annonæ:& fames in urbe populosissima timebatur:si barbari diutius quæ insederant loca tenuissent. Hęc ubi Bellisarius cognouit (accersebantur enim subsidia) duces alios cum maioribus copiis ad Mundilã misit. Hi ad Padũ desedere:quẽ prę multitudine hostiũ traiicere non sunt ausi. Iam longinqua obsidione ad ultimum inopiæ uẽtum erat. Nulla re abstinuere:quæ mandi posset. Ferunt præ rabie matrem alimentis omnibus defectam:filium absumpsisse. Quare cum proter simultatem inter Narsetem & Bellisarium obortam res negligentius agerentur: minuereturq; in dies expectatio opis:Mundilas pactus: ut cum peregrino milite sibi incolumi abire liceret:præsidia ab Mediolano:& reliquis oppidis deduxit. Tunc Gotti urbem ingressi:neq; a cedibus neq; ab incendiis temperarunt. Interficiuntur sine discimine puberes & impuberes:senes & qui arma ferre non possent:Burgundiõibus concessę mulieres. Mœnia ad solum ęquata. Cęsa fuere in ea uastitate supra triginta hominum milia. Excidio pulcherrimæ & populosissimę urbis:qui secuti Mediolanẽsium defectionem fuerant:metu tantæ dadis ad pristinũ statim imperium Gottorũ rediere. Sed Bellisarius quanq; in

Necessitatis exemplum

Mediolanũ solo æquat

Victigis capitur

luctu maximo esset: reuocato in Greciã Narsete Victigitẽ Picẽtes & Aethruriam infestantem Rauennæ obsessum fame ad deditionem compulit: urbeq; ac thesauris potitus: Constantinopolim petiit: quem Iustinianus lętissime suscepit. Interea q in Italia erãt Gotti: Papię sub Idouado rege arma resumunt.

Auaritię mala

Vrbes auaritiam: & rapinas eorum: qui acerbius tributa exigebant non ferentes partim nouandarum rerum consilia capiebant: partim ad Idouadum transiuere. Quare iusto contracto exercitu: & populis nutãtibus non dubitauit acie aduersus Vitalem: qui tunc imperatoriis copiis præerat: dimicare: uictorq; Gottos ad regnum denuo parandum errexit. Cæso Idouado Totilæ imperii summa traditur: qui Venetiã tunc forte tenebat. Hic rex appellatus confestim Papiam concessit: atq; uniuersa Gallia, ad obsequium redacta: id copiarum comparauit: ut Italiam omnem direptionibus: & incendiis perustarit: Romam quoq; per summam rerum inopiam deuicerit: nec potuit Belisarius cum nouo exercitu reuersus: & classe instructissima aut Romam obsidione eximere: aut hostem ferocius sæuientem reprimere. Quare Constãtinopolim is repetit: relicta Italia barbaris. Inter hęc Narsetem: de quo supra diximus: Iustinianus cum copiis & pecunia ingenti ad conducendum militem in Italiã remittit. Accersere auxilia Longobardorũ: Herulorũ: & Hunnoꝝ: Persarum: & Gepidarum: quę tunc gentes in armis erant. Ergo magno exercitu

Totilę mors

coacto aduersus Gottos progreditur: quos acie uicit. Cecidit Totilas: regnũ subinde Teias excepit. Hic Papie cumulatum aurum: & argentum in colligẽdis uiribus belloq; renouando effudit: atq; ne a tergo hostis adortus cum bella gerentem interpellaret: cum Rege Francorum fœdus iniit. Mox instructa in campania acie cum Narsete congreditur: ubi fortissime dimicans: generosam mortẽ occubuit. Debellati tunc in totũ fuere Gotti. Qui uero superfuerunt per legatos impetrarũt: ut Italia incolumes abire possent. Hic finis Gotorum regni: uniuersumq; gotorũ nomen extinctum in Italia: quam centum &quinquaginta annos possederant. Vrbes: & populi Narsetí se dedunt. Moritur Iustinianus: atq; uxor eius Sophia imperat. Pulsis iam Gottis cũ omnis pacata esset Italia: haud ita diuturna populis quies fuit. Nam Longobardi a longitudine barbarũ: ut quidam uolunt denominati ab Insula Scandabia profecti: fugatis Herulis cũ Pannoniã cępissent: Andoino primum rege: deinde sub Albonio eius filio duobus & quadraginta annis in ea regnarunt. Albonius filiam Celimondi Gepidarum regis a se interfecti uxorem duxit. mox transiturus in Italiam: Hunnis Pannoniam habendam concessit: atq; ex itinere secum traxit uiginti milia Saxonum: qui cum uxoribus: liberis: & armentis sicut & Lombardi in Italiam demigrarunt. fines Foroiulienſium infesto cum exercitu ingreditur: deuictęq; prouincię Cisulphum præfecit: quo terrore finitimi relictis sedibus in munita loca aufugere: & ante omnes ueneti

Gottorũ regni finis

Lõgobardi unde

littoris accolę. Progressus inde Venetiam atq; Veronam per deditionem cœpit. A Mediolanensibus persuasu Honorati episcopi in urbem recipitur: quã contra conuentiones diripuit: & cum per ea tempora difficultate annonę populi premerentur: urbes paruo labore oppressit: quanq̃ Papiam per triennĩ obsessam cæperit. Tunc hac uictoria lętus Veronam regni sedem constituit. Sed cum inter epulas Rosimondam (hoc erat uxori nomen) cœgisset de patera bibere: quam de Culmõdi patris craneo fieri iusserat: infensa dehinc uiro mulier p̃ Insidias illum ab adultero occidi procurauit. Cæso Albonio Cęphis Longobardis rex pręficitur. Hic per miniam crudelitatẽ secundo regni anno conspiratione suorum occiditur. Post liberatos a fęda Gottorum seruitute populos: re militari amissa neq; milites: nec duces erant: nec alius q unus summę rerum præesset. Ciuitates & populi suos quosq; magistratus habebant. Longinus quidam ad Italos missus nouũ imperii nomen adduxit: quem exarchum dixere: supmum uidelicet in Italia magistratum. Hic intra Rauennæ fines se continebat. & prefectum Romæ dabat: cuius iussu & arbitrio res gererentur. Ergo cum Albonius Veronę regnaret: Rauennam Longinus & finitimos populos regebat. Sed Exarchũ habuisse Insubres: quanuis nulli: quod equidem legerim: sint auctores: non leui argumento contenderim. Saxum adhuc extat peruetustis litteris sic inscriptum. D. M. Aurelio Ianuario signi. ex numer. Dalmat. fort. & Aurelio Valentiano exarcho posuit Aurelius pater Ianuarius. uixit annos xxii. menses V. diebus Vi. Valentinianus iuxit annos xxxii. menses iii. diebus V. Nisi enim Mediolani magistratum gessisset: non uideo cur tumulatus hie esset. quod si itẽ excedere Rauenna non licebat: neq; Mediolani aut ius dicere: aut sepeliri potuit: nisi fuit uetustius nomen magistratus. Crediderim itaq; in cisalpina Gallia tũc exarchum prędidisse: qui Mediolani uelut in metropoli ius genti diceret. Per hęc tempora ducum appellatio exoritur. Creauere duces post cędem Cephis Longobardi: regnũ & regum nomen repudiantes: quorũ quatuor inlignes fuere. Romanus dux: Narniensis: Spoletanus: & Beneuentanus. Infestarũt hi duces Vmbros: Pelignos: Marsos: atq; Samnites. Inuiolata per eos mansere oppida & loca quę Constãtinopolitano imperio subiecta erant. Tum admotis Romę castris: inducisq; rogante Pellagio pontifice cum ro. populo compositis: aduersus Francilionẽ exercitum ducunt. Tenebat hic Imperatoris nomine Taurinos & Eporediã: tuncq; Comum se receperat. Longobardi relictis in Italia ducibus & superatis alpibus Francos inuadunt. Dortula gente Sueuus: ad Longinum deficiẽs Feroaldum nauali pugna deuicit: quo facto perterriti Longobardi Anterim regem creant. Hic Brixellum euertit: in quod oppidum Dortula confugerat. Interim fame & passim grassantibus morbis ad procuranda mala Gregorius summus tunc pontifex supplicationem decreuit: quę maxima postea letania

Rosimũda

Cephis rex creatur.

Lõginus Exarchus

Ducũ appellatio

Letaniæ institut

uocata est. Anteris Istris precio pace data: Francilionem Nouoconio & Insula: quæ in Lacu Lario erat: expulit: inde ingenti pręda ditatus: a Chiltiberto rege pacem: & sororis nuptias petiit: a quo post sponsalia repudiatus Theudelindam Garibaldi Bauerorum regis filiam uxorem duxit. Extincto Anteri cum in rege eligendo duces certarent: ita conuenere: ut is demum inter proceres regnaret: quem sibi uirum Theudelinda optaret. Illa Agilulphum in Taurinis ducem belli auidum uigore ętatis ex forma iuxta conspicuũ: maritum sibi: & Longobardis regem fecit. Nobilissima regina: & christo nostro unice dedita uirum a falso deorum cultu: & ab heresi ad ueram religionem traduxit. Ex hoc Longobardorũ imitia ingenia. Tunc Agilulphus a ducibus: quos sustulit: rebellionem ueritus Patauium obsidet: quæ quia sine muris forte erat: iniecto igne: & spirante uento magna pars ædificiorum: quod ex materia constarent: conflagrauit. Pace cum Exarcho composita: Romam protinus circũ sedit: qua minime potitus est: tum quia Gregorius: & ciuium animos: & finitima quæq; oppida peragrãdo confirmaret: tum quod Arigis dux Beneuentanus ei non obsequeretur. Re infecta Mediolanum rediit. Sed cum nunciatũ esset Phocam imperatorem Constantinopoli declaratũ: eiusq; imagines Romæ collocatas: Cremonam expugnatam subruit. Mantuã quoque per uim cœpit. Phocas decreuit: ut ro. pontifex cęterorum episcoporũ princeps foret. Per ea tempora Aueres Hũni in Italiam penetrarunt. his occursum fuit in Venetia. Res orientis Phoca sublato per ignauiam & luxum Heraclii in tumultu magno Constantinopoli a ducibus administrantur. Exarchus erat in Italia Isacius patricius. Agilulphus post multa egregię gesta e uita migrauit. Regnum defertur Adoaldo: quem is ex Theudelinda susceperat nũdum maturus erat imperio: tamen sub tutela matris regnum incolume usque ad puberem ætatẽ illi stetit. Fuit Theudelinda mulier generosissima insigni in deũ pietate: regina non minus uirtute q̃ opibus pollens. Regnum quod uiro derat: filio nõ solum seruauit: sed etiam auxit. Templum condidit Moguntiæ thesauris locuples & sub nomine Ioannis Babtistę maxime religiosum: in quo deinceps Longobardorum reges: uelut in titulum ueri atq; legitimi imperii coronam acciperent. Scripsit ad hanc Gregorius dialogorum libros.

Theudelida

Phocæ decreto Ro. Pontifex cęteris epis p̃ficitur

Theudelida qualis.

Crux dñi

Circa hęc tempora crux domini & dei nostri: quam Cosdras rex in Persida asportauerat: Victore Heraclio hierosolyma refertur. Cœpit & hoc tempore Maometi heresis: quem alii tradunt Arabem: alii persen fuisse. Hic armis: & illecebris magnam partem Asiæ: & Africę ad se pellexit. Crux deinde ex hierosolymis Constantinopolim refertur. In Longobardis post Theudelindã & Adoaldum regnat Arioaldus: quo uita functo: Rotaris rex creatur. Hic in Arianam heresim delapsus: Longobardos in sententiam suam traxit: tantumq; ariano sceleri studuit: ut nulla fuerit ciuitas quam is obtineret: cui duo

Maometi heresis

Ariana heresis

non prę̃essent diuersa sentientes episcopi .Pertinax sane homo quippe qui si ue postulatus:siue bello lacessitus a sententia desistere minime uoluerit:Rex alioquin fortis:& iustitię cultor. Exarchum Theodorum cũ ro. exercitu acie apud Scutelnam Mutinæ flumen deuicit.Hac prospera pugna tantum animi & uirtutum illi accessit:ut Ligures gentem antea nunq̃ a Longobardorũ regibus bello temptatam inuaderet:quam breui:& paruo certamine in dicionem suam redegit . Edicta quædam fecit: quę pro legibus posteri seruauere . Mortuo Rotari Rodoaldus filius successit:cuius uxor Gũdiperga Theudelindę matris pietatem secuta: Ticini templum sub nomine Ioannis Baptistę erexit:uariis ornamentis illustre:& donariis opulentum.Sed Rodoaldus a uiro cuius uxorem constuprauerat:interficitur. Ab hoc ad Bauaros regnum transit.Rex creatur in Longobardis Aripertus Gondoaldi filius:qui Theodolindæ frater fuerat:Hic ædificauit apud Ticinum Saluatoris domini sacellum:atq; moriens duobus filiis regnum ita partitus est:ut Gundipertus Ticini regnaret:Pertericus Mediolanũ teneret. Verũ inter fratres nec pietas : nec gratia diutius mansit siquidem siue regni totius habendi cupiditate: siue improboꝝ consilio:dũ uterq; alteri insidiatur:accersitus Grimoaldus Beneuentanoꝝ dux Gundipertum primũ cognitis insidiis occidit:moxq; Pertericum Mediolano expulit:atq; Francos ex transpadanis summouit. Lupũ Foroiuliensium ducem regnum appetentẽ:quiq; exercitum in fines iam inducebat: excitis Bauaris in patriam redire coegit . Venetię populũ cladibus affecit : moxq; Rauennam:quę illi restiterat expugnatam euertit.Post hunc ad Pertericum Ariperti filium:qui adeo puer patriis finibus pulsus erat:regnũ peruenit.Rex sane religioni nostrę admodum deditus. Aedẽ diuę Agathę Ticini:uxorq; eius Rodolinda:uirginis & magnæ matris ad perticas erexerunt . Gudipertũ filiũ uix dum puberem uiuens in societatem regni assumpsit : cui moriẽs Asprãdũ tutorẽ testõ istituit.Quar Ragimpt⁹ Taurinoꝝ dux ægre patiẽs in tutela Gudipti Asprãdũ sibi p̃latũ:bellũ utriq; itulit deuictoq; in Nouarien.agro Asprãdo:& Rotari duce Borgomẽsiũ:p tirãnidẽ Papiã tenuit: Tũ Ariptus filius regnũ excepit:quod p uim a patre q̃sitũ minime in initio quietum habuit.Nam Asprãdus:Rotaris:& cęteri Longobardoꝝ duces ad uersus illum arma mouent:quos ad Ticinũ prælio uictos & fugientes defecutus:Rotarini in Laude pompeia:ubi rex appellatus fuerat:interceptũ:& per ignominiã detonsum cum Lintperto puero in custodia necari iussit.Insulam deinde:in quam Asprandus profugerat:ui captã euertit. Ille per saltum Clauennæ ad Bauaros euasit. Per hęc tempora Caroli apud Francos celebrari cœperunt.Aritpertus uero minime in successu crudelis aut insolens fuit . Nã pueꝝ.quem captiuum habebat ad patrem Asprandum remisit. Quidã sunt auctores eum sæpe per noctẽ: deposito regio insigni in priuati habitum per

Ambitionis exitus

Regia uere cura

urbes & oppida passim uagantem inuestigasse qui sermones de rege haberẽ tur: simul etiam quę integritas in magistratibus foret: quin ut pontifex maie state sacerdotii alioqn uenerandus opibus: atq; potẽtia timeretur: Alpes Co tii quondam regis: & oram omnẽ Ligusticam in dicionẽ perpetuã Ro. eccle się tradidit. Interim Asprandus: qui in Bauaris exulabat: in Italiã cum exer citu rediit: atq; Aritpertum acie uicit: qui ex certamine fugiens dum Ticinũ amnem equo insidens transire conatur: summersus interiit: Inde Asprandus consensu procerum: rex creatur: qui haud ita multo post tradito regno Lut prando filio moritur. Romanę tunc pręerat ecclesiæ Stephanus origine Sy rus. Sed Lutprandus: ubi imperare cępit: Rotarini cõsanguineum res nouas tentantem: sustulit. Tum uero quosdam e ducibus contumacius agentes: & interim rebellantes ad obsequium armis coegit. Generosi sane animi rex: & fiduciæ plenus sæpe per medios hostes stricto ense transiit: clamitans: peragi te tandẽ quod aliquando cogitastis. tantę clementię fuit: ut proditionis reis: modo supplices ueniam peterent: crimen remiserit. Opes illi fuere ingentes non solũ ad sua tuenda: sed ad finitimos debellandos. Religionem nostram mirifice coluit. Ossa Augustini episcopi non paruo redempta precio ex Sar dinia Papiam transportari curauit. Pontificem romanũ ita reueritus est: ut eo deprecante obsidionẽ plerunq; soluerit: populis libertatẽ: aliis pacẽ & ueniã dederit. Postremo Romam ipsam: quã aliquando obsederat: petiit: ubi uene rabundus pontificem adorauit. Tenet fama cum forte obequitans non ex fi de res mensurari cõperisset: ad iniquitatem mensurę corrigendã: super lapidẽ pedem suũ circũscribi iussisse: ad cuius modulum pedalis mensura recogno sceretur. Hinc Lutprãdi pedis durat appellatio: sexquipedalis habet. Hic decedens Hirprando filio regnum tradidit: quẽ primores Longobardoꝝ ob scœno cuculi deterriti ostento: repudiarunt: quę auis hasta insidens: quã ma nu gestabat uocem querulam emisit. Deiecto igitur Hirprãdo Rachisius Foroiulienſis dux: creatur rex. Hic pacem ad uiginti annos cum romanis cõ stituit. Per hæc tẽpora Leone imperatore Constantinopoli mortuo Constan tinus successit. Pipinus quoque Gilderici regis tutor & regni procurator a proceribus Francoꝝ Rex creatur: non sine consilio pontificis Zachariæ: qui consulentibus regẽ ne ineptum pati deberent: respondit eum regno pręficien dum: qui regia munera melius obiret. Tum Gildericus priuatam uitã in mo nasterio peregit. Interim Rachisius rupto fœdere: Perusiam obsidet: ad quẽ profectus Zacharias oratione sua effecit: ut soluta obsidione Papiam reuer teretur. Tum regno Astulpho fratri tradito: cum filiis & uxore Romam concessit: monasticęque uitę se addixit. Astulphus ubi regnare cœpit: in romanorum agros incursionem facit. Thusciã & tractum omnem: quem ual lẽ Spoleti dicunt: uastat: tum proprius urbẽ castra mouet: neq; seruatis cõdi

Ro. ecclesia opib⁹ aucta

Pes Lutprãdi

Pipinus

cionibus maiora tributa a pontifice sacerdotibus:et populo uniuerso sibi de-
pendi imperauit.Petita sunt semel atq; iterum per pontificem externa auxilia
Tunc Constantinus cæsar per litteras & Legatos Longobardum compesce
re tentauit:Sed is:ut erat feroci ingenio & animo infesto:minaciter et supbe
nimium respondit.Quare cum in dies grauius urbs premeretur: & segnius:
ac negligentius auxilia Constantinopoli pararentur:cædemq; tirannus ipla-
cabilis Ro.populo minaretur:nec spes ulla opis a grecis foret:Gregorius qui
tunc pontificem agebat in Gallias transiit:Pipinumq; orauit:ut a miseranda
obsidione:et fœda tyrannide rem romanam eximeret:qui cõmotus animi ex
rei indignitate:exercitum parat. Tunc Astulphus non inscius eorum:quę ad
uersus se pontifex:& Pipinus molirentur:per legatos bellum a se auertere ten
tauit:Sed cum iniuriis finem non faceret tyrannus:descendit in Italiam Pipi
nus:atq; haud longe ab Hipporedia uenientem obuiam Astulphum fudit:fu
gauitq;.Papiam ille se recepit obsessus de concordia agere cępit.obsides de-
dit:ut satis intelligerent omnes:illum de iniuriis pontifici satisfacturum. Sed
ratus abeuntem Pipinum non reuersurũ:denuo bello Romanos lacessit: quã
tis potest cladibus afficiens.Quare reuocatus in Italiam Pipinus:atq; Astul
pho deuicto quę sua erant Ro.ecclesiæ restitui uoluit moxq; Romam petiit.
Astulphus dũ uenatui nimis indulget:ictus ab apro occidit. Huius mor
te regnauit Desiderius.Hic aliquot annos pacem & fœdera cum ecclesia ser- Desiderius
uauit.Verũ siue augendi imperii cupidine:siue quod ferox animus neq; quies
cere:nec pacem colere posset:Fauentiam:Ferrariam Comaclum de exarcha-
tu Rauennę cœpit:quæ res pontificem commouit.tum uero per speciem sa-
lutandi Apostolorum templa Romam profectus:ciues grauissime uexauit.
Pontificem Adrianum impositio tributo stipendiarium sibi fecit. Tum Adria
nus pro libertate populi:et ecclesiæ dignitate tuẽda:ad Carolum legatos mit Carolus
tit.Hic recens factum patris secutus:superatis alpibus continuo apud Tici-
num cum Desiderio conflixit:quem fusum & e fuga Ticinum petentem per
sequitur.Incluserat se rex cum ualido pręsidio urbi munitæ.Quare cum obsi
dio longa foret:relicto Rolando & Oliuerio qui castris præessent ipse Ro- Rolandus
mam ad salutandum pontificem contendit. Papia postq̃ obsideri cœpta erat Oliuerius
sexto mense capitur.Desiderius cum uxore & filiis in Gallias relegatur. The
sauri a regibus congesti dissipantur. At Longobardi rege capto partim se
suaque Carolo dedunt.Algisius cum de patre Desiderio & regno actum ui-
deret:ad Constantinum imperatorem in greciam abiit. Carolus rebus
compositis Romam petiit pontificem adoraturus:a quo amplexus:ad aras
deducit:peractaq; re diuina:nõ solũ quę Lõgobardor; reges: & deinde Pipi
nus pater Gregorio tertio cõcesserat:ea affirmauit:sed illũ ampliori impii iure Pontifex im
donauit.Ex eo põtifex multorũ urbiũ dominus:& qui antea religiõis maiesta perio auct9.

o

te res tenebat:mox imperio & potentia metuendus fuit:& si quidam historia rum ignari:& temporum nescii:ignorato rerum gestarum ordine a Constan tino Siluestro pontifici datum referant. Hic finis Longobardorũ regum:q ducentos & amplius annos maxima parte Italiæ potiti sunt.Gens q̃uis pere grina:tamen locorum cultu:nostri uictus consuetudine.& bonarum artium studio:depositа in totum feritate mitiores facti:ut plane in incerto sit: magis ne e re Italica fuerit:post sublatum goticum nomen urbes suis legibus:suisq; magistratibus uixisse:an unius Imperio paruisse.Profecto enim dũ imperare singuli uellẽt populi in mutuum exitium proruissent:aut seditionibus se cõfe cissent:& cum diuersa forẽt studia dissidentibus animis:quod postea accidit nostri homines accitis barbaris:semel accepto iugo miseram & fœdam ser uitutem habuissent.Nam Lõgobardi propterea quod imperaturi populis ue nerant:cum occiso Alboino iam multitudinis imperantiũ ptesum esset:regẽ constituere:cui cęteri parerent duces.Nec fuit regnũ crudele:aut intolerãdũ . iniuriis pcentes furta:latrocinia:cædes:& rapinas seueriſſime uindicabant .rẽ quisq; suã quietus possidebat:tãta securitas temporum:ut siue domi:siue pere gre:noctu:aut interdiu: ubicunq; libitum fuerat:quisq; requieſceret.atq; ut re ges maiestatẽ regiam tueri:& fines proferre possent:pro sustentandis exercitи bus:tuendisq; finibus cæteri duces dimidiũ rerum & fortunarum suarum ei pendebant:quem regem constituissent.Hinc nomen regium popularibus re uerendum:finitimis formidolosum erat.Disciplinas præterea omnes tractaue re Longobardi:cuius rei documento sunt codices permulti illorum manibus conscripti:qui adhuc extant.Hoc nec Goti fecerunt:nec qui post Longobar dos Italiam magis diripuere:q̃ habuerunt.Religionem nostram magnifico: & pio cultu prosecuti.Ro.pontificem:et si aliquotiens bello lacessiuerint: pri mi tamen omnium urbes illi:et populos quibus imperarent: concessere. Co lumbanum a Gotis progenitum:integritate uitæ reuerendum:& in quo diui nitatis aliquid eluceſcebat benigne susceperе :acceptisque donis opulentum cœnobium is inter alpes Cottias e xtruxit:quod postea in ciuitatem tradu ctum Bobii nomen habuit.Lex etiam Longobarda celebratur :cuius pręci pue auctor Rotaris & cęteri reges perhibentur . Quare minime mirandum si post extinctos reges:quidam duces imperauerint:& Longobardi a ciuitati bus in ptẽ iuris:et libertatis cõditiõe qua ipsi erãt recepti sine discrimine ceu idigenæ sp habiti fuerint. Ab his regib9 pgnatos Angleriæ Comites: q po stea Vicecomites recẽtiores historici tradũt.Legim9 Federicũ Aenobardũ gẽ te Sueuũ:cui barbęrusæ cognom̃ fuit:ubi Mediolanũ euertit:Angleriæ comi tes:ut fundit9 tollerent̃ in primis laborasse:siue qa regiæ gẽtis reliqę cęteros genere et opib9 anteirẽt:siue id ueritus:qd̃ post aliquot ãnos euenit:ne ex stir pe regia nascerent̃ aliqs q ad auctores generis respiciẽs regnũ auoꝝ aliquãdo

Longobar dorũ regni finis

Longobar di quales in regno

Colũbanus

Bobium

Anglerię co mites

assereret. Est igitur generosissime & Inuictissime Ludouice Maria Sfortia Vicecomes in genere tuo regum sanctitas: qui olim in Italia plurimum polluere & per Theudelindam: quę & ipsa in cęlum relata habetur: deorũ cerimonia: quorum in potestate precipue sunt reges. Neque hęc conficta: aut a uano auctore edita: ut primordia gentis augustiora fiant. Nam belli gloria: & perpetuum per bis centum fere annos regnum a regibus profectum: genus abunde testatur. Neq; Otho Vicecomes in pago Decii canonicus ad archiepiscopatum promotus aliquot etiam annos exul dominium urbis uel affectasset: uel obtinuisset aduersus Turrianorum opes: qui diuitiis magnis affinitatibus clientelis: & plebis studio potentes erant: si peregrina aut humili stirpe oriundus fuisset: Nec finitimi populi rem Vicecomitum crescere ęquo animo passi forent: cum hoc natura comparatum habeamus: ut rebus suis quisque timentes nouum dominũ iuxta nos constitui minime patiamur: ac ne opes crescãt: armis: & bello enixissime repugnemus: nisi uetustas gentis: & regũ proles popularium animos ad accipienda imperia inuitasset: perinde ac illis parerent q regnum uelut hæreditarium reposcerent. Sedes autem & domicilium regum Ticinum: quæ postea annos multos fuit: iam inde delecta: ex quo post duces res ad unius potestatem peruenit: siue quia urbs sit domia fluuiorum quibus intersecta: & pinde munita regio: siue proter fructuosos campos: & maxime frumentarios: quorum fructibus exercitus & populi copiose ali possint: ut is demum Italiæ imperet qui arcem tenuerit. Arx autem: & flos Italię: ut Cicero dixit: est cisalpina Gallia. Sequuti sunt et in hoc Goti q Papiæ: uelut in munitissima regni parte Thesauros habuere: ubi & reges suos aliquãdo crearũt. Nam Mediolanum a recenti strage & ruina deformatum: non uisum est matestati regię conuenire: quanq̃ restituta urbe legimus Agilulfum uoluisse Adcaldum adhuc impuberem: quem ex Theudelinda susceperat: in circo Mediolani regem a populo salutari: & Aritpertus moriens duobus filiis regnum ita diuiserit: ut Mediolanum alter teneret: Ticinum alteri pareret. Quam diuisionem Ioannes Galeacius proauus tuus sequutus Ludouice Illustrissime nulli Longobardorum regum: uel magnitudine imperii: uel rerum gestarum gloria cedens: cum e uita decederet: Ioanni Mariæ Mediolanum: & Philippo Papiam regendam testamento legauit.

Cisalpia Italiæ arx.

LIBER SECVNDVS

Cum progenies Caroli defecisset: Berẽgarii & Othones per uim imperãt. Ex lege per suffragia Germani proceres imperium: Romani autem pontifices sacerdotium & regnum obtinent:

Impator Carolus

AROLVS cui res magnę celeriter:& fœliciter geſtę cognomen magni fecere:poſt ſublatos ex Italia reges Papiã & Mediolanum prefectis Francorum ſubiecit.ipſe in expeditiões uarias proficiſcitur.Romam reuerſus a Leone põtifice populo acclamante Imperator appellatur.Sed cum durum:crudele:atq; inhumanum uideretur: eam gentem funditus perdere:ex qua tot reges continua ſerie fuiſſent:cum iam longa conſuetudine cum noſtris:externo depoſito more parum a lingua & iſtitutis noſtris differrent.Accedebant uetuſta connubia:ac ueteres cum Italię populis neceſſitudines.placuit pontifici:& nouo Imperatori:quicquid Lõgobardi nominis relictum erat:in eas demigrare regiones ubi diutius imperaſſent:& ſedes regia fuiſſet.Ex hoc pars illa Italię:quę inter Appenninum & alpes a cæteris terris Atteſi:Pado:& Rheno bononienſi amne diſcluditur: Lõgobardia primũ appellari cępit:Rauennę exarchatus:& quę olim Flaminia dicta fuit: Romandiolæ nomen habuit.Abiere continuo uniuerſi Longobardi in fines ſibi pſcriptos.At Carolus priuſq; naturæ concederet:Ludouicum filium Aquitaniæ regem auguſtum dixit:quem mox Stephanus pontifex in Gallias profectus corona & ornamentis auguſtorum ornauit.Hic Bernardum patruelẽ quem pater Italię prefecerat:quod cum epiſcopis quibuſdam:& primoribus urbium aduerſus ſe coniuraſſet:prœlio uictum q̃uis ſupplicem ſecuri percuti iuſſit.Tum Lotarium filium regnare in Italia uoluit:qui a Paſcale pontifice Imperator appellatur.Sed patre mortuo de imperio filii certauere:inter quos poſt pugnas:& clades utrinque acceptas:ita demum bellorum finis factus ẽ: ut Lotarius teneret imperium:Carolus in Galliis:Ludouicus in Germania regnaret.Lotario ſucceſſit Ludouicus:quem pater adhuc uiuens ſocium aſſum pſerat:ut hoc nomine poſt eum imperaret. Per hæc tempora inuenio Afros in littus Hetruriæ tranſmiſſos:cum direpta Roma honuſtis preda nauibus in africam renauigarent:ui tempeſtatis undis obrutos fuiſſe:& cũ refecta claſſe iterũ Italiã petiuiſſent:ſecus Hoſtiã urbẽ occurrentibus Romanis ingenti cæde edita in naues opulſos.Lotarius iã ætate cõfectus ne filii de regno decertarẽt:penes Ludouicũ priogenitũ iperii:& rerũ ſummã eſſe uoluit:tũ reliquis filiis regna ptitus:qđ reſiduũ uitę fuit: ocioſe i religiõe exegit.Poſt Ludouicũ Carolus:cui cognomẽ Caluo:q̃ſitũ pecũia iperiũ tenuit.Hic cũ Gallias repeteret:in trãſitu Alpiũ ueneno interiit.Certatũ inde de Impatore delígẽdo. Iohannes Octauus:q tũc ſũmũ ſacerdotiũ gerebat:ut Ludouic9 Caluí filius:quẽ Balbũ cognomie dicebãt:Frãciæ rex: Impator crearet:enixiſſime laborabat: Cõtra Romãi nobiles Carolo:quẽ Croſſum dictitabãt:põtifice in uinculis cuſtodito:ſũmã rep deferũt.uterq; p biẽniũ impauit. Tãdẽ ſol9 Carolus enecto p uenenũ Ludouico iperio potit.Hic poſt multa bella ofecta aio piter & ui-

Longobardia quæ

Romãdiola Imperatoreſ Galli

ribus defectus abdicato imperio sub Arnulfi patruelis custodia: & arbitrio conquieuit. Sed Arnulfus annuentibus primoribus Franciæ ex custodę regio & regni procuratore Imperium usurpat. Dum hæc geruntur Longobardi li mites olim a pontifice & Carolo datos egressi: romanos bello lacessunt: quib9 cum milites non essent ad ꝓpulsandū hostem: suaque tuenda: frustraq; opem ab Arnulfo petiissent: pars Berengarium Foroiulienſium ducem: Roma tam oriundum imperatorem faciunt: Pars Guidoni duci Spolicano regnum deferunt. Certauere pro imperio. Victor fuit Berengarius ope Arnulfi: qui mox p̄ missa auxilia subsequutus diadema: & iura imperii a pontifice accipit: tum in Frāciam reuersus fœdo phthyriasis morbo obiit. In hoc defecit Carolorū progenies. Arnulfo Ludouicus filius succedit. Sed in Italia Lotarius rex creatur.

Lōgobardi

Berēgarius

Caroloꝝ ꝓ genies defi cit

Per hęc tempora ungari Foroiulienſium fines ingressi fuso Berengarii exercitu Taruisiū: & maritima Venetiæ oppida diripiūt. nec cessere Italia: nisi acceptis a Berengario obsidibus: & pace pecuniis redempta. At in altera Italię parte Saraceni Apulos: Calabros: Salentinos: & proximos Romę agros excursionibus uastabant. Vrbē Albericus Ioannis pontificis frater repulsis barbaris tuebatur: qui Roma eiectus ut ab ingratis penas expeteret: externa arma quæsiuit: accitis Vngaris: qui uiolato fœdere: quod cū Berēgario fecerāt: Italiam intrantes: nō romanos quos in primis Albericus ulcisci cupiebat: sed Hetruscos diripiunt: atq; honusti præda: tum mares & feminas in fedam seruitutē abduxere: deinde dulcedine lucri: & magnitudine prædę gens rapinis assueta: cum populi inermes essent: anniuersaria arma mouentes: si quid fortunarum reliqui erat: id totum auferebant. Duo tunc barbari Italiæ incubabant. Alter Apulos: & Calabros & Cāpaniæ urbes premebat: Alter per Venetiam effusius usq; in Hetruriam passim omnia populabatur. Berengarius eam dumtaxat Italiam tenebat: quæ Lombardia dicitur. Tunc primum uici permulti fossis & uallo cincti fuerunt: & si quis locus patentibus siluis: paludibus: collibus: aut natura quomodocūq; munitus fuisset: in eum naturali p̄sidio freti confugiebant: sua eodem conferētes. Guido quidam cum Saracenos repulisset: pontificem Ioannē occidit: cui sufficitur Leo: qno haud multo post mortuo: Stephanus summus sacerdos creatur. Berengarius interim a Rodulfo Burgondionum rege deuictus: Vngaros ad quos profugerat: in Italiā cuocauit: qui in patentes campos effusi ferro & incendiis omnia uastantes: Papiam usque perueniunt: eamque expugnatam crudelissime diripiunt. Interea Itali Rodulfi præsidio parum tuti: Vgonem Arelatensem comitem i Italiā uocaucre: cui statim sine certamie Rodulfus cedēs in Burgūdiā rediit. Sed Vgo: ut pacatū regnū sine metu ꝓditiōis tenereti in exiliū eos potissimū egit: qbus auctoribus in Italiā descēderat: q ad Arnoldū Bauaroꝝ ducē cōfugiētes: psuasere ut Italiā cū exercitu peteret. Hūc Veronēses i urbe receptū re

Saraceni

Gratiā oēm extīguit ambitio

gem Italię uocauerunt. Sed Vgo deuicto Arnoldo Veronam recipit. Interea mortuo ſecundo Berengario tertius eiuſdē nominis primi ex filia nepos in Italiam uenit: & Saraceni ex Africa ſoluentes Hetrurię maritima adorti populationibus: & incendiis omnia uaſtant: atq; oram Liguſticam prętereuecti: Genuam urbem per uim capiunt: cæſis omnibus qui arma ferre poterant: cū ingenti preda impuberes & feminas abducunt: qui mox liberati in patriam reducuntur. Inuenio apud ſcriptores poſt reſtitutum Genuæ populum muros urbis Mediolanenſium impenſa & opera extructos fuiſſe. Morte Stephani Leo pontificatum excipit: poſt quē Agapitus. tunc fame profunda laborauit Italia. Reuerſus Berengarius occurentem ſibi Vgonem Arelatenſem cū ingentibus copiis: priuſq; manus conſererent: in colloquiū euocat: atq; conditionibus certamen dirimunt. Conuenere: ut Lotarius Vgonis filius pari poteſtate: & equo iure cū Berengario res Italię adminiſtraret. Igitur conſociato regno: pater in Gallias: unde uenerat: reuertitur. Sed inter reges: neq; ſancta fides: nec diuturna amicicia atq; ſocietas diu ſtetit: Si quidē Berengarius Lotario contempto omnia pro ſuo conſilio atq; imperio gerebat. Hoc tēpore Vngaros Italię iminentes: Henricus Bauariæ dux duobus prælijs ſuperat: atq; repentina excurſione ab Aquileia Ticinum uſq; omnia populatus: p̄da i naues impoſita: per Padum in Patauinoꝝ fines rediit. diffidens uero copiis: ſi cum Berēgario certandū fuiſſet: qui cū exercitu obuiam ueniebat: in Auſtriā ſe recepit. Vngaros in Italiā denuo impetū facientes: Berengarius miſſa coꝝ regi pecunia: ut finibus cederent: effecit. Moritur interea Lotarius papię rex magis nomine q̄ re: cuius uxorē Alundā mulierē ſane generoſam: Berēgarius ne per ſecundas nuptias urbem dotalem alteri uiro traderet. Mediolani in uinculis habuit. uſurpato imperatoris nomine filium Albertū Italię regē nuncupauit: quā rem pontifex: & quidam Italoꝝ proceres ęgre ferentes Othonem Germanię regem accerſiuit: qui magno cū exercitu per tranſpadanos ueniēs Berengariū atq; Albertū refugiētes ad Ticinū deſecutus eos prælio ſuperat: qbus tn̄ ueniā dedit: & Longobardoꝝ urbes præter Veronā & Aquileiā illis regēdas pmiſit: rebuſq; in p̄ſens ita cōpoſitis: i Germaniā rediit: liberata Alūda: cū qua nuptias fecit: & de ea filiū genuit: cui poſtea Othoni ſo nomē fuit: tum in Franciam profectus: populos & gentis principes: qui a Ludouico rege deſciuerant: ad obſequium coegit. pacataq; Gallia in patriam reuerſus: ungaros Germaniæ urbes euaſtātes nunq̄ intermiſſis prœliis prope ad interni tionem deleuit: mox in Italiam accitus Berengarium pugna deuictum cum Alberto filio relegauit: atq; ita regno potitus Ioannē duodecimū: qui p opes patris: & factione ſuorum Agapito ſuffectus fuerat: Sacerdotio deiicit: ppter ea quod per nimiam licentiam laſſiuiret: eccleſiam dilaceraret: ſacra pollucret: & ſubinde admonitus: ut uitam & mores pro maieſtate pontificatus compo

Regni ſociis fides nulla

Berēgarius imperator

Ioannes pō tificatu deiicitur

neret:minime correctus in uitio & sententia permaneret. Romæ per ea tẽ pora ex prisco uelut instituto annui cõsules creabantur & prætor urbanus ex nobilitate in urbe ius dicebat.Erant duodecim decuriones:qui in consilium quotiens inciderat grauioris rei deliberatio:adhibebant.Ergo post Ioannem pontificatu summotũ de creando pontifice discordię oboriuntur.alium Imperator:plebs & patres alium deposcebant.Quare cũ diuersa forent studia Leo & Benedictus pontificatũ per uices aliquantũ temporis tenuere.Tandem Ioannes tertiusdecimus pontifex fit:qui fauente Othone uel inuitis romanis: & subinde cum insectantibus in pontificatu tamen constituitur.Sunt qui scribant:huic othoni ius & arbitrium creandi pontificis:quem uellet datum : cũ id iampridem penes clerum & populũ fuisset:quanq; Carolo permissum inueniam:ut non solũ romanum pontificem is crearet:Sed ciuitatibus episcopos pro arbitrio suo præficeret. Per hæc tẽpora Saraceni qui Calabros & Apulos graui & fæda tyrannide premebant:urbibus primũ pulsi:deinde superuenientibus Vngaris occidione deleti fuere.Ioannes pontifex Iuniorẽ Othonẽ ut patri gratiam pro merito referret:imperatorem appellat:mox mortuo Ioanne duo Benedicti:alter alteri succedentes pontificatũ excipiunt.Otho deuicto Henrico Bauaroꝝ duce in Italiã uocatus:prælio a Gręcis uictus Romę: quo se ex fuga receperat:obiit.Pontifex quoq; resolutis membris attonitus repente moritur.Tunc Romani proceres:qui forte id tempus frequentes in urbem uenerant:pars Othoni secundi Othonis filio:alii Henrico Bauarorum duci summam rerum deferri studebãt.Fuere etiam ex Italis:qui imperiũ affectarent:Quare in Othonẽ tertium consensere.Hic absumptis aliquot annis in componendis Germaniæ rebus sero in Italiam uenit:accersitus scilicet aduersus uim & opes Crescentii:qui ex consule urbis dominium cœperat:pontifici maxime infestus.Ergo restitutus in sacerdotium Gregorius quintus legẽ ex pontificia auctoritate de imperatore eligendo:atq; creando sanxit:quæ ad nostra usque tempora per quadringentos & amplius annos seruata est:ne in imperium ueluti hęreditarium filii a parentibus excipiantur.aut qui opibus & armis plus possit illud usurpet:sed paucorum procerꝝ suffragiis designatus:mox auctore pontifice iustum & legitimũ is imperium possideat.Delecti item sunt principes.His temporibus Saraceni ex Sicilia quam obsessam tenebant:Guilielmi Normani armis pelluntur.Moritur interea Gregorius Quintus:cui sufficitur Benedictus Octauus.Otho etiã Romę:ut quidam tradunt:ueneno rapitur.Mediolani posteaq; Carolus & filii deinceps:atq; nepotes Italiã tenuerunt:Regnauere in ea Berengarii:& tres deinde Othones imperarunt.Nihil plane gestum inuenio:quod memoratu dignũ sit.In urbe auctoritate & opibus Antistites plurimũ pollebãt.Discors populus graui odio:& interim intestino bello ardescebat:hinc patricii:illinc plebei infensis animis:& infestis ar-

Põtificis creandi ius penes quos

Otho Iũior impator

Crescentius

De imperatore creãdo lex lata primum

mis se inuicem dilacerabant. presul magis in partes nobiliū inclinabat. Qui dam sunt auctores a Bonitione quondā Carcani oriundo: corruptis pecunia sacerdotibus: & fauore Othonis pontificatū urbis Landulpho fratri quęsitū qui mox fratres & propinquos opibus: honore: & potentia auxit. eorꝫ quippe dicioni oppida quædam subiecit: & intra urbem iura: & gentilicia commoda elargitus est. Hinc Carcanorꝫ. Pirouenorum: Melignanorꝫ: Landrianorꝫ pro fectæ familiæ de nominibus oppidorꝫ: quibus denominabantur appellatæ. Ex eo Capitaneorꝫ orta sunt nomina ciuiliū discordiarꝫ & odiorum semina ria. Hinc etiā patriciorꝫ opes plus nimio crescere: & inde superbię: atqꝫ in te nuiores iniurię. Quare plebs commota in presulē facto impetu: illū cum fra tribus cognatis: & clientulis urbe eiicit. Tum primum duę ex una ciuitates factæ. nam plebei intra urbem se continebant: uicos & oppida patricii infesti patrię habebant. Ergo cum nulla inter ciues concordia esset: res suas mi seri perdere. capitaneorum tyrannide plerique opprimi. cuncta factiosorꝫ pro cellis agitari. Archiepiscopi nouandarum rerum auidi Germaniæ reges ple rūqꝫ ad se uocabant: ut scilicet peregrinis opibus adiuti: per causam sacerdotii regnū inter ciues compararetur. Præficiebatur tunc Mediolanensi eccleſiæ is dūtaxat: quē populus suis suffragiis creasset. Quod si plures competitores de Sacerdotio pugnassent: tūc imperatoris arbitrio presul dabatur. Mortuo ter tio Othone cum res summum imperium non haberent: Ardoinus Eporediē sis marchio conuocatis finitimarꝫ urbium principibus atqꝫ episcopis impera tor creatur: cui uelut legitime imperāti plurimi populorꝫ paruere. Interea Ger manorꝫ proceres pro iure sibi a Gregorio pontifice dato: Henricum Bauaro rum ducem imperatorē designant. hic in rebus gallię componendis diutius occupatus aduentū suum in Italiā remoratus ex itinere cū Ardonio pugnā cōseruit. atqꝫ pręlio uictus in Germaniam refugit. Breui reparato exercitu ab Heritperto archiepiscopo accitus Ardoinū denuo dimicans acie superauit: sumptoqꝫ mox supplicio de iis qui capita coniurationis fuerant: Romā pro ficiscitur. ubi auctore Stephano pontifice Cæsar primū appellatus: mox impe rii ornamenta accepit: Saracenos Capua expulit: & in Apulis urbem Troiā græcis colonis se dedentibus recepit. Aquibusdā scriptoribus Henricus Gi bellinus hic nuncupatur de nomine oppiduli: ubi ortus traditur continentiæ singularis ut pote qui extra Sinegūdam uxorem usum ueneris non habuerit. Quare post mortem miraculis utriqꝫ editis inter deos culti fuere. Quidam sunt auctores ab hoc Henrico cęptam consuetudinem ferreæ coronæ: quam Mediolani is demū accipit: qui in Germania Cęsar designatus sit. Alii pri mum Othoni huiusmodi ornamenta data ferunt. Sunt qui a Carolo factum repetant. ego cū incerta tradantur: nec satis firmū originis auctorem habeam quando res cæperit: minime affirmare ausim. Verum cū per quingentos fer

Bonitio Carcanus

Capitanei

Archiepi crcandi arbitrium

Impatores duo

Gibellinus Henricus

Ferreę coronę consuetudo

me annos continuatū hoc ſit:unde morem hunc ortū putem: quantum con iecturis aſſequi poſſum breuiter exponam. Occidentale imperiū a Carolo Pi pini filio poſt extinctos Longobardoꝝ reges cęptum ſatis inter omnes con ſtat:qui multarū gentium uictor tunc demum imperio dignus haberi potuit: cū cam Italię partē ſubegit:in qua reges diutius dominati:& regia ſedes fuiſ ſet. Ergo populi regio aſſueti more peregrina imperia haud pati:niſi apud ip ſos ſi non regnū:ſaltē regiæ dignitatis ſpecies aliqua manſiſſet: ut parere ma gis q̄ ſeruire uiderentur. Profecto enim tunc grauis & intolerabilis ſeruitus:& infenſi domino populares:ubi nec in conſiliū:nec in partem dignitatis:& pu blicorum commodorū admittuntur :ſed uelut uicti ſuperbe prætereuntur:& parum neceſſarii negliguntur. Externi itaq; reges cum in legitimi regni titu lum:tum ut alioquin contumaces animos mollirent:Italiā ingreſſi:Mediola num primū diuertebant:ubi plauſu & lętitia gratulantis populi excepti: fer reaque inſigniti corona iam cæſares facti urbium primores aut donis loclu pletabant:aut prefectura:& noua dignitate decorabāt:aliis immunitates: & priuilegia largiebantur. Qua Cęſarū liberalitate atq; munificentia noſtri po puli illecti:& ſi peregrini reges raro in Italiam uenirent: tamen cum ſe hono ratos:& a dominis benigne amplexos uiderēt minime nouandarū rerum cō filia ineibant:Sed ſub externo regno fidē ac officium colebāt :& q̄is in urbe odia creſcerent:cunctaq; a capitaneis repugnante plebe agitarentur: tamen aduētante cæſare a certaminibus & ciuili bello urbs temperabat. Ergo tum deliniendę multitudinis gratia:& ut infenſum minus regnū foret: tum ſimu lacro ueteris imperii Mediolani:atq; interim Moguntiæ ferreo ornatu iuſte Imperaturi decorantur. Conradus

Poſt Henrici mortē Conradus gente Sueuus: qui ſub illo ſtipendia princeps ordinum honeſtiſſime meruerat:Cæſar per ſuffra gia procerum deſignatur:nouarū rerum auctores in Germania primū repreſ ſit:tum in Longobardos exercitum duxit:qui finibus egreſſi latius effuſa po pulatione finitimos uaſtabant:Mediolanū gentis caput circunſidet. Iā mœni bus inhęrebat. iam procedebat obſidio:& oppidani per eruptionem: ubi oc caſio aderat:in Germanorū ſtationes impetus facere:contra ab hoſte repulſi intra urbem compelli:& pugna interim committi. Tum forte Baucrius mi les uiribus ferox: & propinqua cęſaris cognatione inflatus iureiurando palā omnibus ſe aſtrinxit:non prius cibum ſumpturū:q̄ aut haſtam intra urbem iaceret:aut portas configeret. Ergo muris obequitans:portis occurſabat:pro bra identidem ingerens. Non tulit inſolentis barbari minas:& magnifica uer ba Heriprandus Vicecomes regia ſtirpe progenitus. hic relicta ſtatione por tæ:cui preſiderat armatus hoſti ferociſſimo occurrit: rem gladiis cominus gerunt. Tandē Heriprandus pugione ſuffoſſum barbarum humi ſternit:re ciſumq; gerens caput protinus ad ſuos gratulantes reuertitur. Cecidit & tūc

Heriprād9 Vicecomes

Ambrosii patrocinio Mediolanū obsidione liberatur

Carotii institutio

Guido comes Italiæ & imperatoris signifer exacerbatus grauiore ira Conradus suburbana succendi iussit: ante enim agrorum tecta exusta fere fuerant. Tandem siue tedio longinquæ obsidionis: siue uiribus: & patientia obsessorꝫ fatigatus: siue ex eo deterritus quod Agripiensis colonię Archiepiscopus inter sacrificandū Ambrosium uiderat potentissimæ ciuitatis patronū stricto gladio terribilem Conrado & exercitui cladē minitari: relicto Mediolano Papiam concessit: mox Germaniam repetens: Sclauos: & Vngaros: qui promissis auxiliis Italiæ populos ad arma & defectionem sollicitauerant: ex itinere debellauit: regnūqꝫ Burgundionum seditionibus & intestino motu afflictum Rodulfo regi pacatum reddidit. Dum Conradus Longobardos urget: hostiliter cuncta populatus: sępe spoliati populi ut res suas aliquando defenderēt: nec uelut in perpetua seruitute precarium uictum haberent: seqꝫ in liberratē ab intollcranda tyrannide eximerent: desueta tunc arma homines imbelles rectare cœperunt: atque ut signū haberent: quo sublato signum caperent: exercitū cogerent: in bella prodirent: castra locarent: rem excogitauere aliquin ridiculam: nisi tempora insignem fecissent: & multa ignoscenda miseris forent: quorū mentes ea formido atqꝫ ignauia cœperat: ut barbarico seruitio semel pressi: nec scirent: nec discere possent: quæ in bello maiorū uires & artes fuissent: Carrotiū ergo ueteris militię penitus nescii: & antiqua instituta ignorantes: adhūc modum non Mediolanenses solū: sed cæteri populi fabricarūt. Carrus erat editior coccineo obuolutus panno: in cuius medio procera pertica statuebatur: ab cuius fastigio quoquo uersum deducti funes manibus uirorum tanebantur. Interim Carro subnixi. in summo crux aurea: a qua uexillum album in crucis figuram rubro intersectum dependebat: iuncti boues: & albo instrati panno intersecante concolori cruce currum trahebāt. Carrocio prędiciebatur uir: ut illa ferebant tempora: bello egregius: qui ut in magisterio reuerendus esset: lorica & ense publico donabatur. Sacerdos additus: tū rei diuinę gratia: tum ut mortifero uulnere ictis: & iam animā agentibus: sacra ministraret. Sequebantur octo tibicines. hi omnes publica impensa: & dato salario alebantur. Hoc signo freti populi alacres in bellum prodire. Vbi figebatur: illic prætorium: hinc signum pugnæ petere: atqꝫ siquando premente hoste in castra refugissent: ad Carrocerium cōferti: tanq̄ resumptis uiribus pugnam renouabāt. & iam nulla spe post relicta in hostem incidebāt: cui id erat sane q̄ formidolosum: cū resumptas uires ab iis quos insequutus fuerat: repente uelut nouā aciem exurgere cerneret. Morte Conradi ab armis & peregrino hoste quieuit Italia. Sed Mediolani discordia continuatur: & domesticæ seditiones agitantur: tantūqꝫ odii & ire inter plebeios & patricios uenerat: ut minime concors & quieta foret ciuitas. Interim in Germania Henricus Conradi filius imperator creatur. hic cum de pontificatu quidam ambi-

gerent:Romã propere contendit:ut ſacerdotum lites componeret: ubi & co ronatus eſt: Sed cum Pontifices crebo raperentur: breui tempore complu res Pontificatum adminiſtrant. Et Henricus puer ſub tutela tamen matris regnare cœpit. Summum ſacerdotium Romę per ea tempora Benedictus decimus menſes octo tenuit.in quo creando cum pecunia forte uerſata eſſet: atq; deinde non ſolum largitione palam profuſa:ſed factionibus armatorum ſuccincti pontificatum quidam peterent:ad tollenda certamina:& cohercen dos in urbe tumultus:caſtigandamq; auaritiam eorũ:qui muneribus capie bantur:Nicolaus Secundus inito ſtatim ſacerdotio:ne pontifices aut popu li ſtudio:aut ex Cęſarum arbitrio crearentur: iura deſcripſit & ritus tradidit creandi pontificis paucorũ ſacerdotum ſuffragiis.quę decreta in noſtra uſq; tempora primores ſacerdotũ qui Cardinales appellantur:ſeruauere. Medio lanenſis eccleſia quæ ducentos & amplius annos libera & ſui uiris fuerat:tũc primum Ro.pontifici ſe regendam permiſit:cuius exemplũ cæteræ fere occi dentis eccleſię ſequutæ ſunt:atq; ex eo romani ſacerdotii iura late patuerunt: & opes longe amplificatę. Mortuo Nicolao ſufficitur Alexander ſecundus Mediolani ortus ex Badagiorum familia Lucenſis epiſcopus Anſelmus an tea dictus:ſed longobardorũ ſacerdotes ægre ferentes pontificem non ſui cor poris factum:Cadolum quendam parmenſem contra creant. Tunc Matil dis generoſiſſima mulier:quę Regio lepidi: Mutinę:Mãtuæ:& urbibus He trurię dominabatur:illorum aduerſata ſtudiis Alexandrum fouebat.Cæterũ Cadolus potentia:& opibus ſuorum fretus:Romam contendit. Nutabant ciues:atq; in quem inclinarent:incertum erat. Armatus itaq; pontificis no men uſurpat:& haud ita multo poſt pręlio uictus urbe ceſſit. Tum uero Hen rico procurante:et opera Matildis quæ Cadolo infenſa erat:patres in concí lium Mantuę coguntur:quorum iuſſu Cadolus ſacerdotio deiicitur:Atq; ita Alexander pontificatum quietum habuit. Circa hęc tempora Mediolani uis nobilium:miſeriæq; plebis in dies creſcebant.Hinc ſeditio: atq; diſceſſio populi in duas partes:& inde irritatis animis:utrinq; armis ſumptis pugna batur.Optimates aduerſus patriam:quã ſola plebs incolebat:incurſiones ex ercebant:nam cum impares uiribus eſſent:in oppida uicina conceſſerant: at q; coacta manu tumultuaria ruſticorum:atq; clientium urbẽ ingreſſi iniuriis & grauiſſimis detrimentis plebeios affecere: alios uiolare:alios ſpoliare:hos cedere:ex libidine animi multa moliri: Quin etiam lex de ui & cędę lata fer tur:quæ pauco ęre illatas iniurias dilueret:& cædis reos abſolueret.prouocati profecto magis ſunt:q̃ deterriti a maleficio animi. Quare cum nullus pœnæ metus foret:& ſcelerum impunitas:nulluſque ſuperbię atq; libidini patricio rum obuiam iret:Lancio Curtius nobilitati apprime infenſus miſerorũ cau ſam aduerſus uim:& opes potentiorum ſuſcepit:improbitati nobilium fortiſ

Pontificis creãdi ritus

Mediolanẽ ſis eccliæ li bertas

Alex. Me diolañ papa

Matildis

Lex nefãda

Lancio Cur tius

sime repugnans: Quo facto plebis defensor unicus a tenuioribbs capitaneus creatur. Hunc nobiles urbe eiiciunt: bona publicant: multaq; in ignominiã: & perniciem plebeiorũ moliti dominabantur. iam in urbe plebes seruiebat: nec inueniebat quo pacto iugũ excuteret: destituti ope & patrocinio passim trucidabantur. Quidam tradũt hunc Lancionẽ siue in pugna captus: siue dolo circunuentus in potestatem nobiliũ cum uenisset excruciatum crudelẽ in modũ morte fędissima affectũ. Deserta igitur tutore plebes & cõtumclię obnoxia Herembaldũ Cotam q̃uis de gente patricia defensorem parat. hic plebis custos nobiliũ libidini occurrens popularis maxime est habitus. Sed quasi parum odia flagrarent: & ueteri simultate turbulenta ciuitas non foret: res grauis sequitur indignitatis plena: & quodammodo detestanda. His fortẽ poribus Sacerdotes Mediolani coniugati uiuebant: aduersus quos quidã in surrexere: qui dicerẽt celibatum in sacerdote: si non necessariũ: honestũ tamen esse: ut puris scilicet & incontaminatis manibus sacra tractet: quę ab homine coniugato polluí & inquinari uidẽtur: quãdo nulla uirtus ęque religiosum hominẽ commẽdet: q̃ ueneris abstinentia. Reclamabat Guido archiepiscopus siue ut studia & gratiã prębyterorũ captaret: siue quod plebẽ alioquin ũbi infensam magis morbo animi q̃ iusta de causa sacerdotũ nuptias improbare & insectari cognosceret. Certatũ est intra urbẽ non solũ studiis & dissensione: sed & ferro. quidã cęsi sunt: alii urbe pulsi: tum uero glíscẽte certamine exacerbatisq; animis: nullũ non contumelię genus in coniugatos est editũ. Quare cũ licentiã gladiorum: & furorem uulgi præsul extimescret: suffraganeos in conciliũ uocat: in quos cum multa tentaret Herembaldus ubi secũdũ se pronunciatum cognouit: populo conuocato legẽ tulit aduersus Sacerdotes: quorũ nuptias uelut inconcessas Pontifex damnauerat: protinusq; impetu facto Gotfredũ præsulẽ: qui Guidoni successerat urbe eiiciunt. hic comitatus multitudine nobilium in oppidũ cui Castilionũ nomen est se recepit: quẽ coacto exercitu Herembaldus ꝑsequutus obsidet. Per quæ tẽpora repentino incẽdio conflagrarunt in urbe tam priuata q̃ publica opera atq; ædes diui Laurentii ægre defensa ambusta mãsit. Appellatus hic ignis casteleoneus ab obsidiõe uidelicet oppidi in quo tunc armata plebs presulẽ circũsedebat. Reuersus in patriã Herembaldus nobiles multos proscripsit: quorũ publicata sunt bona. Interim Thealdus Casteleone⁹ ecclesiæ præficitur. Enimuero tũc erecta nobilitas: ac statim cõgregati duce Gulielmo Landriano quem parti suæ præposuerãt: sumptis armis patriã ingressi Thealdũ in episcopali sede cõstituũt: moxq; tũ litteris Ro. põtificis: q ciues suos ad pacẽ & cõcordiã hortabat' tũ ꝑ curãte Thealdo discordię mitigant' atq; paulatim sanata ꝑpe simultate depositisq; odiis ciuitas ãte diuisa in unũ reuertit'. Multi ex infensis amici sunt redditi: & recõciliata iã gratia ciues ab itestino malo aliquãdiu quiere.

Herẽbald⁹ Cotta

Sacerdotes coniugati

Castelcone us ignis

LIBER TERTIVS.

Obsidente Gotfredo Hierosolyma Otho Vicecomes prouocãtem barbarum singulari certamine occidit:uiperamq; rettulit.Federicus armis Alexandrum persequitur:atq; Medlolanum euertit.

POST Alexandri mortẽ sũmũ sacerdotiũ Ildobrãdo studiis & clamore populi demandat᷑.Septimus Gregorius nũcupatus est.Duo tũc in Italia archiepiscopi Ro.põtifici maxime aduersabant᷑:Gilbert9 Rauẽnatis eccleſię antistes:& Thealdus Casteleoneus.Ad cõpescendos igitur motus:cohibẽdosq; sacerdotũ quorundã spiritus:Lateranẽse cõciliũ indicitur: in quo pontificatu Gregorius potitur.Gilbertus & quidã ex cõiuratis dignitatibus & honore mulctant᷑. Dum hæc gerũtur Henricus rebus aduersus Saxones ꝓspere gestis pontifici rebellauit:cõuẽtuq; edicto cũ multos eporũ in suã sniam traxisset:contumacius omnia agere:pontificalibus edictis repugnare.Qua indignitate motus Gregorius iniectis diris Henricũ imperatoria dignitate priuat.Sed deprecãte Matilde petita ẽt uenia põtifici recõciliatur. Verũ impius & male animatus homo iterꝝ in perniciẽ sacerdotũ multa parat Maiestatẽ romanã minime ueritus:nec iras apostolorũ timẽs:cui'ccu impio & nephario sacris iterũ interdicit.Enimuero tunc Henricũ filiũ in Italiã misit:qui haud procul Ferraria Matildis copias deuicit:nouumq; pontificem creat:quẽ Romam deducit.Vrbi tunc præerat forte Viscardus accersitus a Gregorio.hic cũ se iparẽ Henrico uiribus & multitudine militũ animaduerteret:disiecto muro:quo pontifex uelut obsessus occludebat᷑:Roma cedẽs Salernum cõtendit:quo in loco Gregorius moritur:cui successit Victor tertius. Hoc quoq; intra paucos dies defuncto:Vrbanus secũdus sacerdotũ priceps creatur.Hic cũ animos ciuiũ parũ quietos cognosceret:& subinde in tumultu omnia esse:Romam relinquit.Reuertitur iterum in Italiã Henricus haud cum magna militum manu:Defecerat iam ab eo Conradus filius: quare ab exercitu Matildis:q ei occurrerat facile reiicit᷑.Sed urbanus augendæ religionis:& christiani nois illustrandi maxime cupidus:siue ita uolẽte fato:siue ingenti quodã spiritu ductus indigne ferẽs ea loca ex qbus exordia nostrę religionis ꝓfecta erant:barbaris parere:de recupanda Iudea:potiundisq; hierosolimis cõsilia agitare cœpit. Ter in Italiã episcopos magnę deliberatõis gratia frustra cõuocauit.in Gallíam tandem profectus est:indictoq; concilio apud Clarũ montem Auernorum urbem conciuit primores sacerdotum:& christiani nominis principes cohortatus:ut arma sumerent: nec impensæ prægrauarent: nec difficultatis uiarũ pigeret:aut qd maria traiecturi essent: de

Henricus a pontifice rebellat

Dirę põtificiæ

Pontifices duo

Viscard9

Clarus mõs

terrerentur:quaudo nihil in uita glorioſius : aut deo acceptius:& ad ſedes ce
litū:eternaq; gaudia ꝓmerēda efficacius foret:q̄ ſi ſacra illa loca:quę iuſſu di
uino Iudei iam pridē incoluiſſent:& ex quibus deinde ſalus rerū nata foret:de
barbaris erepta chriſtianis regibus:& noſtris ſacerdotibus reſtituerent̄. Tan
tū igitur pontificis preces & auctoritas ualuere:& in deū optimū pietas i ani
mis hominū effecit:ut ad trecenta & amplius bellatorū milia in expeditionē
nobiliſſimā cogerent̄. Cruce ſignati oēs incedebāt:& ꝓinde cruciarii appella
ti. Petrus cognomine eremita:ardore religiōis:& integritate uitæ celeberrim9
expeditōis auctor a quibuſdā phibet̄. nā & maximā exercitus ptem coegit:
& ſe ducē profeſſus eſt. Aſſumpſit ēt fratres duos comites Gotfredū:& Eu
ſtachiū quibus cognomē tūc erat Boliōnis. Excīti igit̄ ꝓpriis ſedibus ꝓ uiaꝝ
cōpendio quiſq; Conſtantinopolim puenere. Lōge erāt ſuſpectiſſimi Alexio.
Tandē Boſphorū thraciū trāſmiſſi feraciſſimos illos minoris Aſiæ agros po
pulant̄: opulentas urbes p uim capiūt:atq; ditipiunt : expugnataq; Anthio
chia:Syriā paleſtinā ingreſſi hieroſolimis caſtra admouēt:urbeq; ipſa unde
qnquageſimo die poſteaq̄ circunſideri cœpta fuit:potiunt̄ Idibus Iunii:anno
ab ſaluatore nato:ſaluteq; terris data nonageſimo nono ſupra milleſimum.
Tūc uictor exercitus plaudens & uenerabūdus urbē ingreſſus religioſiſſimū
ſepulchrū predę oblitus primū adiit:tūc aras & ſacella i qbus ueſtigia aut na
ti:aut peregrinātis aut docentis domini extarēt:lęti ac ſupplices ſalutarūt:nul
lū deniq; ꝑteriere locū aut inſalutatū:aut inadoratū:in quo priſcæ religiōis
memoria aliqua maneret. Tū uniuerſus exercitus Gotfredū hieroſolimorum
regē creat. Ad barbaros ex paleſtina Syria ſūmouēdos Mediolanēſes demū
nobiles:uiribus & opibus p̄ſtantes ꝓfectos legimus:qui tū acie dimicādo :tū
in expugnādis hieroſolimis: egregia facinora edidere. Ioannē Raudēſem : &
Rotiū de Corteſella qnidā ſcriptores celebrant:q inter primos mœnia Soly
morū aſcenderint. Cęterū Rotius in memoriā lōginquæ & p̄clarę pegrinatio
nis ędē ſub appellatōe dominici ſepulchri edificauit:quę adhuc Mediolani re
uerenter ſalutat̄. Sed Otho uicecomes rē geſſit in annalibus libris ualde me
morādā. Illuſtre uirtutis ſpecimen:& regii generis:a quo ꝓgnatus traditur ar
gumētū certiſſimū: et qd̄ iā tūc ei regnū portēdit. Forte dū hieroſolima ob
ſident̄ pugnę multæ cū hoſte gerunt̄:q ſuis auxilio uenerat. proceſſit barba
rus uiribus ferox:armorum & corporis ſpecie inter cæteros eminens:& pro
inde terribilis:noſtrosque deſpiciēs uenire iubet & congredi:ꝓ ſi quis pugnare
ſecum de chriſtianis auderet. Enimuero tunc uniuerſus obſtupeſcere exer
citus. certamen cuncti abnuere:neque quiſquam ex ea multitudine ſortem
tanti periculi adire. Nam magnitudo : & Immanitas faciei omnes perterre
fecerat. Tunc Otho Vicecomes in quo eximiæ uires:animus intrepidus : &
regii ſpiritus aliquid hęrebat : cum cętera turba partim defixi: partim

Cruciarii Petrus heremita

Gotfredus

Io. Raudenſis

Sepulchri tēplum Mli

ambigui starẽt:armatus aduersus ꝓuocatorẽ accessit.Initoq; ꝓtinus certami ne:superbũ barbarũ & insigni horrido ferocius exultantẽ primo cõgressu ui cit:interfecitq;.Detraxit nõ arma tantũ:Sed & nobile spoliũ retulit.Vipa sta bat sinuosa:nudũ infantẽ seminecẽ gementi similẽ:& suffuso cruore turgidũ dentibus tenẽs.gestamẽ ꝓfecto fœdũ:& barbaricę crudelitatis documentũ: nisi qđ hostiũ spolia:quo magis ab humanitate recesserint:eo specioſius sunt uictoriæ monumẽtũ.Insignis igit̃ tã mẽorabili facto ad suos reuersus Otho. ꝓta trophea more hieronycaꝝ patrię donat:a qua nõ minus honoris & nois accepit:q̃ quod donauerat.Dicauere ciues legionibus uiperã:ut quotiẽs in ho stẽ ꝓdiret̃:Signa urbis nõ figerent̃:nisi ꝓter uipera staret:qualẽ hosti detra ctã Otho de Syria reportauerat:siue ꝓpetuo regię familiæ gentilicio:siue ma gnis auspiciis & cętera p̃sumptiõe uictorię:quasi eo signo conterritus hostis: uictori populo statim terga daret: siue ut in posteros uictoria redũdaret :qui aliquãdo libertatẽ nobis a pegrina tyrãnide uindicarẽt:& Italię incolumitatẽ suis armis afferẽt.Celebrẽt romanarũ rerũ scriptores Coruinũ:ostẽtent Tor quatũ:qđ hic Gallo torquẽ abstulit:unde sibi & posteris cognomẽ.Ille auxi liarẽ habuit coruũ:a quo postea coruini.Noster ꝓfecto maiore laude dign9: qppe q in expeditiõe felicissima:ĩ qua a barbaris & ipiis dominis possessa diu tius Iudea erepta fuit:nostris regibus tradita:atq; Sacerdotibus cõcessa.Res ꝑterea nõ in Italia aut ꝓpius patriã:Sed ĩ alio terrarũ orbe:alioq; sole trãsma ria gesta fuit.Cęterũ Henricus cũ Romã denuo uenisset:Pascalẽ pontificẽ a quo honorifice exceptus fuerat:cũ principibus sacerdotũ in uinculis & custo dia tenuit.Iura postulabat põtifex cõferendorũ beneficiorũ sibi restitui:& sup eos arbitriũ & ptãtẽ dari:q uelut obnoxii Ro.põtifici tributa pẽderẽt.Moriẽ ꝑ hęc tpa Matildis regina:quę in ęmilia:Flãminia & Hetruria late ĩperabat. Huic cũ nulla soboles esset:regnũ & opes testam̃to ad Ro.põtificẽ uelut eter nũ Petri patrimoniũ puenere:atq; in nostra usq; tpa ps Hetrurię hoc nomẽ seruat. Successit ĩperio Hẽricus quartus:q patrẽ uiuentẽ in carcere usq; ad mortẽ excruciauit:impietatẽ tamẽ paternã ęmulatus eundẽ pontificẽ crude liter tractauit:Sacerdotũ bona dilaniãs.Tandẽ facti pœnitẽs:Calisto erepta ab antecessoribus eligendorũ eꝑorũ iura restituit:simulq; agri & cętera põtifi cię potestati reddita sunt.Per Henrici quarti tpa conflagrasse iterum magnã Mediolani ptem apud quosdam inuenio.facile tunc fuit oborto semel incen dio proxima quæq; aduri:propterea quod sępius cuersa urbe restitura subin de ædificia stramine:cratibus:& leui materia constabant:quæ flammam faci le comprehenderent.Ergo incend oꝝ metu lege uetitum fuit:ut spirante uẽto nemo unus ignem domi siue ad cibaria coquenda:siue ad alias uitæ usus ac cenderet.Quare non nunquam uento perseuerante:uix panis aut obsonia ꝑn urbe decocta inueniebant̃.Agebat ꝑtũc in ciuitate principẽ Sacerdotũ Ior

Víperæ insi gne Mli

Matíldis re gnum illius morte ad ec cleſiam de uoluitur. Impietatis exemplum.

Mli icendiũ

Iordanꝰ Cliuius

danus Cliuius. Iamq; ciues foris bello lacessiti odia remiserãt: in finitimos arma cõuersa sunt: qui ciuili dissidio elati erãt. Ita sedato tumultu domestico sibi & sociis illatas Iniurias: acrius ulciscebant. Forte bello Brixiãi & Cremonẽses se inuicẽ euastabãt: atq; succũbẽs Brixianus ipetrato a Mediolanẽsibꝰ auxilio exercitũ cõfestim instaurat: hostẽ exultantẽ inuadit: & refugiẽtem ad Olii ripas pſequit. Atrox pugna edit. atq; cęde ingenti facta: amnis ipse sanguine spumescẽs effluxit. tũc Mediolanẽsis uictor Laudẽ circũsedit: pridem a magno Põpeio post purgata maria: deuictosq; piratas cõditã. Ergo crebris incursionibus uexati Mediolanẽses: & sociorũ iniuriis cõmoti: paulo diuturnio re obsidione: urbẽ ipsam cęperc. Grauiter in uictos sæuitũ. Muri deiecti. abductus populus. uicatim habitare iubetur: ne scilicet congregati: mala seruitutis: & iniurias conferendo: aut de recuperanda patria: aut de rebus nouis consilia agitarent. ꝓhibiti insup ne cõciliabula: aut mercatus haberẽt. Sublata inter eos cõmertia. adempta cõnubia. nulla cõcessa cõcilia. misera ꝓfecto seruitus: & calamitosa cõditio. Inter cõtrahẽtes id demũ ratũ erat: quod is annuisset: q loco ꝑerat: quod si quispiã rẽ suã ꝑfide nõ auctore abalienasset: is patrimonio mulctatus in exilium agebat. eadẽ quoq; pæna is affectus erat: qui noctu aut clã ꝑscriptos fines excessisset: aut qcq̃ suarũ rerũ extulisset. Sedibus ꝓpriis pulsi huiusmõi seruitutẽ nouẽ & quadraginta ãnos Laudẽses seruiuere.

Laudensibꝰ a Mediolanen̄. captis inique dicũtur leges.

Bernardi sãctitas

Mortuo Iordano antistes diuinæ rei creat Bernardus Monachus: tũ ob uitæ integritatẽ: tũ ob sacrarũ scripturarũ scientiã: q cũ nõ ignoraret qd oneris subiturus: & quãtæ curę ꝑsulis esset: ob graues ciuiũ discordias: pniciosa certamina: & quottidie cũ finitimis emergẽtia bella: maluit repudiato sacerdotio ociosam & qetã uitã agere ꝓcul ab administratõe magnaꝝ rerũ. Atq; in studiũ quietũ se tradẽs tũ docẽdo & sacras litteras interꝑtando: atq; subinde scribẽdo aberrãtes a diuinis institutis: rectisq; moribus mẽtes ueris ꝑceptis instruxit. otio itẽ & saluti hoium ꝓspiciẽs: q tumultuosa & turbulẽta uita quo ꝓfugerẽt sepe quærebãt: ampla & opulẽta cœnobia ędificauit: plurimosq; statim sectatores habuit: q relicto sæculo sub sanctissimis institutis uitã pegere: atq; tũ summa uirtute: tũ ẽt auctoritate: q̃ illi ex studio: & scientia amplificata fuerat: unicũ exẽplũ erat eius ingrediẽdę uię: & colẽdæ uitę: ꝑ quã tuto ad celestes sedes iret. cõcelebrauit maxime p otiũ rectissima & honestissima nostræ fidei studia. Reliqt ẽt ꝑclarissima ingenii monumẽta pietatis plena: & meditatiõis rarissimæ. nã illi in usu fuit ex terrestrib9 celestia meditari: & q̃is litteræ nostrę obsoleuissent: tñ nec inclegãs: nec infacundus Bernardus habet.

Gibellia domus deficit.

In Henrico iiii Gibellina domus cessauit. Geterũ germani ꝓceres summã rerum & imperium Lotario duci Saxonũ demandãt: qui familiæ gibellinæ infensissimus: Conradum & Federicum fratres ex Henrici sorore progenitos armis insectatur. Tandem pace facta in Italiam proficiscitur. Mediolanum pri

mum petiit. Anſelmus puſterleus qui tunc forte Mediolanenſi eccleſię præerat: ferreum diadema impoſuit. Romam deinde contendit: ubi regio ornatu & imperatorio nomine ab Innocentio decoratur. Hunc ſacerdotio pulſum in ſedem reſtituit: mox Germaniam repetens ex itinere: petente Cremonēſi Cremam obſidet. Sed ubi cognouit inſidias fraude Cremonenſium ſibi paratas: relicta Crema illorum agros populatur: atq; haud ita multo poſt Veronæ Lotarius moritur. Interea Anſelmus comparato exercitu Nouum comum obſidet. Occiderant Nouocomenſes clientem Anſelmi Carchano oriundū: eoq; ira & dolor pręſulis erupit: ut urbē captam crematis ædificiis funditus deleuerit: ciuibus uero uallem habitādam conceſſit: & quæ olim in editiore loco condita fuit: alieni loco reſtituitur nobiliſſima colonia: quam populus Ro. ad Larium lacum per Strabonem Pompeium emiſerat. nec Romanis tantū: ſed etiam Græcis colonis celebrata. Cecilio poeta: & duobus Pliniis maxime illuſtris. Hoc etiam tempore Mediolanenſis pręſulis poteſtas & iuriſdictio accidit. Genua Ligurum nouum habuit archiepiſcopū: cuius imperio Bobienſis eccleſia: & tres Corſicæ epiſcopi uelut metropolitano paruere. Credo pontifices: atq; Cęſares hoc in primis ueritos: ne tam lata iuriſdictione patēti nouandarum rerū materia oriretur: quotiēs uiolentior pręſul Mediolanū teneret. Papiēſis puſterlei ductu & auſpiciis uincit: & haud lōge a Mediolano uelut ſuburbanū quoddā monaſteriū Clare uallis Bernardo ꝓcurante ędificat. quod primū numeroſa monachorū fraternitas: qui in mediū uiuerent coiuit. Frequētauit hic homo Mediolanū cū ob urbis magnitudinē: & ciuiū opes: tū quia in regione quā orientalē portā uocauit: religioſe educatus fundamēta inibi ſocietatis inſeparabilis iecit. Sublato ex rebus humanis Lotario: duo Scophii fratres: qui Henricū: ut ſupra diximus: arctiſſima ꝓpinquitate contingebāt: imperiū excepere. Duces ꝓfecto ipigri: & quotiēs prœlio dimicandū: bellatores haud ignaui & fortes: atq; ut exercitū ſeruarent nulla pericula unq̄ refugere. Cōradus itaq; prior iuſſu ꝓcerū iperat: a quo auctores quidā tradunt gibellinæ factiōis orta noia: & ſi nō ꝓtinus p Italiā diſpſa fuere. Inuenio in quibuſdā annalibus Martinū Turrianū: quē ob corporis magnitudinē & eximias uires gigantē quidā appellauerūt: in Aſia ſub Conrado ſtipēdia feciſſe. hic in pugna captus dū a feris hoibus crudeliſſime in obprobriū noſtri dei dilacerat: tormēta oia hilari uultu ſubinde ppeſſus chriſti noie ſępius iuocato: expirauit. Cæterū Cōrad⁹ oi fere exercitu in Syria amiſſo: reuerſus in Italiā: uel ut alii tradūt: in Germaniā: morit. Poſt quē Federicus frater electoribus magis nō repugnātib⁹: q̄ cōſentiētib⁹: rex Romanoꝝ creat: ſtatimq; p Taurinū ſaltū alpes tranſcendēs Aſtā coloniā p uim cœpit. inde Derthonā rogatu Papienſium ſubruit. tum Mediolanū petiit: ubi ab Vberto antiſtite læto & plaudente populo ferreo inſigni coronat. Mox ab Adriano pōtifice titulū &

Anſelm⁹ puſterleus

Cormſis excidii cauſa

Mediolanēſis eccleſiæ acciſio

Papia uicit Clare uallis monaſteriū

Gibellīe factōis origo. Martin⁹ turrianus

nomen imperatoriũ accepit. Sed cum is grauiora a Ro. populo tributa exigere tentaret: oborto tumultu urbe cũ Germanis ꝑceribus pellit̃: ferro quoque certatũ ẽ. cæsi utrinq; multi: complures capti: qui haud ita multo post: deprecante Adriano relaxantur. Tum Federicus per picenum in umbriam: atq; inde in transpadanos transmissus: in Germaniam rediit. At Mediolanẽsis Derthonam reficit: Papiensem grauiter infestãs ferro & igne. utriusq; agri ua stabantur. Papiensi maiora detrimenta: ut pote uiribus & armis longe impari illata. Interim Adrianus moritur: atq; Alexander maximum sacerdotiũ tenet: suffragiis eorum penes quos potestas creandi pontificis erat. Hic Federico minime gratus: atq; adeo ab inito pontificatu infensus: ubi aduentare in Italiam barbarum audiuit sibi timens rrelicta roma ad Frãcos profugit. Tũc Octauianus Cardinalis Romæ pontificatũ usurpat: seq; uictorem nũcupat: cui magna Italiæ pars: & Germanorũ ciuitates metu Cęsaris cõfestim parue re. Alexander Victorem sacris interdicit. Iam Federicus Italiã ingressus erat: cuius imperata Longobardorum urbes fecere. Soli Mediolanenses aduersati sunt: quia scilicet Alexandrũ pontificẽ unice uenerati partes ecclesię pertinaciter tuebantur. Manebat adhuc uetus odium: & antiqua simultas: & proinde infensi animi. fouebat Federicus urbium intestinas discordias. Papiensium studiis maxime obsequebatur: ad quem uelut ad dominũ atq; domesticũ disceptatorẽ legati ciuitatũ conuenere. Expostulabat Laudensis urbis ruinam: seruitutem miserandam & fæda exilia. Nouocomensis excisa mœnia: & solo equatas domos conquerebatur. Relinquę item finitimę urbes detrimẽta & intoleranda tributa deplorabãt. Horum querimoniis motus Federicus sub specie liberandorũ sociorũ Mediolanũ aggreditur: quã urbem diutius obsessam atq; demũ urgente fame subactã ad solũ euertit. Ciues decimo ab urbe milliario ꝑ numero portarũ diuisi: relicto patrio solo habitare coguntur. Sunt auctores: Angleriæ comites: qui iter cęteros Lõgobardos nobilitate: opibus: honore: & potẽtia pollebãt: & quotiẽs Germanię reges Mediolanũ diuerterẽt: ꝑsuli assidentes ferreã coronã capiti illorũ imponebãt: ab patriciis ꝑditos fere ad unũ occisos fuisse. Hanc gentẽ studuit in primis Federicus penitus tollere: quippe Alexandri ꝑseuerantes in partibus patriã defensabãt: Barbaro semꝑ aduersati. duo & uiginti securi ꝑcutiũtur: quorũ bona & fortunas oẽs his diuisas accepim9: q a Federico aduersus patriã steterãt. Supfuit e tãta clade un9: cui Viuiano nomẽ fuisse ferũt: restituẽdæ patriæs & uindicandæ libertatis auctor. Iuuit maxime Federicum Gulielmus marchio Montifferrati: tum ob recentem cum illo affinitatẽ: tum quia salua & incolumi re Mediolanensi: fines regni proferre minime poterat. Tradũt alii Opicionẽ Malaspinę familię marchionem cũ cæteris coniurasse in excidiũ Mediolani: quod parum compertũ habeo. Illud uero constat hunc Opicionẽ ingentis spiritus uirũ: & potẽtẽ in

Scisma i ecclesia.

Mli euersio.

Anglerię comites

Liguribus fuisse:cuius honorifice meminit uterq; imperator pater & filius in conuentionibus pacis Constantię. Dum hæc geruntur Octauianus qui : ut supra diximus:paucorũ suffragiis pontificatũ usurpauerat:Papiã ubi indictus conuentus fuerat:iussu imperatoris uenit salutatus a populo : & ab ipso Federico:ut uerus pontifex adoratus fuit. Alexander ubi hęc resciuit:utrunq; execratũ sacris etiam priuat:atq; litteris & nunciis sacerdotium sibi legitime collatũ:impietatem præterea : atq; iniurie barbari quantę forent:christianos principes docet. Iam Federico fere nullus in Italia repugnare audebat .nã ad Philippũ Francorũ regẽ Alexander nauibus siculorũ nauigauerat . At Aeno barbus subuerso Mediolano in Veronenses duxit :ad quos defendendos socii cũ exercitu uenere. Retrocedens itaq; barbarus Papiã se recepit . Alexander uero in conciliũ uenire recusat:quod se auctore indictum nõ foret:quanq̃ locus medius inter Germanos & Gallos delectus esset . Interea noua cõflatur in Italia societas multarũ ciuitatũ:quę põtificis partes sequutę fortissime Federico aduersari cępere. horum opibus & armis confisus Alexander ex Frãcis in Siciliã renauigauit:atq; inde Romã repetit. Moritur interea Octauianus:in cuius locũ statim Guido Cremensis genere sufficitur. Ceterũ Longobardorũ populi aduentu pontificis erecti:munitissimas arces expugnant:atque Germanico prędio ex omnibus locis pulso in libertatẽ se uindicant. Federicus igitur indignũ factũ:& rebellionẽ ulturus in Italiã descendit magno cũ exercitu:hosti minime simili:nam uelut amicus benigne ciuitates alloquitur:atq; in agrũ Bononiensem cum peruenisset:diuisis per duces copiis:Guidonẽ qui Octauiano successerat:& tunc forte Lucę agentẽ subleuat. ipse Anconam obsidet. Romanos deinde per primores populi : quos sibi conciliauerat:Alexãdro infestos reddidit. Interim sociæ Lõgobardoꝝ ciuitates siue ęa barbarus atq; eius procuratores in bona & sanguinẽ nimium sæuirent:ut aliquando peregrinã tyrannidẽ excuterent:seq; aduersus uim & rabiem defenderent:siue quod metropoli carentes caput non haberent : nec urbẽ ad quã potissimũ cõsilia sua referrent:Mediolanũ comuniter restituunt . Mirandum profecto q̃ breui tempore populo & opibus ciuitas auctior facta fuerit . Præerat tunc ecclesię mortuo Vberto pironeo:Galdinus Salensis. hunc quidam annales tradunt:Ro.pontificis iussu Mediolani primũ tenuisse Sacerdotiũ : qui modo urbis moenia reficeret:priuataſq; domos & templa instauraret: & ut cunq; posset erigeret:Circũ & Theatrũ demolitur:quę duo maxima opera fuerant ab excidiis urbis seruata:& a quibus Goti:deinde Longobardi:& reliqui immanes barbari:& ferę gentes temperauerãt:atq; ita subruta sunt : ut uix uestigiũ appareat. Videmus tamen passim in fossis:muris: & tẽplis sili ceos lapides antiqui operis:& priscę elegantię. Federicus post restitutũ Mediolanũ relicta Ancona Romam contendit:quem ubi Alexander appropin

Mĩ restõ.

Galdinus archiepiscop?

quare cognouit in priuatas quorũdam nobilium ædes se recepit. Ad hunc pe cunias & triremes Gulielmus a Sicilia misit. Sed pontifex in ea difficultate rerũ magis consilio q̃ opibus indigebat. nam Federicus quibuscunq; ablatis conditionibus Ro. populũ a Pontifice auertere tentabat: Siquidẽ ita demũ se pacẽ dare & ablata restituere ꝓmittebat: si Ro. populo disceptante de sacer dotio: duo pontifices causam dicerent. In hãc conditionẽ cũ romanus bello defatigatus inclinaret noctu Alexander Circeios abiit. Caietã Beneuentũq; concessit. Federicus quoq; peste conflictatus multis suorũ amissis: Romã reli quit: atq; in Longobardos: qui aduersus se conspirauerãt: arma conuertens: ingenti territus corũ apparatu in Germaniã propere concessit: hoste usq; ad alpes ꝓsequente. Tunc confederati populi: haud lõge a uia Aemilia iuxta Ta narũ flumen urbẽ condiderunt. Commigrauere in uicum cui Roboreto no men est: octo uicina Stacielensiũ oppida Cæsaria primũ dicta ad. xv. milia ui rorũ cõstat: quare ipso quo edificari cæpta est anno: fossa aggere & uallo cin cta fuit. Moritur Guido in cuius locum sufficitur abbas quidã ex Pannonia.

Cæsarea cõditur.

Per hęc tempora in Britannis Thomas episcopus occiditur: atq; Henricus: qui tunc Britãniæ imperabat: per legatos se excusat: quod se inscio cædes facta fuisset: cui uenia promissis militibus aduersus barbaros datur: & siue ad expiandũ nephas: siue in emendationẽ damni quod ecclesię passę fuerant: In sula omnis Ro. pontifici uectigalis facta tũc fuit. Hunc uirũ cum ad tumulũ eius miranda fierent: Alexander exploratis miraculis in sanctorũ numero an notauit. Cęterũ Federicus cũ reiectum ab urbe Alexandrũ intellexisset: neq; ullis conditionibus a ciuibus recipi: petebat enim tantũ sibi curam rei eccle siasticę concedi: cętera iussu populi administrarent: in Italiã alpes Iulias trãs gressus: uenit: statimq; Segusiensium ciuitatẽ: quæ illi prima se obiecerat: per uim cæpit: nec contentus pręda: moenia & domos euertit. Exterriti excidio uicinę urbis Astenses illi continuo se dedunt. Restiterũt Alexandrini: nec ua stitate proximorũ: nec Germanię uiribus perculsi. Substitit tunc hostilis im petus: & quãuis hiems instaret: nihilotamẽ secius Alexandriã circũsidet: per intolleranda frigora operibus & munitionibus obsessos urget: atq; ędificatis tabernaculis hiemando bellũ continuat: sub pellibus & tentoriis durabant: ni ue interim & pruinis obrui: dura & intollerabilia oĩa pati: nulla mulieribus qes: uirisq; iuxta erat: nunq̃ deposita arma. quare patiẽtia & cõstãtia oppida norũ frustratus barbarus: iã appetẽte uere ad fraudes uertitur. Nã pactis in duciis per cuniculos in urbẽ milites clam immittũtur: qui nocte portas refrin gerent. Hos populus interceptos trucidat. & protinus eruptione facta tantis incõmodis & damnis Germanũ afficit: ut in die celeberrimo resurrectionis domini obsidionẽ turpiter soluerit. Magna profecto Alexandrini populi uir tus: magnaq; sui fiducia: quippe qui primi furenti barbaro pertinaciter resti-

Thõas Bru tãniæ ep̃s oc ciditur.

Alexãdrino rũ patientia

terint:diutius obsessi in summa rerꝫ inopia totã hiemem sustinuerint:neqꝫ cõ ditionibus parere hosti uoluerint.Docuere certe præferocẽ hominẽ: & secun dis pręliis elatum:posse patiẽtia & uiribus debellari. Relicta Alexandria ad Papienses Aenobarbus concessit. Tunc inducię quoqꝫ datæ sunt utrinqꝫ: ut cõmodius de pace agi posset.Socię urbes Alexandro incõsulto:aut nõ assen tiente conditiones omnes ab hoste oblatas repudiauere. Tunc Federicus no uum ex Germania militẽ acciuit:Instauratoqꝫ exercitu proximos fines eua stat.Alexandro & sociis petitã pacem negauit.Mediolanẽses cũ hostẽ iplaca bilẽ uiderent:undiqꝫ milites:& maiores uires contrahere:iras atqꝫ odia uicino rũ magis exardescere:Papiensiũ atqꝫ Nouocomensium agros: qui in Federi ci partibus perseuerabant:diuisis copiis depopulantur.Alexander pro opera egregie in bello nauata:simul ut aliquãdo honesto munere diuturnæ obsidio nis damna emendaret:urbi nouę episcopũ: quã de suo noie pro Cęsaria Ale xandriã appllauit.Interea nouę Federici copię per saltũ:cui Domossulæ no men est:Comũ peruenierũt.Agebatur iam septimus & decimus pontificatus Alexandri annus.Ingens tunc formido Longobardos cæpit.Nutabãt socio rũ animi.Solus Mediolanensis plenus fiducię & animi interritus: Tyranni impetum sustinuit:a quo septimo ante anno patria subacta:& funditus dele ta:uelut captiuus certis in locis relegatus fuerat:tũ pręlio dimicare minime timuit.Extimulabant animos patriæ excidiũ atqꝫ exilium:libertatis & uindi dictæ cupido:uiolata põtificis potestas:quẽ tot annos impune barbarus cru deliter & impie persequeretur.Eggressi igitur urbẽ cũ iam Brixianorũ: Vero nensium:Nouariensiũ & Vercellensium auxilia accersissent:sublatis signis in uicum ueniunt:qui Barillanus dicitur in uia:qua Comũ itur.hora erat fere di ei tertia:atqꝫ extemplo collatis signis manus conserunt. pręmissi septingenti Longobardorũ equites primi pugnã ineũt.hos germani ad Carrotiũ usqꝫ re pellunt.quo in loco instauratis uiribus aliquandiu atrociter pugnatũ est. nã utrinqꝫ prælio cientes uulnera pariter & accipiebant:& conferebant.Stabant obnixi & armis:& animorũ ardore.de summa rerũ agebatur: & proinde in gens & in barbaro:& in Mediolanensi metus erat.nihil a summo certamine remissum est.nemo pedẽ referebat.in eodẽ uestigio aut mori:aut uincere de cretũ erat:æquo marte res agebatur.Tãdẽ mediolanensis ira accensus in ho stẽ se concitat.cadunt frequentes.Signifer imperatoris occiditur:captaqꝫ est Aquila.Federicus inclinari suos in fugã conspicatus:ex imperatore pugnator fit accerimus:& ut aciem restitueret:equo in hostes fertur.at dũ obuium quẽ qꝫ aut cedit:aut sternit:dulcedine cedis periculũ uelut cecus minime cauens: equo suffoso in terrã sternit:quẽ cęsum maior pars rati:terga protinus dãt. Cecidere in ipso certamine Germanorꝫ multi:plures in fuga:aut cæsi aut cap ti.Occidio plurima papiensium:& Nouocomensiũ facta.Castra eodẽ impe

Alexandrię eps datus

Federicus a mediolanen sib⁹ uincit.

tu capiuntur:præda ingens militi concessa:Spoliis barbarorũ opulentus domũ Mediolanensis rediit.Federici uxor Comi relicta uirũ pro conclamato luxit:atq; oratores Melionalũ misit:qui corpus humandũ peterent.Sed is quinto posteaq̃ male pugnauerat die ornatu imperatorio conspicuus p Papiã incessit.Hoc prælio res germanorũ ita fractę fuerunt:ut in omnibus iam circulis fremere:& mox palã proceres uociferare:minime mirũ cladẽ eam acceptã si homo impius profano & diutino bello summũ pontificẽ in dei contemptũ insectaretur:Tum eporũ maior pars imperia detractare: quippe dictitantes nisi Alexandro reconciliato aduersa omnia uentura:atq; deũ optimum maximũ nunq̃ prospera daturũ:nisi pax daretur ecc lesiæ:& pontifici sua iura restituerentur:quando Sacerdotio uiolato presto semper uindicta forer: proinde pacificatũ legati mitterẽt. Euidentibus signis tanta uictoria qua propere debellatus Tyranus:& iniuriis & bello finem fecerit:significata fuit.Agebatur forte dies festus sub nomie triũ martirũ Sixini:Martirii & Alexandri:de quorum sepulchris inter sacrorũ solemnia tres columbas profectas super Carrotii fastigiũ consedisse quidã uiderũt:quẽ diem in fastos relatum deinceps Mediolanensis religiose coluit.Sed inter omnes scriptores hoc constat prosperis maiorũ tuorũ Ludouice mariaffortia Vicecomes auspiciis feliciſſime pugnatum.nã inter reliqua signa sub quibus populus stetit:& uictor euasit: fuit eo statu posita uipera quo ab Othone Vicecomite supra septem & septuaginta annos in Syria partã rettulimus.Longe ea princeps cæteris signis antestabat. Mattheus palmerius ĩ cronicis:& M.Antonius Sabellicus magis incuriosus q̃ inelegans Venetarũ rerum scriptor:classe pugnatũ & mari profligatum bellũ referunt:captumq; Othonem Federici filium:qui postea Venetias deportatus:pacis inter pacẽ & pontificẽ componendæ auctor fuerit. Quod ab hominibus parũ circunspectis temere confictum:& memorię proditũ redarguendũ profecto est: simul etiã quia huius mendacii assertores iã pridem illustres uiri habẽtur: quos potissimũ hi scriptotes sequuti sunt. Agunt Veneti diem maxime solemnẽ:qua uicini populi ad salutandũ templũ nostra & Illa tempestate inclytum concurrũt: quod in memoriã recuperati iuris hoste deuicto celeberrimũ pontifex fecerit: & proinde naualem pugnã:captiuum Othonem:supplicẽ patrem:& Alexandrũ hosti insultantẽ uelut publico monumento:testata & habent & ostentant. Sed his hominibus hoc genus omnia facile ignoscenda sunt:qui domesticę quieti: & ciuium otio consulentes: nequa exoriatur seditio quę plerunque a pusillo & eodem inopinato nata initio maximas urbes:& potentes populos euertit: uel ni minimis libertatem & concordiã inter se communiunt. Contra enim quã cęteras gentes fecisse & sapientissimos uiros præcepisse legimus: historias patriæ nonsolũ negligunt:sed decẽ uirali decreto: quod maxime formidolosum apud eos habe

Miraculum

Sabellicꝰ de supato Federico redarguitur.

tur:oblitterare & delere penitus ſtudent :ne ſcilicet diſcernãtur inter ſe maio rũ minorum ue gentiũ patriciiſ:& proinde poſteris ingenita dignitatis & ho ris emulatio peſtiferæ ſimultatis & pernicioſi odii origo fiat.Dicat quæſo Pal merius uel recentior quicunq; hiſtoricus:filius ne Otho Federico fuerit . Ego quod equidẽ legerim duos tantũ ab Aenobarbo mares genitos comperio: Hẽricũ qui & cũ patre:& poſt illius obitum imperauit:atq; Philippũ:qui in Germanis regnũ tenuit.Othonem nullũ a Scotiis genitum legimus.Sed cur tantopere de Othone filio:& re commentitia ſollicitus ſum:quãdo nulla Fe derico claſſis :nec in illius ditione maritimæ urbes fuerint : apud quas naues edificare:inſtruere:& parare potuerit.nam duntaxat terreſtribus copiis, ſuc cinctus Germanos tenebat : & Longobardos interim rebellantis armis infeſtabat.Prẽterea iam tantę Venetorum opes mari tunc patebant ut non temere foret quiſquam (de his loquor:qui mare Ioniũ & Adriaticum ſinum circũcolunt) qui non amicitiam:q̃ bellum Venetorum maluiſſet.Siquidem per ea tempora Vitalis Michael dux Venetię triremes centũ habuit inſtru ctiſſimas:& naues oneraria ſ uiginti cui p̃ tumultũ occiſo:Sebaſtianus Zia nus cognomine diues ſuffectus fuit.Profugum prẽterea Alexandrũ fouebat Gulielmus rex Sicilię:cuius nauibus in Gallias ad regẽ ꝓfugerat: & rurſum repugnantibus ſociis & fortiter Federico reſiſtentibus:in Italiã reductus eſt: & cum Ananię exularet:ubi cõmodũ illi erat Siculorũ claſſe cõmeabat. Tra dũt itẽ ſcriptores ea tempeſtate pacẽ inter Aenobarbũ & Venetos factam : fœduſq; cum eodẽ Gulielmo percuſſum:ſiue quia rebus ſuis timerent :ſiue ut alio nõ impliciti bello liberius grauẽ & indignã Emanuelis greci imperatoris contumeliã ulciſci poſſent:qui Henricũ Dandolũ forte apud ſe legatũ agen tẽ atq; licentius loquutum uiolato iuregentiũ candenti lamina oculis admo ta excecauerat.Ergo nec filius Otho nomine:nec itẽ claſſis:& opes maritimę Federico fuerũt:neq; erat e re ueneta bello germanũ hoſtẽ laceſſere. Omnis igitur laus & gloria debellati Federici:& reſtituti pontificis gratia penes Me diolanenſem eſt.Suppetias tulere Veronenſes:Brixiani:Nouarienſes:ac Ver cellenſes.nec Alexandrini fraudandi ſunt gloria ſua:a quibus fugatus primũ fuit Aenobarbus.Sed.Veneti illis æquales tẽporibus nihil alienę laudis uſur pantes factũ ipſum caſte:uere:ac ſimpliciter teſtati ſunt. Poſitũ eſt ſepulchrũ Sebaſtiani Ziani in maiori æde diui Georgii:cum eulogio inepto atq; inele ganti:quia. s .latinæ nullę tũc litteræ:& doctrina perexigua erat :& poſt enu meratas uictorias:quas Zianus de hoſte retuliſſet:hęc ſubiunguntur . Binos coniunxit gladios quaſi ſequeſter pacis duos gladios.hoc eſt pontificẽ & Im peratorẽ inter quos diutinum bellũ interceſſerat:concordes fecerit.Picturam uero quæ in atrio ſpectatur:poeticũ potius argumẽtũ: q̃ fidem hiſtoriæ dixe ris.Ficta res hinc fuit:quod in tẽplo opulentiſſimo prouolutus barbarus ſup

Vitalis Michael Sebaſtian9 Zianus

Caritatis tẽ plũ Veneti cur celebrẽt vi.ap rili

plex ueniã accepit: & quod multos post annos cũ iuniore Federico pecunia põtificis classe instructa pugnatum fuit. Quare cũ aliquid ueritatis subesset a posteris recepta res fuit:& credita perinde atq; uera foret: & quã nullus redargueret:atque refelleret:facile inueterauit. Cętera quę de pontifice uulgus celebrat fabulosa plane sunt:& uix aniculariũ lucubratione digna. Sed diem festum agunt pridie nonas aprilis:atq; uenerabundus populus templũ caritatis adit:uelut una salutatiõe crimina expiaturus:quod inde profectũ arbitror: quia illo in loco forsan pontifex magnifice exceptus: atq; diuersatus fuerat: benignissimusq; mox pater tẽplum muneraturus plenaria expiatione ad illud salutãdũ homines pellexerit. Abunde Longobardorũ opibus constat:& in primis Mediolanensiũ armis defensum pontificẽ:neq; in recentioribus annalibus atq; etiã in fęderibus pacis Constantiæ Venetus nominatus est. Credo quia nullę illi uires terra erant:& greco bello implicitus rerũ suarũ satagebat. Cęterũ Federicus re male gesta:sermone populorum:uociferatione militũ:& procerũ tacita rebellione perterritus:non armis:aut instaurato exercitu & prælio amplius dimicandũ ratus:supplex a pontifice ueniã petere constituit. Legatos igitur de pace misit:sed locus deerat:in quẽ tuto conuenirent. Bononię primũ conuentus indicitur. Sed ea uelut suspecta repudiatur. Mox delecta Ferraria. hęc quoq; parũ uisa idonea. Quare ex utriusq; consensu Venetię deliguntur:proter inclytã tunc gentis iustitiã:& urbis amplitudinẽ:siue quod terrestri exercitu pontifex & Federicus suffulti unde uim uterq; alteri inferret in mediis aquis non haberent. Prior in locũ condictum Alexander per Siculorum triremes defertur:uictoriã Mediolanensi ante omnia gratulatus: facultates ecclesiæ pollicetur:hortatus subinde ne arma deponerent:neq; paterentur impium barbarũ post tantã cladem se colligere:aut respirare:nisi reconciliatus pontifici damna emendaret:tributa remitteret: libertatẽ populis daret: ut suis legibus peregrina exempti tyrannide uiuerent. hæc eo consilio Longobardis promissa:ut stante adhuc bello in quęcunq; uoluissent fœdera hostis uenissent. Hac igitur pontificis pollicitatione: & hortatu proximaq; clarus uictoria Mediolanẽsis:sumptis denuo armis prius Papiã exercitũ admouit:pecorũ & hominũ predã agit:ferro & igni cuncta spectãte barbaro absumit:qui curarũ plenus:& damnis sociorum permotus: ut pontifici q̃ primũ reconciliaretur:per Ticinũ atq; Padum Venetias nauigauit: ibiq; ad genua pontificis procumbens:dirus homo supplici uoce ueniã impetrauit. Tũc primũ omniũ Mediolanensi in decẽ annos inducię datæ: multaque in emendationẽ damnorũ:& euersę urbis instaurationẽ elargitus est Aenobarbus. Ceterum ut aliquo piaculo exiliũ pontificis lueret:iniũctum illi fuit ut cũ exercitu in Syriam traiiceret:depositoq; imperiali titulo & ornamento: quã dignitatẽ longinqua rebellione polluisse uidebatur:Romã usq; pontificẽ priua

to ſimilis proſequeretur.ubi reſtituto in ſedem Alexandro:iterum humi ſtratus calcandam ceruicem palam omnibus prębuit.Sunt qui ſcribant proſtrato hoſti inſultantem Alexandrum hęc diuini uatis uerba protuliſſe. Sup aſpidem & baſiliſcum ambulabis:& conculcabis Leonem & draconem.Non cõtinuit liuguam barbarus:ſtatimque repercuſſit.non tibi ſed Petro.Ita expiato iam ſcelere:ut dignus imperio uere chriſtianus Cęſar nuncupatur. Tradũt alii dictum pontificis & reſponſum tyranno Venetiis non Romę datum.

Cetęr Federicus rebus in Italia compoſitis:reconciliatoq; põtifice in Germanos reuertitur.Quieta tunc erant Mediolani omnia:fides utrinque inuiolata. Moritur interim Alexander.Succedit Lucius.hic pacem & amicitiã cum Federico in primis queſiuit.Illi obſequens.aduerſus nunq̃: quem ut ſingulari aliquando beneficio promereretur enixiſſime elaborauit:ut Henricus filius Alamanorum rex deſignaretur:quam rem iam ſenior pater i primis optabat:& ut efficeret omni ſtudio & conatu procurabat.Socius ergo in imperio fauore pontificis patri filius.Durabant cum Mediolanenſibus inducię.ratus itaque iuuenis id quod forſan futurum eſſet:ne poſt parentis mortem:ſiue ubi inducíarum tempus exiuiſſet:bellum rebellantibus Longobardis graue & periculoſum oriretur:ſiue beneficiis populorum prouocatus pacem conſici ante omnia procurauit:quod illi haud difficile factu fuit.Nam fetiato p alí quot annos ferro:cũ iamdiu iniuriæ nullæ interceſſiſſent:depoſita odia:& mitigati quodam modo erant.Longo præterea bello afflictæ urbes pacem & quietem exoptabant:quando honeſtis conditionibus & ex utilitate communi pax futura eſſet.Accedebat filius pro commodis Longobardorum efficax apud patrem deprecator.His itaque rationibus cum fœdera & otium bello atque inimicitiis pręuerterent:ſocietatis Italicę oratores in Germaniam conuenere. Horum nomina generatim in formula pacis Conſtantię annota ta continentur.primi ſunt Mediolanenſes quippe caput: & gentis principes.Inter conditiones hęc fere prima fuerunt. Longobardi ceu ſtipendiarii Federico & Henrico filio tributa pendunto. Regi Alamaniæ Longobardiam intranti:aut inde Romam petenti urbes ſine fraude & bona fide itineri neceſſaria & copias ad uictum pro inſtituto prebento. primores urbium:dignitates:munera:& priuilegia a Cęſaribus donata tenento .Societatis Italię ſaluum & incolume priuilegium:Immunitates præterea:Iura uiarũ pontium ac fluuiorum priuatim cuique populo Cęſares ſeruanto.Longobardię unum imponito de proceribus aulę:qui lites cognoſcat:ius dicat: conuentus peragat:quem omnes in Italia duntaxat appellent:& a quo deinceps prouocatio nulla eſto Quinquennio quoq; exacto fidẽ cum ſacramento a populis nuncius cæſaris exigito:rata atq; firma in triginta annos pax maneto. Aliæ leges & cõuentiones:quas recenſere longum eſſet in eadẽ pace legũtur.

Pacis cõſtãtię formula

Vicarii imperiales Potestates

Petr⁹ Vicecomes

Longobardoꝝ populorū instituta

Credētię nomē unde

Quídam tradunt tunc primum prępositos uniuersæ prouinciæ prędes fuísse:qui uicarii cęsarum appellarentur:& summos urbibus magístratus concessos esse:quos potestates dixerunt. Vbí placuere conditiones priuatím a ciuitatibus nuncii uenere:qui acta confirmarent:& pacem ípsam ratam facerent:Inter quos Petrus Vícecomes a Mediolanensi missus fuit. Rebus in hunc modū compositis:tranquílla & tuta ab externo hoste omnia erant. Lōgobardí suis legibus uiuebant:suosque habebant prętores:quorum non urbana tantum iurisdictio erat:Sed pro commodís ciuium excubantes etiam de his quæ foris agerentur sollícíti quotiens hostis ingrueret: aut populabundus fines intrasset:conuocatis ad arma ciuibus:tum scriptis & cēturiatis mílítibus in morem iusti exercitus illí obuiam ibant:romanos imitati consules: qui iurí dícundo:& bello gerendo occupatí ex usu publico crant. Hac ín parte non uidebitur alienum:aut narrationí rerum inconueniens: proponere quibus institutis & legibus populí tot bellis inuicem fatigatí :perpetuis Germanorum armis protriti:tot cladibus obruti:ac pene exhausti rem publi. administrauerint. Vrbibus annuí consules præficiebantur.hí curam reipubli. habebant:ex quorum sententia & arbitrio bellum & pax potissimum agebatur:prout commoditas:& utílitas urbis postulabat.Capessebant alíí sine dí scrímine honoris:generis :atque census publica negocia:rebus gerendís inter erant : sententíasque rogatí nonnunq̄ dicebant.Huic hominum generí: credentię nomen erat:quod scílícet taciturní audita seruarent: & arcana mínime enunciarentur.Nihíl enim taciturnitate & silentío in publící negotíí administratione conducibílius habetur.ergo quí in concilium adhíbítí fuerant: hoc nomine fidei & taciturnitatis admonebantur.Huius factionís:siue collegíí meminere Cæsares in edictís & legibus pacis. hoc etiam nomen usurpat nostra tempestate Venetus:quotiens abeuntibus de curía patribus silentium eorum indicitur:quæ prodere capitale est.Celebris est Regio Mediolaní in qua turris spectatur eius nominis : quia credo in eum locum deliberaturi de magnis rebus coirent.Interim siue publicæ alícuius dignitatis gratia :sive ut rem & dignitatem suam a uí & iniuría potentiorum tuerētur:nouam factionem constituebant magis quam curiam:& si consules suos sibí crearent. Archiepiscopus annuum uicarium:quem Vícecomitem appellabāt: iurí reddendo preficiebat. Huius precipue erat: quæstiones exercere : supplicia & pœnas capitalis noxę ultor irrogabat : ex consularibus in annum quęstores fiebant : penes quos tributa de pensa : & ex portoriis redacta pecunia reponebatur. Herum fides & integritas in custodiendís publicis reddítibus iureiurando exigebatur : & ne rem proiícerent ad dísquísitionem expensæ pecuniæ plerunque uocabantur. Hos posteriores Thesaurarios a seruandís thesauris appellauerunt.Publicarum rationum duo erāt prefecti

erogandæ duntaxat pecuniæ in urbanos usus domini. Hi copias exterrarum gentium oratoribus & peregrinis: qui publico excíperentur hospicio: prębendaitem legatis & magistratibus ab urbe proficiscentibus expediebant. Horum igitur opera & arbitrio sumptus intra urbem fiebant. clementiæ & liberalitatis publicę ministri erant: quos possis romano more quęstores seu copiarios appellare. Durabant factiones perpetuæ iam inde cæptæ: posteaq̃ extinctis Lõgobardorum regibus ad Germaniç dominos res deuenit. Diuisa erat bifariam ciuitas. quippe nobiliores & potentia & opibus tenuem turbam uelut seruitio perpetuo dicatam habebant: quæ ideo in clientelam principum se dabat: ut ab iniuria & ui ditiorum tuta foret. Sed per causam patrocinii: ut fere usu euenire solet: eo auctoritatis & potentię in ciuitatibus quidam peruenerant: ut dum iniuriam & uim propulsarent: auctoratam plebem ita haberent: ut post longam clientelam seruilem in modum tributa dependerent. Quare ut quisq; uel nobilitate uel opibus pollebat: ita illi uelut in seruitutẽ dicati plurimi erãt. Hinc dixerim nata capitaneorum imperia: quibus cæteri essent stipendiarii: uasallos ac dedicios os uocabãt. Parebant etiam capitaneis Valuasores: qui ab inopi multitudine hoc distabant: quod illi ius & potestatem in alios obtinebant: Hęc uero semper alienæ libidini subiecta erat. Nihil capitaneis exceptum stabat: quorum licentiam: atq; superbiam quidam non ferẽtes q̃uis partis nobilium forent: illorum tamen improbitati: & insolentiæ occurrere conabantur: & miseros subleuabant: iniurias propulsando: quo nomine popularitatem & famam inter suos compararunt. Verebantur etiam: ne per impunitatem: improbi homines iniurias: & maleficia in se conuerterent. Verum cum remedia malis nulla essent: passimq; tenuior turba dilaceraretur: defecere ab nobilioribns non pauci: quorum opes haud mediocres erant: atq; in unũ coeuntes medium quendam ordinem fecere. Hoc igitur facto ab improbitate & scelere factiosorum se uindicarunt: ac interim oppressos erexere. de Mota dicebantur. Nominis interpretatio incomperta adhuc mihi est. Cęterum qui nouissima feudorum iura cæsares describere: ante omnes curiam Mediolanensem celebrant: ut plane significare uideantur: hoc siue tributi siue magis perpetuę seruitutis genus Mediolani primum cæpisse. nam quotiens de obęratis in dominos: & rursum de iure dominorum in obęratos certabatur: cognoscendæ causę & diiudicandę litis arbitrium consulibus: & patribus curiæ Mediolanensis Cæsares delegasse legimus: ut non solum sine prouocatione eorum iudiciũ foret: sed quod hi statuissent: id a cæteris receptũ uim legis quodã modo haberet. Multa quoq; constituta pro sententia iurisconsultorũ Mediolanensiũ non tantũ extant: Sed quotidie celebrãtur responsa Vberti Hortãi & Girardi Cagapisti: quibus aut consuetudinis & morum puincię: aut recentiorum legum prudentiores alios haud temere inueneris. Et quando de

Capitanei Vasalli Valuasores

De Mota

Feudorũ origo

Longobardi reges

ínſtitutis & magiſtratibus Longobardorũ loquimur. Fremant licet cęteræ gentes: uel magis patienter quę dicturi ſumus audiãt. Reges Longobardorum eos fuiſſe: qui legibus & armis uniuerſam: pene Italiam iam a maiorum uirtute degeneratam ſubleuauerint: erexerint: & exornauerint. Nam poſteaq̃ regnum in ea occuparunt: in publicam utilitatem leges condiderunt breues: quippe quæ hominum ſcelera caſtigarent: & emendarent: atq; utinam nõ ob ſoluiſſent. ſuppliciis & penis: ac crimine & noxa nos arcent adeo aperte & abſolute: ut parum interpretis indigeant: & omnia ita complectuntur: ut nihil fere relinquant in cognoſcentis ingenio: atq; ſolertia: ſiue in uniuerſum præcipiant aliquid & uetent: ſiue particulatim pro genere delictorũ penas irrogẽt ita nihil impunitum relinquitur. Quapropter non poſſum non laudare quaſdam Italiæ urbes: quę in hanc uſq; diem iudicia ſua ex edictis Longobardorum magiſq̃ ex decretis imperatoriis exercent. Iura quoq; feudorum de qbus paulo ſupra diximus: auctores habuere Anglerię comites: quorum uera & generoſiſſima proles Vicecomites noſtri regno maiorum aſſerto rem militarẽ iacentem ac prope deſitam in lucem ac nomen reuocarunt: conſtitutoq; imperio: externam uim repulere: & leges ſalubres tulere. Longobardis igitur multa debet Italia: uel quod in eam primi regnum & regiam dignitatem induxere: ut qui ante externis ſeruientes liberati ſeruitio ſuis imperarẽt. leges non ſolum recte uiuendi: Sed etiam regnandi dedere: & ne in ciuitatibus ꝓmiſcua & confuſa omnia forent: cõceſſa in infimos poteſtate: plebem a nobilioribus diſcreuere. Sed pax Conſtantię quid alienigenis dominis pendendum eſſet: prę ſcripſit: & quanq̃ obnoxia foret: ius tamen populorum non ſuſtulit: maieſtatem imperatoriam qua fine obſeruari & coli oporteat: declarauit. Minime igitur mirum ſi confirmandi imperii particeps gens facta fuit: & penes Mediolanenſem populum multa repoſita ſint iura: quem uicinæ omnes gentes reuereantur: & timeant: ceu pacis & belli arbitrum: Legum moderatorem: ꝑſens q; auxilium & tutelam quotiens in diſcrimen res uocantur. Sed ut unde digreſſi ſumus redeamus: Federicus iam bellis & ſenio confectus: cũ ſibi atq; filio reconciliatos Mediolanenſes: cęteroſq; Longobardos haud malo in ſe animo eſſe cognoſceret: atq; nepote ex Cõſtantia: & filio auctus eſſet: in Syriã: ſicut cum Alexandro conuenerat: expiandi ſceleris gratia traiicere ſtatuit. Intuendis hieroſolimis tunc maxime noſtri laborabant. quam urbem proxime receperant. captus item in pugna fuerat Gulielmus Marchio Montiſferrati Federici gener: quem uinctum in cuſtodia Saladinus Damaſci aſſeruabat. Expeditionem igitur feſtinauit: atque in Ciliciam delatus: dum fuſos hoſtes inſequitur: cędentibusque inſtat: in fluuium iuxta Iconium urbem pugnam ciendo ſummerſus interiit. & hic Federici finis. poſt cuius morrem Galliæ & Britannorum reges in Iudeam cum exercitu tranſmiſſi: Acrim

Feudoꝝ iura

Federici finis

quæ olim Ptolomais dicta fuit per uim cæpere. Ascaloniã quoq; expugnant: atq; subuertunt. tum naues quas Saladinus in terrorem christianorum serpentibus oppleuerat: demerguntur. Ceterum Henricus post patris mortem Federicum filium iam quadrimum regem Alamannorum designari fecit: mox ipse cum uxore & filio Mediolanum uenit: tum Genuam proficiscitur: atq; inde soluens classe in Apuliam & Siciliam defertur: cõfestimq; urraq; terra potitur. Hęres enim Gulielmi erat Constãtia. Opibus itaq; & titulo duplicis regni subnixus Heapolim expugnat. Margaritam regnam ĩ custodia habuit. ac omnes qui dicto minus audientes erant: & sumptis armis iam rebellionem parabant: penitus debellauit. in Insula uero non solum episcopos: & sacerdotes: quos ceu nouarum rerum molitores timebat: trucidari fecit: Sed & tẽpla spoliat: Thesaurosq; Siculorum in Germaniam secum trãstulit. Cędes igitur & sacrilegia imanissimi ac rapacissimi hominis Celestinus põtifex diris execratiõibus primum persequitur: tum illum uelut abhominatum Christiana cõmunione priuat. At Henricus ad Italos iterum: & in Siculos transgressus: filio adhuc impuberi: uelut legitime regnaturo: ut pote qui auunculo succederet: regia ornamenta tradit: Regemq; apud Siculos constituit: atq; haud ita multo post Messanę fato concessit: & peregrina in terra sepelitur.

LIBER QVARTVS.

Dum iunior Federicus Pontifices perpetuo bello uexat per contraria in urbibus studia perniciales seditiones & bella ciuilia exorta: quo mortuo: moxq; occiso Actiolino Turrianus rerum potitur.

ORTE Henrici rerum summa Philippo illius fratri annitẽte Regę Franciæ defertur: quanq̃ utsupra demonstratum ẽ: puer in imperium designatus foret. Post pacem Longobardis datam Mediolani aliquantulum remissa odia: domestici q; motus quieuere: nam & potestates publico intenti commodo æquo iure omnia partiebantur: & proinde discordias & seditiones cauebant. Vicinę quoq; urbes dum se inuicem bellis lacessunt: implorato sępe auxilio populũ minime de nouitate rerum cogitare permittebãt. Sed quies domi haud diutina fuit. nã cũ duo: ut supra exposuimus: hominũ genera in aliquo numero Capitanei & Valuassores essent: plebes seruorũ ꝑpe loco nullo cõsilio adhibita ducebatur. Quapropter ægre ferentes tenuiores: qđ uelut seruituri potẽtioribus parerẽt: denuo cõgregati ueterem factõem renouant: nouo addito cognomine. Nam diui Ambrosii credentiam appellarunt. locus quoque delectus in quem sublato uersicolori signo: uelut in con credentia

cilium:Lanii:piſcatores:Fartores:Sutores: Tonſores & id genus ſelulariı opi ſices coirent. Tunc multitudo ceu iam exauctorata foret:ſub iuris tuendi: & ꝑpulſandi incõmodi titulo:non ſolum Iniuriis potentiorũ intercedere:ſed illis uim afferre tentabat:Egre itaq; domi ex multiplici factione:diuerſiſq; ſtudiis ſeditiones compeſci poterant:quanq; mercatores:quibus paulo maiores opeſ erant:conſules aſſectati medii inter plebem & patricios horum uiolentiã & arogantiã:illorũ temeritatẽ atq; audaciam reprimere conarẽtur. At uicini po puli ubi per diſcordias potentiſſimã ciuitatẽ a ſe confici cognouere quaſi libe rati eorũ motu:quorum uiribus in officio continebant:& pacem inter ſe co lebant ſumptis armis in mutuas clades ruere:populationibus agrorum:& cę dibus omnia permiſcere. Cremonenſis Bergomenſem quantis maxime pote rat incõmodis & maleficiis afficiebat. Rurſum Bergomenſis expectata occa ſione cũ non eſſent qui fines defenderent:nihil moratus hoſtium agros depo pulatur:uicos & ędificia:quæ adiri poterant incendit. Mediolanenſis quoque quanq; domeſtico cõflictaretur odio:ubi finitimos uidit in armis eſſe:neq; a maleficiis temperare: Ticinum tranſgreſſus agros qui ad Padum uſq; ptinẽt: fructuoſos admodũ inuaſit:neq; prius abiit:q; ingentem hominũ & pecorũ predã abduceret:uicos & in agris tecta ſuccenderet:arbores recideret:nec ſo lum repentina incurſione talia molicbãtur:ſed iuſto cum exercitu oppida ob ſidebant:tormentis:ac machinis concuſſa euertebant. uaſtati erant q; latiſſi me urbium fines:inculta:deſerta:& ſitu ſqualentia cuncta gentili quodã furo re & impetu ſtabant. Per hęc tẽpora circiter annos domini. M.cc.x. Domi nicus Hiſpanus genere per quietẽ a uirgine glorioſiſſima admonitus religio nis nouæ auctor fuit:quæ breui ꝑ uniuerſam Europã diffuſa mirandũ in mo dũ coaluit. In Grecia quoq; de regno Conſtantinopolitano quidã inter ſe cer tauere. Nã mortuo Emanuele imperatore:qui ingentes pecunias:ut quidam tradunt Mediolanenſi ad inſtaurandã patriã elargitus fuerat:filiamq; Ray nerio Montiſſerrati Marchionis filio cũ regno Theſalonicẽſi in matrimoniũ dederat:forte Iſacium cũ Alexio filio adhuc ipuberi ꝑ inſidias & fraudem op preſſos Alexius tyrãnus in cuſtodia tenebat. Sed puer de uinculis in Germa niam ꝑfugit:opem & auxilia a Philippo Federici filio cognationis gratia im plorauit. Cuius iuſſu Flandrię Comes:& Bonifacius marchio Montiſſerrati contractis copiis adiuncta etiam Venetorũ claſſe: quę tũc forte rebellantem in Illyriis Iaderam expugnauerat:pueꝝ cũ patre in regnum reducũt. Alexius ſenior cum uxore & filiis capitur:atq; in Montem ferratum abducti in carce re moriuntur. Verum cum Iſacius & filii parum gratos in latinos homines ſe prebent:regno rurſus eiiciuntur. Moxq; Balduinus imperator creatur:quo in expeditione apud Adrianopolim occiſo: Henricus frater regnum obtinuit: quod factum ægreferens Bonifacius marchio in Theſaliam ſtatim proficiſci-

M.cc.x. Dominicus nouę religionis fũdator

Iadra a uenetis expugnatur

tur:atq; Raynerio fratri:qui sine prole uirili decesserat:succesſit.Hic moriens sic regna partitus est:ut Gulielmus maior e filiis in monteferrato regnaret. Thesalia sub ditiõe & iperio Demetrii foret.Hoc quoq; sine stirpe defuncto: Gulielmus frater Thęsalia potiẽ.Quod tamẽ regnũ p nuptias ad Constãtinopolitanos dominos rediit:tradita Violantide Gulielmi filia Andronico imperatori:de qua natus Theodorus:qui deinceps ex Ioannis auũculi testamẽto in Monteferrato regnauit. Per hæc tempora ceu parũ odii & dissensiõis: diuisa (ut supra diximus) ciuitate:conflatũ foret:coniurationẽ quidã fecere: quæ ualentiũ:siue Robustorum cognomẽ habuit:.nã iuuẽtus patricia in unũ ɔueniens sibi suos potestates creat. multitudini audactter atq; intrepide resistens.Interim domi & foris impetu quodã magisq̃ consilio: & seditione facta telis:quę sors obtulerat:decertarunt. Rixa sane potiusq̃ pugna. quare furor ille ꝓtinus resedit:neq; diutius male sarta gratia durauit:appellatio tamẽ robustorũ mansit:quasi p eã alacrior iuuẽtus nomina in militiã daret. Hac tempestate Franciscus genere picens paupertatis unicus amator sectatores habere cœpit:qui sęculo renunciantes inopes & egeni:potu atq; cibo emendicato contenti: extemporalẽ & proinde erumnosam uitã ducerent. Cæso Philippo qui per inconstantiã procerũ:regnum fratris filio:cum adhuc maturus imperii non esset:cripuerat:Otho dux Saxonum rex Alamaniæ creatur. Hunc statim Mediolanenses in Italiã ad ornamenta & imperatoria nomina captanda euocarunt.Quo propius aduentante ad eius occursum tota ciuitas effunditur:ferreoq; coronatus insigni:prosequentibus urbis primoribus:Romam petiit.ubi per Innocentiũ pontificẽ nomen & auctoritatẽ Cęsarum accepit.Salutaris fuit Othonis aduentus.Siquidẽ ciuitates quędã inter se bellũ gerentes iussu illius arma deposuere.Recepti quoq; sunt exules:qui urbes trã quillas esse non sinebant.Liberi tunc populi tã a peregrinis armis:q̃ a motu: atq; contentiõe ciuili fuere.Sed cũ põtifice pax haud diuturna fuit.nã Otho debellatis oppidis in Longobardiã reuersus Actium estensem:qui tunc forte Ferrariã & Veronã obtinebat:propterea quod Imperatori parere recusasset: & qui cum eo conspiraverant:ceu rebelles persequitur probris & damnis afficiens.Quare non passus Innocentius ferocẽ barbarum in Italos debachari: illũ sacris & imperii titulo priuat.Tum Iuniorẽ Federicũ Henrico progenitũ iã armis firmũ:& materno regno potentẽ ad se uocat:summã rerũ: & ereptũ imperiũ promittit:modo in Germanos aduersus opes & arma Othonis transeat.Iuuenis cupiditate recuperandi regni inductus:& pontificis pollicitatiõibus oneratus:simul etiã paterna:& aui auctoritate cõfusus:qui multos annos regnũ in Germanis:& in Italia imperiũ obtinuerant:Genuam q̃ primũ nauigat:atq; inde Papiã peruenit.Huic presto fuere Actius Estẽsis:Comes sancti Bonifacii:Marchio Montisferrati:quorũ obsequio atq; auxilio:nemine in

Bonifacius Marchio Mõtisferrati

Francisci secta

teruenīente: Cremonam & Mātuā protinus uenit: mox per ueronēſes in Germaniā tranſgreditur. Interrea Mediolanenſes q in partibus Othonis perſeuerabant: pecuniam & auxilia illi aduerſus emulū & infenſum iuuenem polliciti: crebris incurſionibus eos primū infeſtabant: qui Federicū ſubleuauerāt: atq; ſtudioſius iuuerant: & frequēti cęde euaſtant. Tum flagrante ira cū nullus obuiam iret agros populātur: uicos & ædificia ſuccendunt. oppida diripiunt finis damnis & iniuriis nullus erat potentior Mediolanenſis & ſi quidā icto fędere inter ſe milites congregaſſent: uicina tamen omnia perdere cenabatur. Cremonēſis & Papienſis inuicē pertinaciſſime bellū perſequebant: neq; aut ſuorū cęde: aut detrimentis deterreri ab armis poterant. Mediolanenſis tunc maxime: ut cæperat ingētibus damnis aduerſarū partium populos agitabat ſiue ut acceptas iniurias ulciſceretur: ſiue ut cladibus afflicti a Barbaro deficerent: pręcipue eam Liguriæ partē: quā Montem ferratū appellant: bello fatigauit. Indignabatur enim ſtudiis ſuis marchionē enixiſſime aduerſari. Quod ubi ponfici denunciatū fuit: Mediolanēſi primum mādat: ut Othonis partes deſerat: temperetq; ab iniuriis & maleficiis in finitimos. Recuſauit mandata: atq; ſtatim pſeuerantē in propoſito Pontifex deteſtatur: ac ſacris priuat: Enim uero tum irritatus populus: grauius deſeuire in proximos cæpit: Subitoq; Ticinū & Padum tranſgreſſi: tractū fere omnē illū: qui inter Padum & Appenninum iacet: ferro & igni euaſtant: nihil quod lædi poſſet intactum reliquit. Inter duos amnes conſtituti cū accolæ ſuſtinere uim non poſſent: atq; in oppida munitiſſima conceſſiſſent: ędificia & uicos igne abſumunt. pugnabatur tunc non de imperio: ſed uter eſſet. uaſta erant omnia: atq; bello internecino miſeræ urbes ſe conficiebant. Reduxit tandē exercitum Mediolanēſis: poſtq; nihil reliquū in agris erat: quod aut incendi: aut ſubrui poſſet. Per hæc tēpora Innocentius moritur: cui ſucceſſit Honorius: hic ſurgentē a diuo Domini o religioſam fraternitatē: & inſtituta comprobauit. Tū procurāte Henrico Septarienſi Archiepiſcopo ædes diui Euſtorgii huius uiri ſectatoribus habitā da concedītur. In Longobardis maxime omnia bello flagrabant. Mediolanū fere uicini populi infeſtabant: propterea quod ab Othone minime diſcederent. Quare collecto exercitu Adduā tranſgreſſus Mediolanenſis Cremā oppidum obſidet. Quicquid agri uſq; ad Olium pertinet latius effuſi populātur. ingens numerus captus pecoris. magna abducta preda. fines incolumes neq; Brixianus: nec Cremonēſis ſeruauit incluſi mœnibus cōtinebātur. Tūc Mediolanenſis uictor ubi ſatis ſęuitū fuit: legiōes reduxit: minime tamē ocioſus. Nam confeſtim traiecto Pado. cū nullus agros defenderet: Parmenſem: Mutinenſem: & Regienſem damnis grauiſſimis afficrt: atq; urgente ira nullum ſæuiciæ genus omiſit. quā populorū calamitatē miſeratus Honorius pacem componi ut ab armis diſcederetur in primis laborabat. Sed altius inſede

Henric⁹ Septarien Archiep̄s

rant odia:& magnitudine maleficiorũ offensæ ciuitates :neque arma depone re:neq; capta restituere:& reconciliare gratiã uolebant.Erant enim qui opem & peregrina auxilia ad ulciscendas iniurias: reponendaq; Mediolanensi dam na expectarent.Ceterum Federicus ubi satis uirium aduersus Othonẽ com paratum uidit:in Italos se conuertit:socios & amicos defensurus:quorũ preci pue querimoniis euocatus fuerat.Sed Mediolani quanq̃ hostis aduẽtaret ma nebant odia : & uetere simultate:recentiq; ira cuncta ferebant.Septariẽsem præsulem:qui Clarę uallis templũ dedicaturus erat indignata plebes honorẽ eum ab homine patricio desumptũ illum urbe pellere statuit.Seditio protinus cohorta est.Capitanei & Valuassores ab Henrico stabãt.plebei ducẽ si bi Androgetũ Marcellinũ fecerãt.Iam proximę ad certamẽ res uenerat.Sed priusq̃ congrederẽtur Henricus a quo dissidiũ profectũ erat interuenit .Qua re statim sacerdotii auctoritate: & quod in gente patricia:non infimũ locũ is tenebat:remissæ sunt iræ:arma deponũtur:atq; de republica sollicíti defendẽ dę patrię curã unanimes suscipiũt.Descenderat in Italiã cũ ingẽtibus copiis Federicus.illum Honorius pontifex transmaria mittere tentauit: Ex Rauen na Cremonã Tyrannus petiit:in quẽ locũ uelut in conciliũ proceres conue nerant.pacẽ & amicitiã in primis cũ Mediolanensi facere cupiebat . Sed cla dis ab auo acceptæ memor populus:ne aui superbiã atq; sæuitiam nepos ue lut hęreditariam seruaret:ferociter respondere:condiciones oblatas quascũq; aspernati bellũ q̃ pacem quærere.Ergo urbi nihil pacatũ apud Mediolanen sem:sed hostilia omnia cognouit: Veronã protinus reuertitur : Acciolinũ de romano socium & amicũ facit: quẽ ea tempestate unice dilexit:contra Acio Estensi:& Mediolanensi maxime infestus:magno deinde conscripto exercitu de his gentibus:quę Syriacæ expeditionis gratia multę in Italiã confluxerãt ad Appulos transmittitur. Decessit per hęc tempora Honorius cui Grego rius suffectus est.hic iniquo animo ferens barbarũ iuuenẽ mercenariis succin ctum cateruis:Appuliam subegisse:& seu ecclesiæ infensum põtificiis opibus inhiare:illũ de grege fidelium:& numero piorũ exterminat. Sed harbarus ne uideretur eorũ uota frustrari :qui bellũ Syriacum deposcebant:simul etiã ut transmarinũ tyrannum sibi conciliaret:in Siciliã traiicit: atq; sacerdotũ iura uiolat:tum quicquid in Insula pontifex possidebat:usurpat:relictaq; maxima illic exercitus parte:ipse in Syriam cũ triremibus quinquaginta transiit :pro tinusq; cum hoste ita fœdus iniuit :ut concessa illi ægypto: Regnum Sicilię quietus ipse possideat.Quod fœdũ atq; exitiosum religioni fœdus posteaq̃ Gregorius intellexit:quẽ paulo ante deuouerat:illũ pro heretico pronunciat : & subinde auxiliũ aduersus nephariũ tyrannũ postulauit.Sine mora Placenti ni:& Mediolanenses militẽ dedere.Per ea tempora publica pecunia Mediola ni emptus est locus ad duo fora facienda:reddendoq; iuri substructa Basilica:

Acciolinus de Romano

ſubter qua eſculenta & poculenta fere diuenderentur. Vicina porticus iuriſconſultorũ ſedes: coniuncta Scribarũ atq; notariorũ ſepta: quos nunc cancellos appellant. utrinq; areę: quarũ una mercatoribus altera frumentatoribus: ac uinariis conceſſa. Res urbi perutilis: qua & annonæ & cõmerciis inter ciues proſpectũ. Inſculpta effigies Oldradi: qui forte ea tempeſtate prętutã in urbe agebat. Tunc ad res inter ſe contrahendas: uendendo: emendo mutuum dando populus coire cœpit. Potens & opulenta illis temporibus erat ciuitas: quippe quę non ſolũ fines ſuos a ui: & iniuria defenderet: Sed propinquos & amicos incolumes ſeruaret. Ea propter uiribus & armis prępotentis populi Federicus permotus pacẽ a pontifice petiit: quã & impetrauit. Interea Mediolanenſes: Ligures omnes qui cis appenninũ ac colunt: congregato exercitu uadunt: quorũ agros hoſtiliter p̃dãtur: pręcipue Mõtiſferrati dominũ uexãt. Qui magnitudine belli oppreſſus: cum uix reſpirare poſſet: etiam parũ ęquis conditionibus pacem quærebat. quã pro dignitate & commodo a Mediolanenſi accepit. Sed ille ſiue ſtudio in Germanos: & arctiſſima propinquitate Federici: ſiue quod in armis frequenter uerſatus foret: neq; pacẽ: nec bellũ pati poterat. Quare haud ita multo poſt inſtauratis uiribus rebellauit. Præfecere tunc exercitui Mediolanenſes Vbertũ Ogenatem: qui extemplo rebellantes populos excurſionibus uaſtat: magnã prædam agit: ferro & igni omnia perturbat: nec ſolũ in Montemferratũ arma mouit: Sed Salaſſos: Taurinos: & cęteras alpibus ſubiectas gentes uexat: quæ & ipſę grauitate tributorũ deſecerant. & uicinum dominũ ad arma ſollicitauerãt. Captus forte in ea pugna fuit Vbertus: quẽ crudeliſſime excruciatũ populi: uelut ulturi iniurias enecarunt. Huius morte permoti milites: q̃uis ducem non haberent: tamẽ ductore tumultuario conſtituto: denuo populabundi hoſtiũ agros euaſtant. claſſem qua tranſitus fluminis prohibebantur: capiunt: fabricatoq; ponte ingentẽ numerũ captiuoꝝ abducunt: Quæcunq; in agris inuenta ſunt: adurunt: aut ſubruunt. Oppida quoq; ſitu & operibus munita expugnantur: atq; diripiuntur graues pœnas cęſi hominis & rebelliẽis repetunt. Interea cũ aduentare Federicũ nunciatũ eſſet: urbes quędã fœdere inter ſe percuſſo arma conſociãt: Legatoſq; ad pontificẽ mittunt: rogantes barbarũ moneat: ne exercitũ in Lõgobardos ducat. Quod ſi fecerit & fortunã & uires populorũ experietur. quorum oratione motus pontifex legatos Bononiã mittit: qui de pace agerent: Sed eos eluſit barbarus: ad Venetos abiens: atq; inde uelut tergiuerſando Aquileiam conceſſit. Auertit autẽ eũ ab Italia: cæptoq; fere bello defectio filii: qui cũ Mediolanenſi conſilia nouandarũ rerum agitabat. Quare propere in Germaniã reuerſus illũ in cuſtodia aſſeruari iuſſit: quo mortuo Conradum ex altera uxore genitũ regẽ in Alamãnis cõſtituit. Eo ſane anno hiems egelida atq; niuoſa fuit Viæ clauſæ: & Padus uſq; ad hoſtia maris innauigabilis

Oldradus

Vbertꝰ ogenates.

Frigoris uis Padus conglaciatus

fuit:ut merces ab Adriatico ſinu plauſtris & uecterinis deueherentur:glacies adeo ſolida:ut per alueos fluuiorũ currus & iumenta cõmearent:fluxus aquarum ita compreſſi:ut mole ad frangenda frumẽta circumagi minime poſſent Vina in ſubterraneo ſeruata loco concreta ſunt.prę magnitudine ítẽ frigoris uites:oliuę:ficus:& id genus frugiferæ arbores exaruere :famis & peſtilentiæ quæ inſecuta fuit cauſa & ſignũ euidentiſſimũ. Miſit forte per ea tẽpora Imperator Cremonã Elephantẽ:Camellos:& Dromedarios peregrina ſane animalia:& raro apud nos uiſa:atq; rogante Acciolino et Veronenſi Italiã repetens:Mantuanũ omnẽ agrum uſq; ad urbis moenia ſuccenſis ædificiis et uicis euaſtat:Brixiã pari clade afficit:atq; fugato Accii Eſtẽſis exercitu:Vincentiã per uim captã crudelẽ in modũ diripit:ac prope funditus delcuit.impoſitoq; in Italia procuratore in Germanos reuertitur. His temporibus Mediolani prętor erat Petrus Teupolus:huius pater Venetiarũ princeps Iadere ſummũ magiſtratũ antea tenuerat. Hoc duce Mediolanenſis fretus exercitum congregat:circumpadanis omnibus bellũ intullit:nihil intactũ in Lomelino agro manſit:omnia incendiis & direptione afflicta fuere. Quæ ubi Federico nunciata ſunt:ſtatim in Longobardos exercitũ ducere ſtatuit. Tentauit priusquorundã animos:quos ubi in pniciẽ finitimorũ paratos:& proinde ſe cũ arma iuncturos:cognouit: minimũ moratus:Brixianos fines ingreditur: in prędã omnia ad Oliũ uſq; euertit. Mediolanenſis ubi uidit Acciũ Eſtenſem:& Comitẽ ſancti Bonifacii:qui tũc Mantuæ dominabatur in partes ad uerſarii tranſiuiſſe:impetumq; omnẽ barbaricũ:& molẽ belli in ſe uenturam animaduertit:erecto Carotio:congregatoq; milite obuiã hoſti proficiſcitur: & haud longe ab Olio caſtra locat.Subſtitit tunc barbarus:ſatiſq; habuit in pręſentia uada fluminis cuſtodire:ut hoſtem tranſitu prohiberet:cui cũ & numero & uirtute militũ impar foret:tum quod etiã beneficio loci tutus eſſet Mediolanenſis:quippe paluſtribus in locis caſtra habẽs:nunq; poteſtatẽ pugnandi fecit: &ſi ſępius educto agmine prouocatus ad pugnã foret:ad inſidias ſe conuertit.Exercitum Cremonã ducere ſimulat.ipſe in ſiluis:quę campo iunctæ erant cum delectis & expeditis militibus ſubſedit. Egreſſi caſtris Germani nullo cũ ordine neq; imperio magis fugere q̃ proficiſci uidebantur. quos uero fugientes Mediolanenſis ratus:inexplorato & in compoſito agmine perſequitur:ubi uentũ in eum locũ eſt:in quo paratæ erant inſidię: Federicus nihil tale timentes aggreditur. Tum trepidatio magna :uiſoq; hoſte conſilii inopes in fugam repente uerſi prępcipites ire:terror & formido tanta:ut ſe colligere non poſſent.pallatos barbarus acriter inſequutus tergo inſtare.ingens tunc cędes facta. Elatus ſucceſſu barbarus in ſigna conuertit agmen. uim & impetũ Germanorũ ſubſtinuere ii milites:qui a uirtute ualentes ſiue robuſti dicebãtur.Dux eorũ Henricus Moguntiacus,animoſius pro ſignis

Petrus Teupolus

Hẽric9 Moguntiacus

decertarunt:prementēq; barbarū repulere.pugnatūq; eſt uſq; ad noctem.Su peruenięnte pluuia pręliū dirimitur .beneficio tenebrarū uſus Henricus cur rum dilacerat:malū cum cruce aurea & cęteris ornamentis in urbē defert.Im perator ubi illuxit ſpolia hoſtiū tolli iubet:& quod reliquū e carrocerio ſuper fuerat id Veronā miſit:in trophæi modum publico in loco ſtatuendum .ma gna profecto uirtus Valentium tunc fuit:qui plenū triumphum exultāti ho ſti non permiſere.Vulneratus fuit:atq; etiā in pugna captus Teupolus : qui prętor in armis & ſub ſignis populū habebat.Hunc in cuſtodia diutius aſſer uatū Federicus grauiſſime excruciauit.Mediolanenſis collectis iis:qui a pu gna & cęde ſuperfuerant Bergomenſem inuadit: a quo proditus:& barbaro data auxilia fuerant.patuit ad inferenda damna aditus : opera maxime atq; etiā impenſis Pagani Turriani.nepos hic fuit Martini illius quē in tormentis necatū ſupra memorauimus.Indignabatur proditorē impunitū manere: Si mul etiā quia propinquos Borgomenſi uicos & agros habebat:uerebatur ne quādoque claſſem in ſe uicini uerterent.Siue igitur a ſe ſuiſq; malū auertere conaretur:ſiue quod iam tūc non ſolū amicitiā:ſed gratiā etiā in præpotenti urbe quæreret:per uallem cui Saxinę nomen eſt:in fines Borgomenſiū hoſtē tranſmittit.Fouit præterea quantū in ſe fuit ſpoliatos & egenos:pecunias :ue ſtes & frumenta benigne præbens.Itaq; reparatis pro tempore uiribus poſt captū magnum pecoris & hominū numerū:exuſtiſq; agreſtiū tectis in agrū cremonenſem exercitus ducitur. Cremonæ tunc agebat Federicus : qui in di micationē nec crebris conuitiis:nec excurſionibus perlici unq; potuit: Tandē cum barbarus moenibus contineretur:nec copiā pugnę:etiā tumultu & præ liis laceſſitus:faceret:Mediolanenſis cis Adduam exercitū reduxit.Locus ab eſt haud longe a fluuio quo primū deducta colonia fuit.hunc ueterē Laudē appellant.Conſedit illic Mediolanenſis:caſtraq; communiit .tutus erat exer citus tū ſuapte natura :tū leui opere.Per tres igitur menſes hoſti obiecti illū uelut fruſtrando ingreſſu nouę Laudis prohibent.tandē oppidanoꝝ quorun dam dolis urbe potitur.Eos quorū opera & armis receptus fuerat:liberaliter amplexus:muneribus & honoribus proſequutus eſt:Aduerſarios in Appulis relegat.arcē deinde portę:qua Cremonā itur inędificat: moxq; ut ſocios aut defenderet:aut ſubleuaret:quos Mediolanenſis grauiſſimis detrimentis affe cerat:Papiā petiit:ad quē finitimę urbes legatos confeſtim mittunt : auxilia pollicētes. Soli Mediolanenſes:niſi æquo iure amicitiā recuſarunt.Barbarus coactis copiis in Brixianorū fines contendit : urbemq; ipſam omni circū po pulato agro menſes tres obſidet.Interea Papienſis cū belli detrimenta mini me ferre poſſet:deditioue in Mediolanenſiū poteſtatē uenit :quo facto exer citus imperator:ſoluta obſidione Veronam ſe recepit.Interim Mediolanen ſis recētis iniurię nō immemor:iteꝝ Borgomēſes infeſtat:ac ſtudio uindictæ

Paganꝰ Tur rianus

quoſcunq; nactus erat:ſpoliat.oppida diripit:uicos ſuccendit. Nõ defuit iræ fortuna:Forte grando non temere alias uiſa arbores omnes frugíferas contudit:& diſiecit:ſata euertit:pecora & armenta interfecit. Ceterum Federicus ubi iurciurãdo fidem a Patauino:& cęteris Venetiæ populis exegit:ferox animi militum robore:& ſociorum fide:atq; armis præpotens euertendi Mediolani:& tollendi pontificis conſilia agitare cępit.Hoc ubi pontifici compertũ fuit:illum palam ſolemni die uelut rebellem:& apoſtolici imperii euerſorẽ excõmunicat.Legatũ rebus in Italia gerendis conſtituit.nuncios.in Hiſpanias Gallias:& Britanniã dimiſit:qui eos homines docerent:quę foret barbari ipietas:& q̃ fædũ & nephariũ facimus in pnicĩe religiõis aggrederetur: quippe q̃ miníme ab auita iniquitate & ferocia diſcedens:Romanum ſacerdotium uiolaret:maieſtatem pontificiam perdere tentaret.Horum oratione multi:qui a barbaro ſteterant:ſimul etiam metu penę:& religionis reuerentia:mutato cõſilio ad pontificem tranſeunt. Federicus ubi a ſe eos defeciſſe animaduertit: quorum opibus rem tantam moliebatur:mercenarium militem uariarum gẽtium conducit.Erant tunc forte in Italia conductitiæ cateruę Germanorum: Appulorum:Sardorum:& Siculorum.Quare haud difficile illi fuit breui exercitũ numeroſum cõparare.Primũ Bononiẽſem aggrediẽ:q in põtificis ptibus pſeuerabat aliquotq; eius agri oppida expugnat.Deinde padũ trãſgreſſus p Cremonẽſes traducto exercitu:traiectaq; Addua inInſubrib9 ꝺſedit.prío ipetu capit Marlianũ:Lãdrianũ.Petri baſilicã:& alia nõ ignobília eius tract9 oppida.appropiquãte hoſte trepidatũ i urbe fuit.atq; ad arma diſcurſum.Federic9 ubi iuuẽtutem i armis eẽ audiuit:mĩme ultra ꝓgrediẽ.Sed cũ tumult9 iteriues metu hoſtiũ grauior coort9 eẽt:atq; diuerſa quędã & ſentirẽt:& loq̃rentẽ res ad cõſiliũ deferẽ. Erant qui intra urbẽ tenẽdũ ciuẽ cenſerent:ſatiſq; ſibi in p̃ſentia eẽ: ſi ꝓ mœnibus dimicãtes hoſtẽ ꝓpellerẽt: qñ ꝑ iopiã rei frumẽtarię:& iã deficiẽte cõmeatu pſeuerare diuti9 i obſidióe Germãus nõ poſſet: atq; ita ſine uulnere & cæde patriã liberatũ iri.ꝑiculoſiſſimũ ſane pugna decertare:& fortunã belli experiri. Inclinabant in hanc ſniam plurimi:ſed Otho Mandellus uir grauis & intrepidus:atque ut patiebantur tempora gerendi belli miníme imprudens:Labantes animos etiam ignauia & torpore occupatos excitat & confirmat:fortium non eſſe muro & foſſa ſe defendere: & item hoſtem formidare:aut congreſſum extimeſcere:perinde ac inexptus: aut incognitus foret.clípeus & haſta:non uallũ aut foſſa nos tegãt.In dextra noſtra defenſio.audendũ ꝓfecto eſt:quando & manus & arma nobis adſunt. in hoſtem ſatis ſuperq; cognitũ:& ſępe a nobis fuſum alacres & miníme trepidi ruamus. præſtat enim in patenti campo cõgredi:& mortem oppetere:q̃ mœnibus circũſederi:& inopia atq; fame domitos barbarę líbidini & crudelitati ſubíici. Hoc ſermone ingẽs alacritas:& pugnæ ardor inter ciues factus ẽ

Grandinis impetus

Otho Mandellus

prælium & pericula omnes depoſcere.nihil ii detrectare qui per uires & ętatē arma ferre poterant.ſine diſcrimine ciues obarmari.Sacerdotibus cōceſſa arma aduerſus nefariū hominē:in quo nullus dei metus eſſet:quiq; ſacra polluere:tēpla ſpoliaret:amplitudinē pontificiā uiolaret. Erat tūc in urbe Gregorius de Montelongo miſſus a pontifice.hunc potiſſimum ſequuti ciues:ſocia agmina cum pręfecturis finitimis iungunt.Stupuit imperator: ubi tantam populorū uim in armis & ſimul coiuiſſe cōſpexit.appropinquātes acies ſtati pugnam ineunt:& dum utriq; loco cedere turpiſſimum putant:cędes magna ediť.Saraceni quos Federicus hoſti obiecerat cū prementes ſuſtinere nō poſſent:primi terga dant:tum cęteri barbari ſanguine & fuga ſuorum perterriti in caſtra ad Federicum refugientes paſſim cæduntur:uiæ cadaueribus ipletę: equi ac milites eaptiui multi fuere:ſic amiſſa ſuorum parte Imperator propinquum cliuum occupat:ibiq; caſtra locat. Affuit poſtridie Cremonenſis qp pe recentes ulturus iniurias:quas poterat opes Barbaro ſuggerebat.qui ſocio rum auxilio adeo elatus eſt:ut proximę pugnæ euentum nihili faciens:certā fortunam ſibi ſponderet:& pręſumptione uictorię uincula & carcerem idem tidem aduerſariis minaretur.At Mediolanenſis ubi exultantem ſupra modū barbarum:& pręſidio loci:nouo pręterea milite addito ferocius agentem cognouit:fontium aggeres intercidit:atq; protinus per inciles foſſas:quib⁹ agri irrigabantur:uicina omnia caſtris diluit.Stagnantibus aquis ne obrueretur exercitus:aut diluuio intercluſus per inopiam commeatuum conficeretur:ſtatiua Federicus mutat.digredientem Mediolanenſis deſequitur:ſub occaſum ſolis in eum caſtra metantem continuo per emiſſarium: Ticini partem (proximus enim erat fluuius) deriuat ubi uero illuxit circūcurſare:arbores & trabes deiicere:uias obſtruere:quacunque barbarus euadere tētabat: occurrere.

Federicus iunior infelici ter cum Mediolañ pugnat.

Inter hęc Nouocomēſis nec fidus ſocius:nec bonus amicus ad Germanos trāſiit: cuius defectōe atq; iminēte hoſte:quē circūfuſę aquę magis in pugnā irritabāt q̄ intercluderēt:cōſilio rē geri placuit:ut barbarū dolo & fraudibus circūueniāt.Nemus erat inſidiis aptū in hoc expediti milites occultanť.tum in fugā cęteri cōuertunť:quos uere fugiētes Federicus exiſtimās foſſam:quę nullo p̄ſidio tenebať:trāſilit.cædētes urget.Repugnabat nouiſſimū agmē: ne fraudē is ſuſpicareť:ita in inſidias facile ꝓtracti barbari fuere. Lętus tūc ſucceſſu Otho fugiētes reuocat ſuos:ſignūq; pugnę dat.extēplo cōuerſi pruētē excipiūt:exiliūt e laterib⁹ alii:hoſtē adoriūtur.Perculſi eo terroꝛ Germani q̄ uis nō haberent quo ſe tuto recipere poſſent:tñ diffugiunt.inſtantibus nōnulli repugnant.retro maxima pars ad foſſam fertur.Hos cōſectatus Mediolanēſis magnū numerū interfecit.Papienſiū & Cremonēſiū ingēs cędes facta. doli & clades barbaro repoſiti fuere:cui ſtagnātes aquas deducere conāti:ac colę Ticini interceſſere.Ita multis amiſſis fraude p̄terea petitus:iāq; tumultu

in castris oborto: cū apertū discrimē cerneret: in Appuliam relictis Lōgobardis: siue illic hiematurus: siue ꝓditores: ut ipse identidē iactabat: ulturus Federicus abiit. At Mediolanēsis uictor domū reuertit̄: beneficii utiq; nō immemor: qđ a Pagano Turriano acceperat. Nā cū de ꝓtore creādo ad populū relatū foret: suffragatiōe eorū: quos sua indulgētia post aduersam pugnā recreauerat: & cura attentissima seruauerat: is ꝓturā obtinet. Hunc paganū primū inuenio in hac familia solēnem magistratū gessisse: supra quē neq; domi neq; foris alius claruisse in annalibus legit̄: ꝓter eum Martinū: quem crudelissime necatū supra cōmemorauimus: in quo scriptores uariant nā alii patrē: alii auū sunt qui ꝓauum huius scribant. Cōmenticia ne dicā secū pugnantia a scriptoribus tradunt̄: dū quisq; ꝓ ingenio suo magis q̄ diligēter & uere res gestas memoriæ mandare studet. Sed quę nunc exponimus ea uerī maxime similia: & nō ad modū discordare in eis scriptores inuenio. Vallis est Saxinæ in Comēsi Italia: ubi officina habet̄ eius lapidis qui ad esculēta uasa cauat̄: tornat̄ q;. i hac diuitiis & potētia cęteris ēt finitimis Turriani prīdē excelluere. Hos plebes Mediolanēsis in urbē deduxit: nō tā ut iurisdictionē haberent: q̄ cōtra factionē: atq; insolentiā potentiorū: qui licentius in fortunas & corpora tenuiorū desæuirēt. Receptus a populo cū potestate Paganus iura oibus māsuete & magnifice dicere. neminē uiolare. temeritati īproborū fortiter resistere. pro cōmodis urbis excubare. Gratiā igit̄ & studia plebis hoc pacto captās: uiam ad regnū sibi & suis affectauit. Stabat enim officiorū memoria: & prompta remunerādi uoluntas in his scilicet qui utsupra diximus: a piculo & cęde ela psi: benigne accepti: & humanissime habiti fuerāt: & subinde liberali patrocinio a ui & audacia īproborū tuti erāt. Perseuerabāt patricii in supbia & crudelitate: quibus plebes ceu ad tollendas iniurias nata ludibrio & contemptui erat. Iactabatur a plerisq; lex uetus plena odii & inuidię: qua maior in dies patriciorū libido accendebatur. Flagrabāt animi fædo Landriani patricii flagitio. hic creditorē a quo sępius appellabat̄: quasi debitū soluturus: ad se ī uillā uocauit: interfecitq;: mox paleis & feno ne cędes cognosceret̄: obruit. Ergo sūmi tūc in urbe magistratus auctoritate uallata plebs q cōia cōmoda ꝓpugnaret: & ab iniuria defenderet: iā uetere & graui famulatu libera: audacius superbię patriciorū resistere: illorū uotis aduersari: rerū ꝓticipare: uires & opes potētiorū nihil facere. Paganus itē oīa ꝓspicere: quę miseris salutē allatura cēnt. Frumētū gratuitū diuidere: nudos uestire: egenos suis īpēsis alere. At patricii q uiolare: auferre: rapere ꝓ libidine cūcti soliti erāt: cū illorū iussis parere oporteret quos despectissimos habuerāt: ueriti insup ne infimę multitudinis licētia eo ꝓgrederet̄: ut supbo dominatu in cōem pniciē tam priuata q̄ publica uerterēt: & acceptæ iniurię ultores uicem nobilitati redderēt: suos & ipsi sibi magistratus & defensorem parant: qui sacerdotio uenerandus aut alia dignitate

Pagānus Turrianus ꝓter creatur.

Turrianoꝝ origo

potens in urbe:eſſet. Opportuna igitur ad hęc mors pręſulis fuit:& cũ de ſucceſſore certaret:ſeditioſa & tumultuoſa erant omnia. Res aliquandiu diſſi dẽtibus animis:& præ metu extracta eſt. Dũ utriq; plebes & patricii timẽt ne parti ſuę inimicum & infeſtũ in ſacerdotio conſtituant: poſt contẽtiones atq; certamina eligendi pręſulis poteſtas & arbitrium Leoni de gẽte Perego rum defertur. Hic ab adoleſcentia recenti tunc in Frãciſci diſciplina enutrit9: ſalutiferiſq; præceptis inſtitutus in congregatione & fraternitate minorũ uita & moribus clarus habebatur:quem archiepiſcopum minime recuſant: ut po te ſaluti animarum:& publico commodo ſine diſcrimine aut factionis:aut or dinis conſulturum. Hoc ſponderę uidebatur uita in religione probatiſſima p cul ab his omnibus acta:per quæ mortalium pleriq; ambitione & odio affe cti diſcordias ſerere:& ſeditiões:dum opitulari ſuis quiſq; neceſſariis cogitat: prouehere ſtudent. Verum quod a natura nobis inſitum eſt:id fere nulla cul tura miteſcere:aut euelli & extirpari penitus põt. Nam Leo ſub alterius olim arbitratu educatus adepta dignitate cęteris maior:ubi non per uices interpol latũ:ſed perpetuum obtinuit imperium pro arbitrio rẽ gerere:eorum ſtudiis primum obſequi:qui tenuiores opprimere adnitebantur:& diuitiis pollentes cęteros ſibi obnoxios habere. Contra improbitati nobilium & potentię noui Antiſtitis Turrianus intrepide reſiſtere:contumeliã a miſeris propulſare:eo rũ cauſas ſuſcipere:in contentionibus ſuperior eſſe:ita gliſcente turba ad certa men deueniunt. Stabat a plebe Paganus quo patrono tantũ animorũ & fidu tiæ plebei cõceperant:ut nõ cõtradicere:& repugnare uolũtatibus opulentiũ auderent:Sed ſupplicia & penas anteactorũ ſcelerũ exigere. Leo cõtra omni ope nitebat uihil nõ cogitare:atq; moliri:quod ad iura & dignitatẽ patricio rũ defendẽdã ptineret. Indignũ ſane & turpe exiſtimabat:atq; ignominioſum primores urbis qui genere & opibus reliquos anteirẽt:eos multitudinis iperio & ſellulario; iuſſis parere. His certaminibus cũ utriq; duces ſatis uiriũ cõ pararẽt:maior in dies ſeditio gliſcebat:neq; ꝓpinquo hoſte:aut iã agros po pulãte remitti ira:& recõciliari animi poterãt:qd ſi uis arcẽda: aut maleficia prohibẽda ſuſpẽſis rebus:atq; irritatis animis uelut dimiſſo munere arma ca peſſebãt:nunq; ſub iiſdẽ ſignis & eodẽ ductore militantes. Plebes patricio bel la gerẽte inermes domi deſidebant. Patricius cõtra plebe in expeditionẽ ꝓfe cta de ſtatu urbis parũ curãs:& belli ſecurus intra muros feriato ferro ſe cõti nebat. Sed quis in diuerſas uolũtates diſtracti eſſent ciues:atq; militia ptita fo ret:publicas iniurias haud inultas relinquebant. Deſertoris Nouocomenſis agrum inuadunt:quem omnem grauiter populantur:ferro & igni cuncta ſub uertunt:arbores etiam excidunt:nec integri a calamitate Papienſes fuere. Cũ his quoque acriter pugnatum eſt:cædes utrinque facta:atque magnus ca ptiuorum numerus abductus:parique marte diſceſſum eſt. Sed cum abſum

Leo de Perego Archiepiſcopus

Ciuiles diſcordię

pti longiore bello agri deserti uici:& inculta propei omnia manerent:permu tatis captiuis inter utrunq; populum pax conficitur. Dum hæc geruntur Gregorius pontifex moritur.cui Celestinus sufficitur Mediolanensis genere ex familia Castelconea.Hoc quoque intra decimum octauum diem rapto:In noecentius quartus pontifex creatur.Ligur erat de Flisconm genere progeni tus.primus instituisse traditur:ut cardinales rubro galero:& concolori depen dente spira ornati incederent:quasi hoc gestamine a cæteris episcopis discre ti internoscerentur. Ceterum Federicus posteaq̃ summum sacerdotium ei demandatum cognouit:quem sui studiosissimum expertus fuerat:neque in ter principes Sacerdotum alium temere magis amicum:& beniuolentiorem habuerat:hilarem uultum dissimulato dolore:& lęticiã palam omnibus osten dit:per noctem cum gemitu & lacrimis ad cubicularios:& amicos conuer sus.amissimus inquit amicum:non enim fere potest pontifex romanus:& idẽ Gibelinus esse.Erat Federico Egentius filius:qui ea tempestate in Sardis re gnabat.Hic siue iubente patre:siue quod uideret Longobardorum ciuitates Mediolanensium consiliis & pollicitationibus ad arma & rebellionem sollici tari:illorum fines transmisso per ligures exercitu aggreditur.nihil tamen me moratu dignum egit:uastandis agris aliquot dies absumpsit:confestim repul sus est:& ne cedentem persequerentur pestilentia grauior impedimento fuit.

Celestinus Castelcone us papa

Inter hæc Innocentius contumelias & nefaria Federici facinora indigne fe rẽs:quem implacabilem:& ad omne moliendum scelus promptum & instru ctum uideret:neque esset in Italia:quem sacrilego homini:& impotentissimo tyranno opponeret:in Gallias transire statuit.Genuam primum nauibus de fertur.inde protinꝰ per padanos Ligures & Taurinos alpes trãsgressus:Lug dunum peruenit: quem in locum primores patrum in conciliũ uocauit. mox Fedric um Rogerium cum citatus parere recusasset insolentissimum tyran num:& ecclesiarũ direptorẽ titulo regio:& noie imperatorio priuat:dirisq; inie ctis christianę religionis exortem facit. Agebat forte tunc in alpinis barba rus:cui pter horrẽdas iprecatiões hoc etiã accessit.Nã Fadericus Castulonẽ sis regis filius:q Papię in carcere custodiebat:effractis uinculis ꝑfugit. Re deuntẽ ꝑpere in Lõgobardos Federicũ Egẽtii filii res egregie gestę nõ nihil recrearũt.Expulerat hic de ciuitatibus eos fere oẽs:quos pris inimicos noue rat.Iã enim p Hetruriã:Flaminiã:& Longobardos duarũ factionum diuersa studia:& pernicioſa nomina uulgata erant.iidemque ciues flagrante domesti co odio:non solum animo dissentiebant:sed ferro diuersa sectabantur. Gibeli ni a germano Cæsare stabant.Guelfum nomen põtificis partes tuebat. Res sane pernicioſa:ex qua populorum excidia:& subinde urbium ruinę profectę fuerunt.adeoque in animis nepotum hęc mali labes:& pernicioſa appellatio propagata est:ut in nostra usque tempora ista dominante peste:uiolato san

Factõnũ ma la

Factõnũ Gibellíne & Guelphę origo

guinis iure:cędes paſſim per urbes fiant:bona diripiantur: domus ad ſolum æquentur:ciues in exilium alii agantur:ttucidentur alii:& dum quiſque ſibi: aut parti ſuæ reponi iniurias:& maleficia formidat:in eam plerunq; ętatem gladios diſtríngit:cui immaniſſimus quiſque barbarus parceret. Huius domeſtici furoris:& inexplebilis feritatis uis: origo: & nomen a iuniore Federico cępit:qui aui crudeliſſimo exemplo Mediolanum excidere parabat: gentẽ ſuis uotis perpetuo aduerſantem. Ticini primum accolas aggreditur. Occurrit Mediolanenſis:caſtra ſecus fluminis ripam locat:tranſitu primum barbaros prohibens:mox uero uiribus fidens retrocedendo tranſeundi fluuii copiã hoſti fecit. cupiebat acie congredi. Tum imperator filium Abduam uerſus cũ parte copiarum dimiſit:ut incurſionibus:& aſſidua populatione eos homines afficeret:quorum damnis neceſſe eſſet Mediolanenſi copias diuidere: & proinde uiribus impar cum hoſte prędio dimicare non auderet. Sed prędectu rę quæ ad Adduam pertinent concita eiuſdem tractus iuuentute manus cum iuuene conſerunt:atque captum Mediolani in publica cuſtodia ſeruant: qui haud ita multo poſt e uinculis ad patrem uenit:cui cum haud proſperæ res forent:pertinaxq; & odium & bellum in eum Longobardorũ uigeret:in Appuliam recedere commodius uiſum fuit. Interea Conradus aduerſus patrem res nouas molitur:atq; procurante pontifice Rex in Alammanis creatur. Sed breui raptus parentem graui cura & metu noui belli exonerauit. De morte iuuenis apud ſcriptores non eadem inuenio. Scribunt quidam aliquot menſes in Italia poſt obitum patris eum regnaſſe: Veneti per hęc tempora fędus cum Gregorio aduerſus barbarum percutiunt:claſſisque ſuggerente pontifice pecunias: Venetiis inſtructa eſt:qua ſtatim apud Sipuntum duodecim Federici lõgę naues cum oneraria in qua mille homines impoſiti fuerãt: capiuntur Amiſſa claſſe ſatius Federico uiſum fuit in Taurinos reuerti ppter cæptas factiones:& perſeuerantia odia:Filius prędterea Egentius comparato quẽ potuit exercitu:miſſisq; auxiliariis militibus ab his populis:q pontifici infenſi erãt:& cõtrarię ptis opes iminui ſtudebãt:patris inimicos penitus tollere curabat. Brixianos bello uexat:nixus pcipue Cremonẽſiũ auxilio. hi cõmeatus benignę pbebant. Sed dũ oi ope Cenommanorũ fines infeſtat:diutius ẽt urbẽ ipſam oppugnat:Parmenſes quos ob cognationẽ pontificis Federicus ceu aduerſarios patria expulerat:deuictis contrariæ partis ciuibus:Parmã recipiũt. Quæ res de Taurinis Tyrannũ reuocat:accerſitaq; ingenti ſociorum iuuentute:conductis quos undiq; potuit:militibus:Parmã continuo obſidet. Iam conuenerant ingentes copiæ de his populis miſſæ:qui barbaro infenſi: pontificis partes ſequebantur. urbes ualido erat munita præſidio:nec niſi magno apparatu capi poterat. Oppidani & peregrini milites eo erant animo:ut niſi per uim:aut alimentorũ inopia coacti:deditionẽ facerent. caſtra itaq; Fe

deric⁹ haud lōgius ab urbe aggere: & uallo muniuit.domos itē (cū paulo lō gior obſidio duraret) & templa in ciuitatis modū ædificat.ut nō ſolū hiema re ſub tectis milites cōmode poſſent:ſed etiā haberent quo tuto ab excurſio nibus ſe reciperent:prædamq; aſſeruarent.nomen celebre: ſed haud auſpica to Victorię tanq̄ urbi īdidit:monetamq; ferīri iubet:quā uictoriatos appella uit.Aſſidebant parmę Germāi:pręliis ſubinde obſeſſos laceſſebāt:& crebris incurſionibus uicina infeſtabant. Conti nuata eſt biennium obſidio auxiliis duarū factionū.nā quaſi rerū ſumma illic uerteretur utriq; uires intendebant. Guelphi ne Parma caperetur ſuos:Gibelini contra Imperatori milites & ar ma ſubminiſtrabant:qui uelut in regia conſtitutus: iura illic populis dabat. Legationes exterarū gentiū audiebat.Frequentes ad eū legati uenerant cum muneribus peregrina ducētes animalia alias raro a noſtris hominibus uiſa. Tunc in caſtris omnia conuertuntur:Nam ſomnū:uinū:epulas:ſcorta: ociū delitias ita Federicus & milites adamarunt:ut relanguenſcentes in caſtris ſep ta extruerent:in quibus ſpecioſæ puellę concluderentur:uiridaria animi & uo luptatis gratia haberent:negligentius ita omnia fieri quæ militaris diſciplinę ratio exigebat.Ingens inſtitorū numerus confluxerat.nimia indulgentia om nia corrupta erant. Ergo cū per luxuriā atq; licentiā ea negligerētur:p quæ uirtus militū firma & erecta ſtare ſolet:Federicus forte contempto hoſte in au cupiū eg reſſus, longius a caſtris uenandi ſtudio progreditur. Germani qui præſidio Victorię relicti erāt: Parmā uſq; populabundi excurrunt:uage quí dam per agrū effuſi prędā agunt:alii propius urbē accedentes in pugnā op pidanos prouocabant.Legatus pontificis:qui intra moenia pręſidio præerat temere uagantes ſine imperio cū nulla militari diſciplina hoſtes conſpicatus: ſoluendæ obſidionis occaſionē arripuit.nā extemplo quicquid copiarū habe bat:emiſit.qua eruptione ex inſperato hoſtes circunueniūtur.nihil prope cer taminis fuit.non erant ſigna ad quæ ſe reciperent:non duces qui ordines in ſtruerent:aut fugā ſiſtere poſſent.Ingens fugientiū per agros facta cædes .in tra munitiones refugiunt alii:ſed præmultitudine irrumpentiū cū fores porta rum occludi non poſſent:eodē impetu Victoria capitur:ibiq; nō minor occi ſio edita fuit. Scribunt quidā in pugnā & cædem mulieres procurriſſe acu tas ſudes:& ferro prefixas pertícas cum uncis:alię pectines ferreos longis aſſe ribus alligatos geſtabant.hę uallū & foſſam tranſgreſſæ ab ira & ſtudio uin dictæ:cuius is ſexus auidiſſimus eſt:alios iugulant :alios trucidant : corpora dilacerant.ſemineces:& humi iacentes ſępe repetito uulnere confodiunt .Sti mulabat eas truculētiſſimoq; imanitas barbarorū:& crudelitas īaudita.nāq; captiuos perſæpe barbari:& qui eū eis militabāt: excruciatos ac laceros per tormenta intra moenia ante ora ſuorū proiecerant.exactæ ſunt pœnæ ſcelera torū operum.caſtra deinde diripiūtur.Reperta eſt in theſauris regiis corona

Victoriati nūmi

Luxu uirtus oīs molleſcit

Mulier ultio nis auida

magni pretii. militi fere omnia conceſſa ſunt. Cecidere Cremonẽſium pleriq; hi Victorię preſidebãt: quorũ currus ſiue carrotiũ quod ſub nomine Bertaciolæ pro ſigno habebant captũ Parmã deportatur. ſpoliis hoſtiũ parmenſes multi ditati ſunt. Lego in quibuſdã annalibus a Mediolanẽſi miſſa ad parmenſem auxilia: qui ſtrenuã operã in profligandis Germanis: expugnandaq; Victoria nauauerũt. nã q̃uis inexpiabile maneret in urbe odium: tamẽ ob recentia & grauia accepta a barbaro detrimẽta in exitium tyranni uniuerſa ciuitas cõſpirauit. Imperator ex ſiluis uenationi intentus: cũ fumũ proſpexiſſet captã uictoriam prius intellexit: q̃ nuncius ad eũ ueniret: tum ſtrage ſuorũ: & ſpoliis perterritus retro in fines Cremonẽſiũ abiit. Vrbẽ ipſam ob trucidatos ciues: & amiſſa ſigna męſtã & conſternatã ingredi ueritus: uicinis in oppidis ſubſtitit: ibiq; collectis iis qui a cæde & incendio caſtrorum ſuperfuerant: cõ ſcriptoq; nouo milite contrarię partis oppida infeſtare cæpit. Placẽtinos quoq; cladibus & incẽdiis uexauit: nec ipſe expers calamitatis fuit. Tranſiuerat i ęthruſcos ut ibi ſuæ factiõis opes firmaret: in Appuliam mox profecturus. Interim filius Egentius exercitũ cogit: atq; ex agro fauentino in fines Bononiẽſium inuadit. Sed dum loca obequitat regio habitu depoſito: & gregarii militis ueſte maieſtatẽ occultans explorabat diligenter metandis caſtris locũ ab inſidiis tutũ: aquationi & pabulationi idoneũ: & minime difficilẽ: a Bononiẽſi milite cognitus intercipitur: Bononiãq; perductus eſt. tunc eruptione facta exercitus ois a Bononiẽſibus profligatur. Rex aliquot ãnos in uinculis cuſtoditus fuit. tandẽ præ tedio lõginquę captiuitatis & carceris cuſtodia moritur: atq; i ęde diui Dominici ſepultus eſt: cuius cõditoriũ adhuc manet: ac ſpectatur. Federicus in Appulis: uel ut alii tradunt: in Sicilia deceſſit: fraude Manfredi filii quẽ ex nobili concubina ſuſceperat. Conualeſcentẽ a morbo parentem iniecto in os puluino ſuffocauit. hunc finẽ habuit nefarius homo: ſæuus tyrãnus: perpetuus ſacerdotũ hoſtis: templorum ſpoliator: maieſtatis põtificię eluſor: quietis Italicæ perturbator: & exicialis diſcordiæ auctor: a quo deinceps cruentæ ſeditiones: & cædes in mediis urbibus non ceſſauere. Traditur a rerũ ſcriptoribus Mattheũ Vicecomitẽ eo anno: q milleſimus ducenteſimus quinquageſimus ab nato chriſto numeratur: quo Federicus teterrima morte affectus fuit: natũ fuiſſe. Inſtitutus fuerat a patre Conradus ex legitimis nuptiis hæres: qui bello a Gulielmo rege in Alamania uexatus in Italiã demũ trãſgreditur. Iuuit eũ Acciolinus tyrannus quibuscunq; rebus potuit: tranſportatoq; in Appuliã exercitu inimicas urbes expugnat: ac diripit: quo terrore rebelles cæteros populos edomuit. Siciliã bienniũ poſſidet: neq; ita multo poſt per inſidias Manfredi occidit. duplici hic parricidio patris atq; fratris regnũ comparare ſtudebat. Per hæc tempora Mediolani ſtabat in armis iuuẽtus ad fines tuẽdos parata: & ut ſocios a ui & iniuriis defenderet: ea omnis ex ua

Bertaciolæ carrocium

Egentius capitur

Federicus iunior moritur

Matthei magni natalis

Mãfredi duplex paricidium

lítudíne:quã nimíus calor fecerat pene abſumítur:ex morbí genere calídarius exercítus denominatus fuit. Cetex Innocentíus pontífex poſt mortẽ tyranní ín Italiã reuertens Mediolanũ a populo ínuítatus díuertít. Incredíbile dictu eſt:quo amore atque honore tam publice q̃ príuatim exceptus fuerít. portæ & uíæ: qua Pontífex íturus erat perpetuo ornatu renídebant obuíam cum líberís & coníugibus effuſa multítudo Pontíficem ſalutantes & eíus nomen ídentídem ínuocantes. Quantíum uoces:& plauſus geſtientís populí pro míraculo pontífící erant:quí píetate & prompto obſequío motus urbem ípſam ín tutelã accípít prætoremq; ímpoſuít: quí populo íus redderet. Nam poſteaq̃ rebellís barbarus numínís uíolator romanũ ſacerdotíũ fęda ígnomínía affecít: & ín concílíũ patrũ uocatus ad emendanda ſcelera contumax parere noluít:Lugduní appellatiõe & poteſtate ímperatoría mulctatus fuít. alíquot annos nullus legítíme ímperauít. ea propter pontíficalíbus iuſſís Longobardí ſubiecti fuere :Sed Laudẽſes ꝓ eo quod pręſidía Acciolíní & Boſſíí Doarienſis recepíſſent:quí íllo forte tempore Cremonã tenebãt: ſacrís interdícuntur:obſeſſaq; urbs fuít: quæ ín duas díuíſa partes díuerſa pręſidía Mediolanenſiũ:& Cremonenſiũ accepít:noctu atq; ínterdíu atrocíter íntra moenía pugnatũ eſt. Verum Cremonenſis quía díffíderet uíríbus & armís aduerſaríorũ uím ſuſtínere poſſe:ſíue motus uetere ín Laudenſes odío per occultũ colloquíũ Mediolanenſem hortatur:ut quã urbís regionẽ uterq; poſſíderet: eam euerteret. Ad hęc reſponſum Mediolanenſis eſſe:ſocíos:quí fidẽ:& auxílíũ ſuum ímploraſſent:eos ſeruare:non perdere. Deducunt præſídía Acciolínus:& Boſſíus. Víſtarínus dehínc dominatiõnẽ urbís per decenníũ habuít. Víſtarínus Laudís Dñs

Ceterũ Innocentíus ex Longobardís Perufiam petíít atq; índe ín Appulíam profectus eos populos dícioní & poteſtatí ſuæ ſubíícere parat. Turbatæ cíuítates ín Germaníã nuncíos míttunt. Conradínũ auus:ut alíí patruus hęredẽ fecerat. Indoles egregía ín puero erat. Iamq; ín eo Gibelínę factíõís prímores non parũ ſpeí reponebãt:Atq; plerícq; ad íter & expeditiõnẽ opportuna pollícebantur:ſí quando regní maturus ín Italiã deſcenderet:utq; íuris & dítíõís auorum fuerant:ea reciperet. Annus a partu ſalutarí míleſímus ducẽteſímus quínquageſímus ſecundus effluxerat Leone archícpíſcopo:& Petro aduocato nouocomenſí Mediolaní prętore. Tríplex per hæc tẽpora prauæ hereſeos ſecta populũ ín pernícioſam opinionẽ díſtrahebat:Catarí:Concoregíí:& Gazarí: conuíctos Cataros Oldradus Dreſanus prætor uígínti ante annís concremãdos pronunciauerat. Extat:utſupra díximus:hominís Lapídea ín mercatorũ foro effígies:& eulogíũ: quo poſteris índícium & ímpíorũ ſupplícía teſtata manent. Cataros flãmís Oldradus tradídít ſub anno domíní M.cc. xxxíí. Sed ſemel ínquinatę mentes a praua opínione:malíſq; errorĩbus nõ deſíſtebant:ſíue quía nullus ad rectã fidem aberrantes deduceret; ſíue quod ea Oldradus Dreſanus

tempestate ciuili discordia Itali homines romanis pontificibus. & iuniore Federico diuersa studia fouẽte ĩ pniciã, ppriẽ ruerẽt. Ita glisceẽte hereſi Petr⁹ Veronẽſis nefarii ſacri: & abominatæ opinionis inquiſitor Mediolanũ uenit. hic pro magiſtratu & imperio diligentius de impio crimine inquirere cœpit. Vita mores & doctrina per populos admirationi erant. conuicti plurimi penas publico iudicio dabant. Reſiſtere ſcientię non poterant. Miranda opera edebat. Ita relicta mala opinione bene ſentire multi cœperant. Coniuratũ eſt in hominis necem. hi quorũ opinio ſtare non poterat: percuſſorẽ ſubornant: qui fortẽ rectæ fidei propugnatorẽ tertio Kl. maias a Nouocomo Mediolanum repetentẽ in nemore apud Barlaſſinam duplici uulnere confodit. Coniurationis auctores Cataros quidã tradunt: quorũ opinioni aſſentior. Opulenta erat illa factio quę promiſſa pecunia facile percuſſorẽ inuenire potuit. Verſus item leguntur ſub inſcriptione Thomæ Aquinatis in quibus Cataror ũ gladio martyrẽ occubuiſſe teſtatum manet. Cęterũ de loco factę cædis: & latronis cognomine non idẽ proditũ memorię eſt. Qui cædem in nemore apud Barlaſſinã factã ſcribunt de Porrorũ familia Acharinũ nominant. At qui iuxta Medam occiſum tradunt: Balſamum appellant. nã & in actis inquiſitorũ inuenio auctorẽ cõiurationis fuiſſe Balſamũ: qui pecuniã pactus fuit. Ita uterq; uicus: & utraq; familia infamis in nece hominis habetur. Comprehenſus ſi carius decẽ dies in uinculis habitus eſt. Verũ dato pretio: corruptisq; cuſtodibus effugit. Tunc indigne ferens ciuitas deteſtandã cędem inultam manere: continuo in prętoriũ accurrit: hiſq; direptis: quę in eo erant: prætorẽ cũ apparitoribus: & tribus iudicib⁹ ad tribunal archiepiſcopi fraudis reos ſtatuũt. ægre uita cõceſſa: magiſtratu prætor eiicitur. Mox primores urbis delecti Peruſiam petiuere. pontificẽ docent quantũ miraculorũ inuocato martyris nomine fieret: religioſam populorũ ueneratiõnẽ: quantus concurſus eorũ foret: qui ſepulchrũ ſalutarẽt: & uota ſubinde perſoluerent. In conciliũ patrũ relata omnia fuere: ſtatimq; uirũ: quo apud deũ deprecatore mirãda opera in terris ad ſalutẽ gentiũ gererentur: cœlo dicauerunt. & in numerũ ſanctorũ deſtinata die: qua cædis memoria recoleretur aſcribi iuſſere. præcipua dehinc religione cultus cognomen martyris tenuit: propterea quod recentiſſimo affectus martyrio fuiſſet. eximio ſtudio & cura ſingulari Innocẽtius pontifex predicatorũ fraternitatẽ fouit. ad ædificanda templa: ſuſtentandoſq; fratres multa benigniſſime præbens: & ut promptius emendicatã ſtipem populi conferrent: priuilegia & immunitates remiſſa ſcelerũ pena conceſſit. Ferox interea populus in proferendis finibus & ulciſcendis iniuriis occupatus: raro arma deponebat: traiecto Ticino turres propinquas ſubruit. Mortariũ oppidũ inuadit: quod per uim ad deditiõnẽ cõpellit. Arx ſtabat egregie munita: ea tormẽtis & machinis quaſſata deſtruitur. Per hæc tempora Innocentius poſt Ap

Catar

Petrus martyr ĩ cathalogũ ſanctorũ relatus

puliam ſubactam Neapoli moritur. Subſtituitur in pontifica tu Alexande Quartus. Regium nomen Manfredus uſurpauerat. pontificē Neapoli pelle re parat: qui relicta urbis cuſtodia Octauiano Cardinali ubaldina gente pro genito: ipſe Romā profectus eſt. In Hetruſcis domeſtico furore: & odio in citatiſſimo omnia agitabantur. nā diuiſis ſemel per factiones ciuitatibus: cæ dibus & exilio nullus modus erat. Sed ciuilia arma: diſcordiasq; populorū: & publicā Hetrurię ſtragē miſſis auxiliis Māfredus ꝓuehebat. hoc ēt noīe pōti ficē bello laceſſens. uerū Florētiæ adeo inteſtina peſtis exarſit: ut cęde & fuga pene exhauſta: & deſerta ciuitas ī ptātē Māfredi ſine pugna ꝓuenerit: illique diuti⁹ paruerit. Nec tranſpadanę gentes integrę manſerunt. Inuaſerat cas cō munis Italiæ labes: & exitiale odium nihilq; domi trāquillū erat. bellis & mu tuis cladibus ſe conficiebant. Hinc nactus occaſionē Acciolinus tyrānus cū ab his ſtaret: qui Cæſarū rebus ſtudebāt: diuerſarū uero partiū opes affligeret: non pauca oppida partim expugnata: partim deditōe facta ſubegit. mox iuſto exercitu comparato res pontificis uexare acrius cœpit. Ea tempeſta te Vbertus Palauicinus Cremonæ & Placentię ex prędectura dominatū obti nuit. Gibelinū nomen & hic ſectabatur: pro quo ampliando multū adnixus. Vtriq; igitur fœdere inter ſe icto arma coniungunt: bellū aduerſus pontificē & Guelfum nomen profitentur. Redegerat in poteſtatē Vbertus Cremā: & aliquot Brixianorū oppida. legatus pontificis ingentes tranſmiſerat copias: his opem laturus: qui pro dignitate & Imperio pontificis ſtabāt: domoq; pul ſi & bonis mulctati fuerāt. & ad Olium fluuiū: quo limite Brixianorū fines a Cremonenſibus diſcernuntur: utercq; exercitus conſedit. Legatus pōtificis nu mero & uirtute militū confiſus negligētius: q̄is propinqui hoſtes eſſent: age re cœpit. hunc inuadunt Acciolinus & Vbertus: atq; ſtatim cōmiſſo prœlio fugientes: & nihil reſiſtentes profligāt. capti multi fuere: occiſi plurimi. Guel fæ factionis principes fere aut cęſi aut captiui fuere. Archiepiſcopus Rauen nas pontificii exercitus ductor: & Brixianę eccleſię antiſtes capiuntur. mox uictores Acciolinus & Vbertus diuiſa præda: copias abducunt: atq; hic Cre monā rediit: ille Brixiam contendit: quā oppugnare parat. Sed oppidani po ſteaq̄ captiuū epiſcopum: & tot generoſos homines uinctos in cuſtodia tene ri cognouerunt: cōtinuo deditionē faciunt. Tyrannus urbe potitus nihil indi gnatus aduerſus ſe arma ſumpta fuiſſe: contra quā ingenium & mores: & ex perta in alios ſęuitia & impietas poſcere uidebantur: in uictoria paulo clemē tior aduerſariis ueniā dedit. Exardeſcebant Mediolani odia: & ex longinqua ſimultate nobilioribus infima turba contumelioſę inſultabat. Tunc Capi tanei & Valuaſſores auctore Archiepiſcopo Paulū Sereſinatē ſibi poteſtatē faciunt: quem ſigniferū ad cōtundendas plebeiorū uires: ac debilitandā Cre dentiæ auctoritatē habuere. Plebes contra Martinum Turrianū cum impe-

Vbertus pa lauicinus

Paulns ſere ſinas. Martinus Turrianuſ

rio esse iubet: & in magistratu constitutus insolentiã patriciorũ reprimeret: & libertatẽ publicã tueretur. Sic per discordiã ordinũ accensis animis: dum suos quisq; subleuat: & aduersarios deprimere studet: eo contentionũ: & certa minũ rem perduxere: ut in armis & uiribus urbana omnia negotia reposita forent: & uix a sanguine inuicẽ temperarent. Ad componendas igitur seditiones: & ius æquabile seruandũ: placuit unũ prætorẽ esse: qui æqualiter omnibus procul ab omni morbo animi: iura daret: Quare de publico consensu ius & arbitriũ deligendi prętoris religiosis quatuor uiris uitę probatissimæ defertur. Extemplo peregrinũ hominẽ a studiis factionũ: abhorrẽtẽ urbi pręficiũt. quo facto a domestico motu quies facta fuit. Sed Martinũ interea patriciorũ querele sollicitabant: qui per longã licentiam: & quandã regnandi consuetudinẽ parum iusti suę potẽtię estimatores se in ordinẽ redactos æquato iure cũ cæteris querebantur: neq; a solita libidine: & uiolentia abstinebant: domi & foris per impotentiã grassati omnia permiscebant: nihil ab eorũ ui & iniuria tutũ erat. Quare tot malis afflicti inopes arma capiunt: nobilitatẽ omnẽ cũ Leone pręsule urbe eiiciunt: atq; proposito edicto bonis & urbe mulctãt. Soresinas ad tutũ receptum Seprium oppidũ pręsidio munierat. huic Nouocomenses opitulantur. Leo quoq; posteaq̃ plebẽ in se concitã uidit: Varesiũ se recepit. Maiore tũc cura Martinus angi. quippe qui uerebatur: ne expulsi aduersarii ex tuto receptu patriam grauius infestarẽt: & magnitudine damnorũ motus in urbe surgerent. continuo armatã plebẽ in profugos induxit. Pugnatũ extra urbẽ atrocior fuit: & ciuili sanguine cruentati sunt agri: nec prius cędibus finis factus fuit: q̃ pontifex intercessit: cuius iussu reconciliata gratia: Leo & patricii in urbe recipiuntur. Relegati tamẽ quidam fuere: Sed ut concordia diuturnior & stabilior: odiũq; alioquin inextinguibile mitigaretur: ceu offensarum acerbitas omnis deposita foret. duo in urbe principes pignore necessitudinis se se astringunt. Martino Pauli soror in matrimoniũ datur: qua affinitate rediisse in amicitiã ordines & deposita odia: duraturãq; tranquillitatẽ plerique existimabant. Cęterũ plebes: quę pertinacissime tunc odiũ seruat: & iniurias minime dissimulat: quotiens libidinose & auare magistratus in ea desęuiunt. Bonum Toraniũ patria Bononiẽsem grauioris olim tributi auctorẽ: quiq; imperatas pecunias accerbius exigendo: multos bonis spoliauerat: deposita prętura repetundarũ reum facit. Conuictus cũ erepta restituere: aut noxę satis facere non posset: fedę occiditur: abiectusq; in fossas urbis insepultus iacuit. Capitanei & Valuassores in patriã recepti ceu recuperato iure imperiosius omnia facere: uix'a ui & contumelia quiescere: diutius urbana negocia tractare: ad ea spectare: quibus priscas uires reciperẽt: & cæteris imperarent: & qui domi odia & arma exercere non ualebant: extra pugnando ferrũ & discordias renouarũt. Forte Nouocomenses in factiones diuisi de impe

Pricii a Plebeiis urbe fugant

Plebis furor

Torinꝰ prę tor repetundarũ dãnatus occidit

rio uerbis inter se certabant. Ruſco capitaneos in auxilium accerſit: qui haud cunctanter adſunt: oppidumq; ingreſſi aduerſarios proſternunt: partem oppidi Vitanus alterã ps diuerſa obtinebat: qbus plebes Mediolanẽſis capitaneorum cæptis repugnans propere opem tulit. Depreliati ſunt utriq; acerrime. Tandem Vitanus uicit: atq; pulſis aduerſariis urbi præficitur. Per hæc tempora diſſidebant inter ſe Germani proceres: quorum ſuffragiis Cęſares deſignari ſolent: atq; per diſſenſionẽ animorum duo ad imperium electi fuere. Alphonſus Caſtulonenſis Rex: & Ricardus Britãnorum regis filius. Sed in tranſpadanis Acciolinus iam comparato regno: dum Cęſaris amicos fouet: contra pontificis ſocios armis: & maleficiis laceſſit: atrocia & execranda facinora edidit. Reduxerat relicta Mantua quam expugnare ſumma ope adnittebat in Veronenſes exercitum: eos mox expugnaturus: quos ſtudioſiores rei romanæ uidebat. Tunc Patauini immanis tyranni feritatem: & ſcelerata facta peroſi: recepto pręſidio ab Acciolino deficiũt: quod ubi is reſciuit irę impatiens: & cęco furore efferueſcens Patauinos quos ſecum in expeditionẽ adduxerat: ad duodecim milia obtruncari ſtatim iuſſit: qua horrenda & inhumana crudelitate fere omnium popularium animi ab eo alienant. Nephariũ prętcrea & dirum hominem ſublata cruce: arreptiſq; armis populi inſectabãtur: neq; diutius cum Palauicino amicicia ſtetit. nam quis fidum ſocium: aut perpetuum amicum ſibi eũ ſperaret: qui tanto popularium cruore oſperſus nefarium quoq; bellum cũ eo paſtore gereret: cui Chriſtus in gregem ſuum parem deo poteſtatem in terris conceſſiſſet. In hoc animorum habitu oderãt finitimi oẽs: atq; exhorreſcebant Acciolinum: atq; ab eo diſſociati nouos amicos cõciliabãt. Quare ſuadente Boſio Doario: qui ea tẽpeſtate inter Cremonẽſes nobilitate & diuitiis p̃potẽs erat: diſſoluto fœdere Vbertus Palauicinus uires & arma cũ Turriano cõicat. qui p ſpeciẽ tuendæ libertatis hac ſocietate uiã ad regnũ affectabat: qd ſibi haud difficile uidebat ꝓter inſolentiã & improba patriciorũ facta: quos plebes uiolata tolli cupiebat. Sed Martini cõſilia patricios minime latuere. Nudi p̃ſidio Acciolinũ ſupplices adeũt: & ſortẽ ſuã calamitoſam miſerãdo rogãt & obteſtãtur: uti ſe a libidine & crudelitate factioſorũ tueatur. Arma & opes aduerſus ſeditioſos & uiolentos ciues Tyrannus ꝓmittit. hortatus bono eẽnt aĩo & haud diutius exulaturos benigne multa pollicitus affirmat. cõparandũ quacũq; uia militẽ monet. cupiebat hic uno conatu atq; labore ꝓfugos patria domũ reducere: & Palauicinũ oĩno pdere poſt diſſolutã ſocietatẽ ſtudebat. Cęterũ Martinus nouo ſocio atq; p̃ſidio fulcirꝰ cũ acie dimicãdũ eſſet: ꝓterea qd aduerſariis ꝓpugnatorẽ ipigrũ acceſſiſſe uidebat: eorũ animos lenire: & metu ſeruitutis exonerare ſtatuit: q pegrino auxilio p culſi magis iugũ ĩponi: q̃ ifenſum hoſtẽ arcere a finibus putarẽt. Ad cõcionẽ igitꝰ multitudinẽ opificũ: & id genus cęteros uictũ opera & manu

Ruſco

Impetatoreſ duo

Acciolini crudelitas

Boſius Doarius

quęrebant in ædem diuæ Theclę conuocat. Multa ibi ad conciliandam populi amicitiam: leuãdamq; curam: qua plericq; angebãtur: quod dominus appellaretur p̃fatus iureiurando fidem obstrinxit: quęcunq; aut domi aut foris agi oporteret: ea oĩa ad cõsilium credentię relaturũ: sine quorũ pmissu nihil quicquã negotii acturus esset. facile illi fuit hoc sermone tumultuantẽ plebẽ temperare: cum proter antiquam & adhuc flagrantem in patricios simultatẽ: tum quod ipse mansueto & miti ingenio præditus foret: nihil illi p̃ter titulum ad regnũ deerat. pręterea a cędibus & sanguie auersus habebat. Clemẽs ad modũ: ut pote q capitali noxę nunq̃ subscriplerit: ẽt si de inimico: uel exule supplicium sumendũ fuisset. Cur enim aiebat hoiem occidi iubeã: qui adhuc nemi nem ꝑgenerauerim. Sterilis illi uxor fuisse traditur. Martini clementia

Erat in ciuitate tunc Acciolinus adolescens de Marcellina gente procreatus: ingentis spiritus: nec animorũ urbis imprudẽs: popularis admodum. huic iam ab initio suspectũ erat: quorsum cũ externis Martini fœdera & simulatæ contiones tenderent. ĩ multitudine liberius surgentẽ Turriani potentiã: ceu fraudis: & tytannidis suspectã accusabat. hunc hi potissimũ sectati sunt: qui paulo opulentiores de Mota dicebant. it a plebe diuisa: cũ alii ꝑ Martino: ps a Marcellino staret: in certamina deueniũt: nec incruẽta seditio stetit: Siquidẽ adolescẽs gladio suffossus occubuit. Martinus sublato emulo ex p̃side credentiæ: dñs palã nuncupatur. Acciolinus Marcellinus

At patricii posteaq̃ aduersariorũ res auctas uidere: & ducẽ domini nomen usurpasse: rebus suis diffidentes: eos sibi in primis conciliare studentq; a Marcellino steterant: & rẽ Turrianã oppugnauerant: atq; ne ducem intra muros desiderarent: Gulielmũ Sorelinatẽ factionis suę caput faciũt: cuius uirtute & opibus subnixi: tenuioribus insultare: & uim non nunq̃ inferre cœperũt. Martinus cõtra suos a ui defendere: cohortes armatorũ secũ habere. in uia cum aduersariis interim decertare: uulnerari alii: cõplures occidi: frequẽtes in urbe cędes fieri. Exarserat inter ciues simultas. hanc miseratus calamitatẽ Romanus pontifex: ne domesticũ bellũ latius ꝓcederet: iratos aios mitigare: & metu nouæ tyrannidis leuare tentat. Philippũ Rauennatẽ archiepiscopũ in Lõgobardos mittit. hic ut certamina tolleret: & concordes ciues depositis armis extra oẽm metũ faceret: eos ablegauit: qui inter factiosos eminere uidebant. Seditio

Deiicit tunc regno Martinus: & patria ꝓfugus mendicare cogitur. In exilio amicos & ꝓpinquos monere & orare nõ cessabat: ut exulis miserescerẽt: & se curitati & ocio suo cõsulerent. ꝓponebat patriciæ gentis insolentiã: quotidianas iniurias cõmemorabat: quos legibus ita demũ obtẽperaturos aiebat: si ĩ metu forent: & se ita ablegatũ: ut seruitus iniungat: & uelut defensore priuati eterno ĩ seruitio ꝓinde: ac mãcipia libidini & ꝓperio patriciorũ seruiãt. Hoc sermone incitati qdã clãdestina cõsilia ineũt: tũ certã diẽ cõstituũt: qua ꝓpius urbem accedat. futurum enim: ut periculum in quo constituti sint multi conspi Martinus exulat.

cientes:res nouas aggrediantur.Nihil cnnctatus Turrianus ſtatuto tempore aduenit:cui in æde diui Dionyſii preſto haud pauci fuere:quos diſcriminis & imminentis periculi ita admonet:ut pro certo habeant nobilitatem: nihil non in ſeruitutem & perniciem plebis moliri:atq; de ſalute:& opibus eorum actum:niſi continuo præſidia aduerſariorum inuadunt.Conuenerant armati ii fere patricii:qui domo pulſi haud longius ab urbe uagabantur:quippe ueriti ne mœnibus incluſos inimici circunuenirent.ita ſatius uiſum ancipiti metu aduerſarios fatigari.Eapropter in regione orientali ſumma ope pugnatur. Baldus Giringellus tumultuariam manum contraxerat:atq; in ipſo templi limine aduerſarios inuadit.prelium factum eſt acre.Reſiſtebat Martinus q̄ uis tunc uiribus impar.Sed adiuncto ſubſidio proſtrato inimicorum agmine in urbem uictor introducitur:cui nemo unus repugnare auſus de hinc fuit. in exilium eos egit:quos aduerſę partis ſtudioſos nouerat:quiq; in concionibus grauiter loquuti ſubinde in certaminibus arma contra ſe tuliſſent: precipue Gulielmum Soreſinatem nobilitatis protectorē fugari uoluit.hic enixiſſime patriciam gentem defenſabat. Non imprudens rerum Turrianus erat: & q̄uis propenſos plebeiorum animos haberet:non tamen confeſtim principatum in urbe occupauit.Exules patricii & errabundi ad Acciolinum ꝓfugiūt afflictas res:uiolenta inimicorum facta:& inopiam ſuam conqueruntur .Rogant & obteſtantur:quando eius ſpe ducti exilium magisq̄ conditiones ab hoſte oblatas acceperint:eos ne deſerat:Sed quod pollicitus erat auxilio dato in domum:& in patriam reducat.docent præterea quanta illifiet nominis & imperii acceſſio ſi nobiles uiros per uim & contumeliam ſedibus pulſos ſuſceperit:atq; ab iniuria & maleficiis uindicauerit. Tirrannus ſociorum audita calamitate:ne ſupplicum uota fruſtrari uideretur:exercitum cōtrahit. tum Cremonam uerſus pergere cœpit.Cōuenerāt eo Boſius & Palauicinus: milites: conſcripſerunt.Superuenerat cū auxiliari turba Accius Bonifacienſis comes. Suſtitit aliquantiſper tyrannus.erant pręterea in armis oppidani . Quare ex itinere urciolos obſidet:uerum ab Capitaneis uocatus diſſoluta obſidiōe Mediolanum uerſus contendit.ponte ad Caſſianum oppidum Adduam traiecit preſto illi fuiſſe Valuaſſores quidam tradunt.alii contra neminem occurriſſe. Perculſus tunc animi:& rerum dubius Acciolinus perinde atque aut illuſus: aut proditus ab iis foret:quibus auxilio uenerat:Mogontiam ne irritus cęptorum exiſtimaretur:expugnare parat. Interea certior per ſuos Martinus fit (iā enim Soncinum uſque duxerat exercitum) de tranſitu tyranni: qui ne fruſtra ſubſidio ueniretur:magis quam quod ſpem potiundi oppidi haberet: Moguntiam circunſediſſet:extemplo is ire pergit:atque eodem ponte copias traiicit .Fluuium Palauicinus atque Eſtenſis & Bonifacienſis obſeruabant: ne regredi hoſtis ualeat.Tūc Acciolinus Moguntiam relinquit:atq; Triciū

Baldus Giringellus.

Martinus reuertitur.

contendit. Arx erat oppidi inexpugnabilis.hanc capere cum minime posset uicina omnia ędificia succendit:protinusq; Vicomercatum:hoc oppido & p̄ fecturæ nomen est:concessit.nihil hostile in eo tractu fecit.Difficilis erat commeatus:& proinde omnibus innoxius.beneficio potiusq̄ metu:aut maleficio commeatus & frumenta ad se deduci in primis studebat. Martinus inter ea Mediolanensem populum:sub signis habebat:uias obstruere quacunque commeatus duci oporteret:eosque sępe intercipere. Extimuere tunc Germani & Itali milites:ne per inopiam frumenti ancipiti hoste circuncluſi debellarentur.Tunc Acciolinus cum res suas in angusto sitas uideret:aciem instruit:atque Cassianum repetit. Occurrunt illi ex aduerso dispositi hostes. a tergo Mediolanenſis instabat.prœlium ineunt.certatur totis uiribus. Trā sierat ad Martinum Brixiana iuuentus.nihil tamen inde deterritus pugnam inuadit:uociferans Brixianos fidem in lacinia gerere.Iam circūuentus erat.at q; dum per cōfertissimos hostes erumpere conatur:sinistrū crus tragula traicitur.accepto uulnere ferocior ad flumen euasit:uada explorans.tetigit tunc animum uicinę arcis nomen:protinusq; exclamat heu Cassan:Assan Bassan. hic mihi fatalis hora.ita uado amnem transgressus capitur:uiuusq; Soncinū altero telo in caput impacto perducitur:ubi ab ira & rabie cibum:& remedia respuens inter minas:& atrocia uerba defecit.Ita cuentu maternę prædictōis fidem affirmauit.Monuerat illum mater siue astrorum prudens:siue ueneficiis:& responsis umbrarum docta id genus desinentiæ terras caueret:quod illic fatis suis terminus daretur.Hic patre natus sacrilego infidioso& fallaci: matre uenefica:a pueritia odio religionis:& sacerdotum imbutus: quanq̄ ubi adoleuit statim rationem aliam uitæ iniit ad tempus:ut postea cognitū fuit: ferocia:crudelitate & perfidia depositā fidem colere: amicos constantissime iuuare:hosti grauis:cęteris neque insuauis nec ineffabilis.promissis stare: bella fæliciter & prudenter tractauit.Dux rei militaris expertissimus: pericula ut forti animo deposcebat:ita non incaute obibat.tolerandus sane homo: dum priuatus uixit:uerum ubi imperare cœpit:iam magna transpadanę regionis parte in potestatem per uim redacta:in eo omnia conuersa fuere.torua facies: terribilis incessus:Sermo grauis:superbus:rapax:uiolentus:perfidus:crudelitatis inhumanæ:in omnem ætatem sęuissimus:dei contemptor: sacerdotum hostis perpetuus.sacrilegia:& uiolatam fidem:uelut sancta & minime formidanda:prædicare:templorum thesauros surripere:eorumque uectigalia intercipere.sacerdotes spoliare.Quibus rebus ab Innocentio pontifice publice detestatus:excommunicatusque fuit:uelut rebellis sacrosanctæ ecclesię eternis supplicijs deuorus efferatam crudelitatem truculentissimo genere uesaniæ exercuit.ueteres & splendidas familias de pluribus urbibus non eiecit solum: sed pene deleuit.Oderat eos quibus timori erat:ac deinde crudelius excru-

Acciolin⁹ capitur

Acciolini ingenium

ciatos:aut lacerari aut iugulari iubebat.uix mihi credibilia ea uidentur:quæ scriptores quidam memoriæ prodiderunt:infantes ab gremio matrũ raptos: atq; adeo in conspectu parentum erutis oculis:& genitalibus excisis stãdo ui gilia atq; inedia pariter enecabat.Quidam continuo sitis tractu:cum non haberent unde arentes fauces recreare possent:urinam propriam bibere cõpulsi fuere.Sed quasi tot uirorum cædibus parum saciatus esset:matronas nobiles prostituit:Speciosę atq; pudicæ uirgines passim constuprari:neq; adhuc tãta iniuria expleta feritas fuit.post raptam pudicitiam uulgatumq; corpus easdẽ in teterrimo carcere diutius custoditas:gemitu:lachrimis:& merore cõfectas fæde & miserabiliter mortuas legimus. & cum ciuitates tot uiduatas ciuibus:& nefando scelere perculsas uideret:& proinde ne coniurarent aduersus se etiam domesticos & propinquos extimesceret: illos omnino tolli curauit. Parricidiorum igitur magnitudine:& atrocitate scelerum materiam uberem scribendi fabulæ præbuit.Extat Musati patauini tragicum carmen non admodum inelegans:in quo atrocia hominis:facinora:uiolentus spiritus:& feritas pluſq̃ barbara representantur:ut plene omnium nocentissimus:quos terra sustineret:dici possit nunq̃ profecto de sceleribus suis tã bene sensit:ut sperare potuerit simplicem mortem & tragulæ ictum:dignus q excarnificaret: & eos uiuens cruciatus sustineret:quos ira hominum:& feritas ad luendas cupiditatis & sęuiciæ penas excogitauit. Occiso tyranno ciuitates spoliis: & cõtinuis funeribus exhaustæ iam a nephario & libidinoso domiatu liberę gratulabundę primum in aliquot dies supplicationes decernunt.frequens supplicantium:& uota deo reddentium turba in templa coibat.tum libertatem capiunt popularemq; statim per annuos magistratus perpetuo sublato imperio instituunt. Taruisani atq; Patauini in quos crudelissime sęuitum fuerat:neqd stirpis & sanguinis tyranni supereſſet Aldericum fratrem(is audita fratris cę de clam ex Taruisio se subtraxerat:)armis persequũtur:In arcem sancti Zenonis tuta erat situ & operibus confugit. Taruisani:uincẽtini:& Patauini cõiuncto Estensi & Venetorum primoribus arcem corona oppugnãt.ex iopia uictus sedicio inter custodes oritur.Ita arx nullis certis conditionibus dedit. E tribus filiis maribus:unus sub patrui nomine ferociam adhuc infans gentilem ostendebat.Hic sub oculis parentum occiditur.transfixi pueri proprio in cruore natabant.Efferauerat rabies illorum animos:quorum parẽtes:atq; p pinqui crudelissime necati fuerant.mortuos dilacerant:iecur alii mandũt. Albricus & uxor reuinctis manibus laqueo per terram distrahuntur. puellę quique a gremio matris raptę:fusis crinibus certatim turba uulnera inferẽtes cõtrucidant. Ita cadẽte tyrãno uniuersum genus a stirpe extinctũ é. Martinus uictorẽ exercitũ & p̃da opulentum Mediolanum reduxit tuncq; clarus & potens habitus.Inuenio in quibusdam annalibus post cędem Acciolini reno-

uatas priſtinas ſocietates inter Longobardos fuiſſe. princeps autẽ inter ſocios omniũ cõſenſu Martinus declaratur: tum ob urbis amplitudinem: tum proter recentẽ de cõmuni hoſte uictoriam. Iam is uim & ſpeciem dominationis aſſumpſerat. nihil amplius de credentiæ ſententia agere: opificum ſubiecta collegia. ſe uno contentus nihil in adminiſtratione urbana: aut ratione belli cum aliis cõmunicare. mulctauit & patria & bonis eos fere omnes quos ſuſpectos: aut inuiſos ſeruabat. Extorres patricii a Summaripis: quæ familia laude nec inops: nec ignobilis erat: excipiũtur: atq; benignius tractati ſunt. Martinus periculoſum exiſtimans inimicos quos domo profugos odiis & bello exercere ſtudebat: etiam longius a finibus ſummouere: uicino in loco foueri: conſcripto milite laudenſem agrum inuadit: ſtatim oppido pelluntur aduerſarii. ita in poteſtatem Turriani oppidani grauiora detrimenta ueriti deuenere. hoc facto: ut minus negocioſus ab urbanis ſeditionibus foret: & tyrannidem affectanti nullus contradicere auderet: Paulum uxoris fratrẽ: quo duce patricii maxime nitebãtur omnibus officiis proſequit. fatigabat quoq; Paulũ ſoror precibus & magnis pollicitationibus ne ſurgentẽ mariti potentiam aut refringere conaretur: aut impediret: remiſſus ille beneficiis & oratione ſororis tunc omnia agere nihil proſpicere: quo eos a ui defenderet: aut protegeret: qui illi & ſe & ſua crediderãt. Quare proditas partes ſuas: patricii exiſtimantes Soreſmatẽ repudiant: & in tutelam Iordani qui Ruſchonę familię primus in Nouocomo dominatũ obtinuerat ſe trandunt. Commouit hęc res maxime plebẽ quæ eo intentius uoluntati Turrianorũ obſequi: illorũ partes iuuare: uim & impotentiã patriciorũ magis extimeſcere: ne ſcilicet per nouam amicitiã detrimẽtum aliquod rebus ſuis afferrent. Cæterũ qui domi remanſerant occulta primũ colloquia cum exulibus habere: eorũ fugã quoad uires patiebantur: pecunia ſubleuare: alios ab amicitia Turriani auertere: clandeſtina conſilia de reducẽdis profugis ſtruere. Hæc ubi Martino cognita fuerunt: Palauicinũ quẽ ut ſupra diximus ſociũ fecerat: protinus pacto quinquẽnii ſtipẽdio ad ſe acciuit. Mediolanũ is comparato mercenario milite: & uoluntariis cum ſequentibus ingreditur. Tunc peregrina ope ſatis ſibi fidens Turrianus quietiore animo eſſe: minus de hoſtium potẽtia ſollicitari: interim dies feſtos agere. ea fere cũ Palauicino cõmunicare: quę ad ſtabiliendũ regnum & fines proferendos pertinere uidebantur. Tradũt Vbertum: ut erat bellicis artibus inſtructus: & ciuilis uſus experiens: ingenio pręterea acri & exercitato contẽplatam urbis amplitudinẽ: populi ingentẽ numerũ: & rerũ affluentiã ad amicos dixiſſe. regnũ facile Mediolani cõſtitui poſſe: ſi modo penes unũ ſumma imperii foret: qui ſua potentia inteſtinas diſcordias cohiberet. ſeditiones componeret: ne continuis certaminibus de potentatu plebes & patricii inter ſe diſcordarent. Hoc ſermone Martinus maxime adductus ut omnia ſui arbitrii

Martin⁹ Lõgobardę ſocietatis princeps

Iordan⁹ Ruſconus

Vbertus palauicinus

Mli potẽtia

faeeret:nihilq; de alterius consilio gereret credentiã populi in totum sustulit. neq; uanum fuit Palauicini iudiciũ:falsaq; uirium potentissimę urbis estimatio.nam hoc usq; in tempus res Lõgobarda sępius periclitata de summa imperii fuit.incerta & uagę uires:dum timidus atq; diffidens sibi quisq; siue genere & amicitiis polleret: siue diuitiis & factionibus habundaret: in uicinos populos imperiũ aggredi minime ausus fuit:atq; urbis dominationem usurpans:siue populi iussu princeps creatus foret: metu atq; inuidia populariũ fines extendere non poterat .Sed inter suos regnare contẽtus a ui & rapinis domesticoꝝ nõ abstinẽs:finitimos Latrociniis infestabat:Inter tot mala cum iam continuatione laborũ:cędibus:uetere simultate:& recenti duarũ factionũ impotentia uniuersa fere Italia attenuata & plane exhausta foret: Vicecomites surrexere.de quibus deinceps dicemus.

LIBER QVINTVS.

Repetitur Vicecomitum origo.Nobiles patria fugati errant. Otho Vicecomes tandem debellatis Turrianis pontificatum urbis cũ regno obtinuit.

ICECOMITVM gentem a Regibus Longobardorum prognatam satis constat.Nam:ut supra memorauimus:capto Desiderio:regiaq; appellatione ac potestate penitus extincta:quicquid Longobardi nominis per Italiam dispsum erat cum liberis:Fortunis:atq; coniugibus in eas cõmigrarunt regiones:quas reges eorum incoluerant:& quãuis deinde per Carolum & nepotes:moxq; per Germanos Cæsares:& eorum procurarores:quos uniuersales uicarios uocãt:Longobardorũ ciuitates administrarentur:tenuit tamen consuetudo:ut Angleriæ Comites: quæ reliqua proles regum supererat Archiepõ subseruiẽtes regia ornamẽta designatis Cæsarib9 imponerent:quasi ita demum regni titulus legitimus & coronatio solẽnis haberetur:si regia ministrante stirpe ttadita fuisset.magnum profecto inditium splendoris familię:atq; uetustatis:quæ regię uicis non expers ministeriũ tantæ rei uelut hęreditariũ obtinuerit.Sed in eo bello quoper quatuordecim annos Alexandrũ profugum atq; errabundũ Federicus primus põtificatu deiicere conatus est:opesq; ecclesię uiolato atq; polluto summi sacerdotii iure grauissime afflixit:& rebellantes Longobardos perpetuis cladibus uexauit: Anglerię Comites:qui a pontifice stabãt:& cęteros in partibus eius cõtinebãt: dum barbaro fortiter resistũt a suis proditi simul cũ patria interiere :& si qui elapsi periculo fuere:uel ab ignauia & inopia pro despectissimis habiti: uel inuidiã mitigandam:quam appellatio Comitum præ se ferebat:Vicecomites

Vicecomitum appellatio

deinceps quasi superadditis litteris odiũ imminueretur appellari uoluere: q̃q̃ Heriprandus & Otho:quorũ egregia facta supra cõmemorauimus: multos annos & Federicum & cladẽ patriç anteceſſerint. & Vicecomitũ non Comitum cognomen habent:niſi forſan ſcriptores qui recentius res memoriç prodiderunt:quoniã eadem erat familia iiſdem orta maioribus:poſteriorẽ duntaxat appellationẽ:quaſi celebriorem relicta prima uſurpare maluerunt. Sed Conſtantiæ Petrus Vicecomes cũ acceptę utrinq; conditiones fuiſſent: Mediolanenſiũ iuſſu:uelut publici auctor pacem ratificaſſe traditur. quidã iuris & legum interpres recẽtiſſimus hiſtoriç & ueritatis parũ curioſus Vicecomitem hoc in loco magiſtratus non gentis nomen eſſe contẽdit. Quod ego uix crediderim:quando legati Conſtantiã miſſi de generoſis familiis:atq; indidẽ oriundi fuere:unde uenerant:neq; peregrino homini ut fere hi ſunt:qui magiſteria municipalia gerunt:res tanti momenti & publica auctoritas demandari debuit. Sed non equidem contenderim reſtituta patria: & pace compoſita gentẽ nobilem ſub eodẽ nomine coaluiſſe:eamq; tenuiſſe appellationẽ:uelut auſpicatiorẽ:quę a uictoria cœpiſſet. Trium Vicecomitũ mentio celebris habetur:quorum in confeſſo ſunt opera:neq; fides generis ambigua. Sed a Petro uſq; ad Othonẽ archiepiſcopũ: qui diuerſæ partis opes afflixit:& gentẽ patriciam ab exilio & fuga in patriam reuocauit:regnũq; Mattheo fratris filio deinde tradidit:anni paulo minus centum interfuere:per quod tẽpus nullus claruiſſe de Vicecomitum familia memoratꝰ: ſiue quia tot ſuorũ cędibus afflicti:& germanis regibus ifenſi publica gubernacula abnuerint: ſiue quod perſeuerantẽ in animis multorũ inuidiam:humili ſorte contenti:nihil magni appetendo:oblitterare magis q̃ refringere uoluerũt. Laudanda huiuſmodi cõſilia:ingenteſq; deo agendæ gratię:qui regiam prolẽ ſeruaucrit:donec Vindicandę libertatis:ſanandę patrię. & aſſerendi regni opportunitas daretꝰ. Neq; enim aliud domeſticis malis ciuili incẽdio:& peregrinæ iniuriæ remediũ afferri poterat:niſi unius arbitrio res adminiſtrarentur: qui concordiam procuraret:militiæ ſtudioſus exercitus cogeret:ſumptus bellorũ impenſis ſupeditaret prolatos fines ab impetu inimicorũ & a maleficio integros cuſtodiret. Prope enim ad diſcrimen ſummũ uentũ erat. nam funeſta recẽtũ factionum nomina:& perpetuũ illud:ac familiare Italiæ uenenũ per hominũ mentes diſſe minatũ non ſolũ animis:& ſtudiis a ſe ipſis diſſentire: Sed ferro decertare populos cogebant. ita nulla publicę ſalutis: & augendæ patriæ in uniuerſum cura erat. nam q̃is metu Federici primi icto fędere ciuitates ad externã uim propulſandam conſpiraſſent:conſtans tamẽ nõ fuit ſocietas. niſi dum hoſtis ꝓpinquus illorũ capitibus imminebat. Quo ſummoto:aut pace data:diſſoluta ſtatim fœdera:diſſociati populi fuere. Coibãt interim duę treſue ciuitates ut cõi piculo occurrerẽt. Quidã pſeuerante implacabili ira:quãuis proxima incẽdia

ad se transire uiderent: obuiam hosti prodire nolebant. Sic facile cum singuli incurreti hosti se opponerent: uniuersi uincebatur. Necesse igitur fuit ad quietem rerū sistendasq; ruinas unū aliquando dominum constitui. Sed alio in loco regnū commodius: aut magis ex auctoritate imperantis & usu militari locari haud potuit: siue quia uetus sit sit gentis metropolis: cui p uetere amore ac imperio cæteri minime contumaces parere dedignarētur: siue ob ingentē populi multitudinē opificumq; turbam: unde facile sit numerosum exercitū cōscribi: & instrui. Soli præterea ubertas ad sufficiēdos commeatus: quotiēs longius a patria in expeditionem proficisci oporteat. Accedit urbis opulētia quāuis ea in mediterranea sita: in qua tamen per industriam ciuiū & artium nouarum officinas mercatura nō mediocris exercetur. Vectigalia porro atq; portoria depēdūtur: & imperata tributa sine detrimēto exigi possunt. Quod si uera fateri uolumus non alia debuit familia cæteris imperare: q̄ quę regio progenita semine: auorum regna repeteret. mitis atq; benigna in qua humanitatis: & clementiæ plurimū fuerit: crudelitatis & uindictæ minimū: quippe hactenus in hostē sæuiens: ut aut iniurias ulta: aut depositis armis oēs suos putaret a cædibus & sanguine abhorrens: ut scilicitet haberet quibus imperare posset. Regū uera proles: & cui facta iuste imperiū restituere. Fremant licet cætere gentes: quæ posteaq̄ a peregrinis armis romanę opes oppressę fuerūt: dominationē aliquā inter Italos obtinuere: nullā ꝓfecto inueneris gentē cui plura nr̄i hoies debeāt. Hęc libertatis arx & columē rei; fuit: regnū apd̄ barbaros supra quingentos annos relegatum uelut postliminio ad Longobardos reduxit. Rem militarem iam pridem desitā in exercitationē & gloriam reuocauit patriā a domiuatu multitudinis eripuit: & ex tumultuosa: atque turbulenta quietam reddidit: ac tranquillam: quos uero populos in potestatem suam redegit: eos aut ab externa tyrannide: aut ab improbis: & domesticis dominis liberauit: ne seruilē uitā ꝑpetuo exigerent. Sed nimirū potentissimę urbis: & ueteris: ac āplissimę familiæ concordia fata & ita amica sydera fuere: ut neq; altera sine alterius auspicio atq; opibus aut regnare aut uigere potuerit. neq; enim Vicecomes res auorū asserere: fines proferre: & cæteris id locorum formidolosus esse potuisset: nisi patrię uires: & potētia affuisset: neq; rursus urbs maxima: eademq; opulentissima tam diu incolumis maneret: & Lōgobardorū domina appellaretur: nisi ductu: atq; auspicio eorum hominum: quos regia familia: principū mater: & fortissimorū uirorū alumna genuit: ac educauit. Ergo quando ita potenti iusticię & parcis placitum: est quicunq; rē Longobardā saluā: & sui imperii esse uoluerit: is Vicecomitē amplectatur: illi obedienter & prompte pareat: illū sedulo colat: & tueatur. nec minus Medio lanū amet reuereatur: & eniixissime i eo seruando laboret. Sed iā ad institutū reuertamur. Cum duæ factiones diuersis iampridem opibus: & patrociniis

nixę de potentatu inter se contenderent.una populi causam agere simulabat altera potentiæ optimatiũ studebat.in hac Soresinas princeps erat. adiungí tur ei Otho Vicecomes.plebes:quæ suæ libertatis:& commodorũ custodem Turrianũ fecerat:dulcedine quadã uindictæ iugum in ceruices accipit. In ur be certari cœptum.Sed multitudini impar nobilitas:domo ea cessit.haud ta men a maleficiis:quieta : nã agros urbi propinquos per excursiones hostiliter direptis uicis populatur: Tunc certamini & huiusmodi iniuriis assuetus po pulus:confestim arma capit.aduersarios finibus summouet:qui Borgomũ cõ fugientes non solũ in urbem recepti fuere:Sed fœdere arma cum oppidanis coniungunt:protinusq; Adduam transmissi uicum Locarni expugnant:atq; succendunt.Martinus haud cunctanter obuiam profectus:retrocedentes pro fugos in Borgomenses pſequitur:illorũ agros ad mœnia usq; populatur. quo detrimento moti oppidani cum ad hostẽ repellendũ uires non supereſſent : condicionibus pacẽ redimere tentant.eiectis his quorũ causa bellũ conflatũ erat.hostilis ita exercitus Mediolanũ abducitur. dimissi exules:quibus domi omnia inimica:extra quoq; uix quicq̃ tutũ erat:minime longius a patria ob errabant.cos clam pecunia & armis patricię gentis studiosi:iuuare nõ cessa bant.Itaq; inimicorũ agros per Latrocinia depredabantur. Tabiagi arcem occupant: opportunũ ad excursiones locum.quo terrore ciues maxime per culsi sunt.Martinus subito delectu habito in populatores inuehitur: quibus in arcem compulsis:expugnarẽ eam adortus est: municionibusq; circundat. Sed penuria aquę tollerari diutius obsidio non potuit.per uim Marti nus ar cem obtinet.in captiuos grauissime deseuiit.Cathenati fere omnes Mediola num perducti mox in teterrimo carcere crudeliter excruciati concluduntur. qua facti atrocitate:quicquid patriciorũ nominis erat Longius a patria fugã & inopiam perferre decreuerunt .fruſtrati scilicet pręsidio amissaq; reddítus omni spe:partim parmã & Regiũ.alii Mantuam exulatũ abiere. Quingenti & eo amplius suis propriis impensis equo merucrant:cęterorũ ingens nume rus:qui domo fugati cum uirtute & amicorũ beneficio:propterea quod haud paruo usui his fururi uidebantur:a quibus recepti fuerant:ita calamitatẽ su stinebant.ut etiã aduersarios de regno & fortunis parũ quietos facerẽt.Mori tur interea Leo Archiepiscopus plebi & Turriano nomini lõge infensissimus cui cum nihil fortunarũ ab odio aduersariorũ & longinquo exilio reliqui foret in uico:quẽ Legnanũ appellant:parũ religiose:& sine pompa funeratur. Sta tim de prędsule creando inter ciues certatũ est.neq; enim ea dignitas:quę plurí mũ in ea urbe pollebat sine populari strepitu:& concertatiõe demãdari pote rat.Duo ad pontificatum aspirabant:Ramundus Martini frater:& Franci scus Septariensis:Turrianus prerogatiua suorum:multa prętcrea largiendo : pollicitando:atq; interim minis fratrẽ Archiephiscopũ creari fecit.Septarien

sis contra suffragatione eorũ quibus suspecta Martini potentia erat: ceu moderationis egregię:& tanto ferendo oneri magis idoneus:summus in urbe sacerdos designatur. In hac animorũ dissensione intestinaq; discordia Vrbanus pontifex maximus: procurante & summa ui adnitente Octauiano ubaldino cardinale: qui tunc ulciscendę contumeliæ tempus aduenisse uidebat: Othonẽ Vicecomitẽ Mediolanẽsis ecclesiæ antistitẽ facit. Forte cũ e Gallíis legatione obita Romã Octauianus repeteret in ędẽ diui Ambrosii diuertit. benigne a sacerdotibus templi acceptus fuit. Is dum singula quęq; diligẽtius pscrutatur:in donaria & thesauros incidit. Habundabat ea tẽpestate sanũ religiosissimũ auro:argento:gemmis:& fabrefactis uasis:atq; suppellectile:qua in sacrorũ cermoniis:festisq; diebus aræ deũ magnifice exornari solent. Gemma tunc fugoris eximii:& inde precii ingentis adeo. legatus exarsit:ut eã protinus de altari auferre tẽtauerit. Templi uim edítui timent: atq; statim legati desiderium:& quid in animo concitaret Martino renunciant: qui haud cunctanter conscensis equis & cũ magno suorũ comitatu in areã quę pro templo patet:accurrit. Stupefactus repentino concursu: & tanta ciuiũ frequentia Octauianus ędem progreditur. hunc prior Martinus ab equo salutat: seq; officii causa aduenisse inquit:ne scilicet quẽ ad iter paratũ intellexerat:is non prosequente procerũ multitudine urbe cederet. Simulata uerba quo tenderent legatus cognouit:atq; statim Martino deducẽte urbe cessit. Post id factũ nihil non cogitare:meditari:atq; aggredi ne tam insignẽ contumeliã Turrianus inultam ferret:neq; prius quieuit:q̃ęmulum infensissimũ inuenit:qui inimicã gentẽ a stirpe euerteret. Trandunt quidã:neq; a fide multũ abhorret:nõ ideo cum turba & armatis ad ędes sacras Turrianos concurrisse:ut thesaurũ & gẽmas seruarẽt:Sed magis quod i comitatu Vbaldini Otho Vicecomes esset: illi lõge charissimus:uerebãtur siqdẽ ne ad res nouas populũ excitaret: tũ qa & ingentis spiritus ferebatur:tum quod natales generosissimos prę se ferebat quanq̃ humili sacerdotio Decii:hoc pago nomẽ est:fungeretur:quippe ea dignitate contentus non existimabatur:qui primoribus sacerdotũ se addixisset Cæterũ Martinus posteaq̃ inclinasse in partes aduersariorũ pontificẽ cognouit:neq; alio consilio eo dignitatis atq; imperii Othonẽ promotũ:nisi ut aliquando illius præsidio eiecta gens patricia domũ reduceretur: interesse rerũ existimauit:animũ & studia pontificis metu armoq; ab exulibus ad se auertere. continuo Palauicinũ ad se cũ his copiis:quas conductitias habebat:uocat eorũq; agros inuadit & populatur:qui per amicicią pontificis seri a ui fuerãt: & grauissimis cladibus afflixit. enimuero tunc detrimentis suorum irritatus Vrbanus Othonẽ magis fouere:illi omnia suppeditare:quæ ad obtinendum sacerdotiũ:& exules sustentandos idonea uidebantur. ex pontificio ritu illum consecrat:& his ornamentis donat: quę adeundo sacerdotio legitima erant.

Otho archiepiscopus

Dimissus a pontifice Otho:ut facilius dignitatē caperet:simulq; corū uires retunderet si qui aduersari conarentur exules ex itinere congregat: deinceps in eam regionē contendit:ubi inimicorū opes minus possent. Ad uerbanū lacū progressi:confestim nudā prędio Aronā capiunt. Turrianus ubi occupatā arcē cognouit:quę receptaculū ex fuga & præda:atq; etiā causa grauioris excursionis foret:& subinde urbanos motus excitaret: tumultuariū militē contraxit:atq; in hostē propere contendit. Resistebat Otho:interim extra munitiones prœlio dimicans: tandē circunsessus cū alia uia integer nisi pactione abire non posset:seruatis suis arcē tradidit:quæ contiuuo subuersa fuit. duorū deinde uicorū arces demolitæ fuerūt: ne aliquando ab aduersariis occupatæ proximū tractū infestassent:& ad noua consilia quosdā in urbe excitassent. Sic defensis finibus:hosteq; pulso Martinus postridie nonas Septembres graui morbo corripitur. Timens inde Philippus ne Languēte fratre:quidā affectādi regni consilia caperent:priusq; is expiraret:sine ullo publico consilio dominium arripuit. Paulopost Martinus extinctus est anno post natū christū milesimo ducentesimo sexagesimo tertio:duodecimo Kl' decēbres:& in templo Clareuallis tumulatur. Tunc opes suas Philippus magnis affinitatibus munit. filiā Gulielmo Pusterleo in matrimoniū dat. Ipse alterā duxit uxorem ex Biragorū familia. Nouū deinde Comum per factionē Vitanorum expulso Ruschone obtinuit:nuptiis & debellato aduersario elatus: qui Comi potens cęptis accerrime repugnabat:quasi satis domestica arma ad res defendendas ualerent: Vbertū Palauicinū cum peregrino milite missum facit:ærarii inopiā ad tolleranda militię impendia causatus. Exierat iam illud quinquēnium per quod tempus ex fœdere & conuentis illi:siue socio:siue mercenario stipendia soluta fuerant. Haud sane potuit incolumitati rerū quicq; & securitati suorum peius Turrianus consulere. Regnū adhuc nō stabiliuerat. perseuerabāt in urbe odia. occulta præterea nouarū rerū consilia quidam inter se agitabāt. multorū animi pręcipue ad rebellionē erecti erant: posteaq; sui corporis desi gnatū episcopum uidere. Igitur cum res adhuc in discrimine uerterentur:fœdera:& amicicię renouandæ:noui conquirendi milites erant. effundendæ pecuniæ:quibus minime parcere debemus:quotiens nundū satis firma sunt imperia.& hostili timore exempti non sumus. Sed cū in omni re fortuna plurimū ualeat:tūc pfecto uires suas exercet:ubi regna iactātur:& ita mētes obtenebrat:ut ingruētia mala nec ludere: nec cauere ualeamus. Nā qui nouas copias oducer:& undiq; auxilia otraher debuit:is ceu satis domi uiriū & armoꝝ hēret: ac diuersa pars debellata extinctaq; eēt:eum a se hoiem dimisit:quo socio atq; amico uim & insidias inimicorū facile sustinuisset. Peroportune igit' ad perturbandū Turrianæ gentis statū:exulesq; restituēdos ea societas dissoluta fuit. Indignatus Vbertus nihil prius quęsiuit q̄ ut primo quoq; tempore

Martius moritur

Philippus Turrianus

ſuperbo & auaro tyranno deſiderium ſui faceret.in ſocietatem & amicíciam Othonis & exulum tranſiit:quos nihilominus fouere & defendere pontifex perſeuerauit:q̄is icto cum Vberto fœdere eorum agri uaſtarēt̄ur:qui in ditione & poteſtate Ro.ſacerdotii erant. Per hæc tempora Vrbanus pontifex crebris & magnis Manfredi tyrāni iniuriis laceſſitus ut a ui & importuno ſacrilego ſe liberaret(non deſiſtebat is uicinas urbes ad rebellionem ſollicitare. diſcordias ciuiles excitare: atq; ī Sicília pręcipue templa & ſacerdotes expoliare) ad peregrina auxília confugit.Erant tunc in Italia externi & indigenę milites uoluntariam militiam ſublata cruce profeſſi affricanæ expeditionis reſiduum:hi prompti pro defendenda maieſtate Ro.ſacerdotii diſcrimina omnia libenter ſubiiſſent:ſed deerat dux:cuius auſpiciis arma nephario homini īferrent.Egit itaq; Vrbanus cum Ludouico Francorum rege:ut Carolum cō ſobrinum:eundemq; generum Narbonenſis galliæ cōmitem:quam nunc ꝓuinciam appellamus:in Italiam cum exercitu mitteret:qui coniunctis utriuſq; gentis copiis Tyrannū ferocius exultantē inuaderet:quo debellato regnū Sicilię pollicet̄.Hac cōdicioē minime cūctatus Gallus Romā marí deuehit̄: atq; ꝓtinus de cōi Sacerdotū cōſenſu rex Siculorū declarat̄. Sequuta uirum uxor:ipſa quoq; regina ſalutat̄. Deſcēderāt interea in Lōgobardos magnæ Gallorū copiæ:quarū duces Guelfam factionē in primis cōciliare ſtuduerūt. ita fœdus & amicicia cū Turriano faciūt:qui benigne cōmeatu & ueſtibus eos iuuit:timebat.n.minas & arma Palauicini.nec fuit ſocietate cōtētus : qn ut aliquo iuſto titulo Carol9 eos ꝓtegeret:Narbonēſem hoiem Emberrā noie illius iuſſu ꝓtorē Mediolani accipiūt.quo facto mirū in modū externū regē ſibi deuinxerunt.hinc uires & cōſilia aduerſariorū aliquātulū facta .Cęterū Palauicinus nouę ſocietatis anxius:ne diuerſæ factōis ſtudioſi incolumes a detrimentis forent:Mediolanenſes qui ꝑ Padū negociantes cōmeabant:ſuccenſus ira ſpoliat:atq; p̄dā militibus ꝓtitur.Obmurmurarunt ciues:cōqneri ſpoliati liberius cępere.Sed Philippus iacturā a ſuis acceptā neq; ulciſci:nec res repetere uoluit.Sollicitabāt eius animū maiores curę:neq; ſibi ſatis quietis & otii tū ꝓpriis uiribus:tū ꝓgrina amicicia uidebat.arces in finibus Nouocomēſiū: atq; Nouariēſiū ſtabāt:ſedes belli:& ad inferēda dāna locus opportun9 ſi ab aduerſariis occupatę forēt:eas uir animorū urbis:& qd in bello locorū cōmoditas ualeat non imprudens:ante omnia tollere curauit. Poſt hęc Bergomēſes adortus eos in poteſtatē & dicionem redegit.in cōfini agro oppidula quædam expugnat:tum augendi imperii:& conciliandarum gentium ſtudioſius: Nouariā & Laudē pōpeiā breui recepit.quarū ciuitatū dominio auctus arma palauicino inferre ſtatuit.In Placentinos igitur & Cremonēſes predatum copias mittit:defendendis finibus Palauicinus intētus:populatoribus occurrit: ſatisque habuit qua hoſtis ingruebat : illi obuiam ire. Philippus interim

Manfredi ſacrilegia

Carol9 Narbonēſis ī Italiā uenit

Philippus Martini frater moritur:

ad defectionem Brixianos sollicitat:qui statim electo Palauicini præsidio ad illum transeunt. Erant in Philippo indoles animi:& quæritandi regni artes. Accedebat factionis pertinacissima studia:ut si diutius uixisset bello & consilio:metu præterea:& beneficiis finitimorum plerosque aut amicos:aut Subditos habuisset.repentina morte magno suę gentis damno pręuētus fuit ad annos.Mcclxiii.& in eodem templo:ubi Martinus conditur. Post hunc Napus Mediolanum & cęteras urbes:quę sub patrui dicione fuerant nemine repugnante statim obtinuit.hic ut populares ad parendum promptiores redderet:& uicinos metu armorum a ui comprimeret:ne item otio miles languescere:trans olium flumen copias induxit:Palatiolum oppidum expugnat: diripitque.ita exterriti uicini partim Turrianorum imperium accepere:partim i amicitiam ueniunt. Dum hęc geruntur Carolus ubi de Longobardis Romam milites peruenisse cognouit:adiunctasque esse auxiliares factionis guelfę copias:in Samnites transiit.Imposuerat pręsidia his locis Manfredus:quæ opportuna arcendo hosti nouerat.Montanas fauces munitionibus ac præsidiis & pręcipue Casinatem saltum firmauerat.Carolus pręsidia deiicit:atque angustias occupat. deduxit in patentes campos exercitum Manfredus: ad Beneuentum castra castris coniunguntur: nulla dimicandi mora facta est. conflingunt acies:prælium; inter utros; atrox committitur.Carolus post; suos cedere uidit:in aduersam aciem inuehitur.fugam suorum sistit. Sed dum incautius urgenti hosti resistit:in terram prosternitur.occisum quidam clamitant:atq; perturbatis ordinibus terga dant Galli.fugientes Manfredus insequitur:atque extra ordines depugnat.Carolus qui pro mortuo habebatur inter suorum fugam repente:& pręter spem comparuit:atque Manfredum dispallatos consectantem occidit.ita disperata non solum uictoria:sed etiam uita superior Gallus euasit.Cecidere in ea pugna utrinque uiri non ignobiles. Post tam pręclaram uictoriam Guelphum omne nomen Carolo adhesit: cuius præsidio in Hetruria aduersę factionis duces in exilium pulsi fuere:restitutiq; sunt exules:& subinde noui magistratus fouendæ factionis gratia creant̄ perturbata erant in Ethruscis omnia proter contraria studia & animorum differentiam.Bellum intestinum per Italos exarserat. cędis & uindictæ cupidine flagrabant ciues.Legitime nullus post cędem Conradi imperabat.curam & administrationem rerum in Italia duntaxat Clemens pontifex capessiuerat: & Carolum:quem cædes tyrannorum clarum & metuendum fecerat:Appulisque in potestatem redactis:Siculi impositio stipendio regem acceperant.ad procurationem rerum in Ethruriam misit.trepidi uicis suæ Gibellini per nuncios Conradinū adolescentē qui in Germania summam rerum hæreditario iure sibi debitam affectans:exercitum instructum paratumq; habebat in Italiam accersunt.maturauit adolescens.sed siue tedio uiarum:siue amenitate ur

Napus

Manfredus interficit.

bis captus: Veronę menses tres desedit: nihilo tamen secius a bello cessatum fuit. Nam Federicus Hispanus illius nomine & auspicio Siculorum potitus erat. Tunc per Longobardos Conradinus iter faciens Papiam uenit: ad eum Gibellini concurrũt: quorum ope & auxilio ad Ligusticum mare superato appennino transiiit. Affuere Pisani: quorum nauibus in Ethruriam defertur. Resistunt aduersę factionis duces: quos paruo negocio fudit. Lucensium dehinc fines deuastat. Occurrit ei regii exercitus ductor: quem Marescalcum appellant. hunc prędio superatum interficit. Ita subactis Ethruscis ab Henrico uocatus Viterbium uenit. inde Romam petens a populo & Senatore: qui obuiam prodierant: imperator consalutatus: deinde in capitoliũ daducitur. Gui donem Feretranum cum auxiliari milite dimisit. ipse reliquã exercitus partem in Marsos secum duxit. quo in loco expeditas Carolus copias habebat: atq; haud longe ob Alba Marsorum castra castris iunguntur. Manus extemplo conserunt. Carolus admonitus Germanos facile circumueniri posse: Marescal cum in habitu regio cum parte copiarum in hostes prędmisit: ipse collem sago militari indutus cum fortissimis & expeditis militibus sustitit. depugnauere Galli cum Germanis atrocissime horas ferme tres. plurimi utrinq; cęsi: Marescalchus occiditur. inde in fugam uertuntur Galli. Tunc Germanus fusum hostem ratus: palantes desequitur. occisos spoliat. cædibus & spoliis intentus: sine metu uagatur. Carolus incompositos conspicatus de cone digreditur: dispersos atque diuisos aggressus est. in unum coire: conglobari: aut ad signa reuerti non poterant. ita dispalati passim interficiuntur. Superato tanto exercitu: & ducibus non ita multo post captis: atq; occisis regnum Appulię Carolus recipit. Ethrusci post duplicis pugnæ foelicem euentum statim imperata faciũt. Cæterum Emberra: quem supra Mediolani præfectum diximus uictoriis Caroli elatus: & ferox: exules contumeliis & cędibus diuexat: qui longinquo attenuati atq; fracti exilio: tamen quoquomodo insolentem & acerbũ barbarum ulcisci statuũt. Paganinum Emberra forte Nouarię prefecerat. hũc in uia qua Vercellas itur crebris uulneribus exulum manus confodit. relictũ cadauer & suo cruore consperſum quidam Turrianorum ad sancti Dionysii deferunt: ibiq; sepeliunt. Tum barbarus prętoris cæde exasperatus: primores urbis de uindicta deliberaturus conuocat. Sed iræ & dolori dum nimis indulget: atque temerarius & furibundus inexpectata facti ueritate cęteros in ultionem prouocat: animum ad rem atrocissimam adiecit: cognatos & propinquos eorum qui Paganini cædem fecisse dicebantur: eos sine discrimine com phẽsos occidi iussit: cruẽtata corpa: & repetitis uulneribꝰ dilacerata plaustris ipposita: p mediã urbẽ ad sepulchra efferunt. quattuor & qnquagita fędissime trucidati iacebãt adolescentuli iuuenes & seniores in aceruo positi. Atrox facinus & miserãdũ spectaculũ. qua supplicii fæditate nõ solum barbaro: sed consi

Conradinꝰ impator salutatur

Carolus appulię regno potitur.

Crudelis ultio

liorum ſociis inuidia magna.conciliatur.In urbe fere nemo unus fuit: qui ca put & fortunas ſęuiſſimi hominis deteſtatus:execratusq; non ſit.ipſe quoque Napus qui cęde aduerſariorũ letari alioquin debuerat: aduerſus domeſticos utinam ſim falſus uates inquit:ſanguis iſte in filiorum & nepotum noſtrorũ capita recaſurus eſt:mox leuandę inuidię gratia:ſimul ẽt:ut luctũ eorũ miti-garet:quorum ꝓpinqui interempti fuerant:funeſtũ ꝓtorẽ magiſtratu deiicit: atq; ẽt ex urbe expulit.Iuriſdictionẽ annuam:& quę interim ſemeſtris fuerat: trimeſtrem eſſe uoluit:ſiue quia nimiam poteſtatem iuridicundo :& perinde multis odioſam per annum exiſtimaret:ſiue quo plures ſummi magiſtratus participaret:eo plus gratię apud exteros ſibi conciliaret.Sic eo anno quatuor prætores diuiſis temporibus iura in ciuitate reddiderunt. uerum ne expulſo Emberra Carolus fœdera rupta:& alienatam gentem a ſe exiſtimaret:Franci ſcus Turrianus in Appuliã cum honeſtiſſimo comitatu mittit:regi uictorias & partum nuper regnum gratulaturus.prętera ut fœdera:quæ cum patruo & patruelibus facta fuerant renouaret.hũc Carolus comiter excepit:& apud ſe aliquot dies magnifice habuit:tum imaginaria militia & magnis muneri-bus a ſe abeuntem donauit:qui regię dehinc liberalitatis:& lauticiæ emulus: domi & inter ſuos magnificẽtius q̃ res aut mos patrius pati uideretur:uixit.

Quot ciuiũ capita tunc mli cẽſa.

Quidam ſcribunt Napo dominante cenſa fuiſſe Mediolani ciuium capita ci citer triginta milia:eorum uidelicet qui arma ferre poſſent.Manebant in urbe odia:& quanuis diſſenſiones animorum armis Napi compreſſæ uiderentur: tamen in agris furta:rapinæ:& homicidia crebra fiebant:ad quæ exturbãda ma periſtereonas in quibus uarii generis columbi nidificant:ſtatim ſubrui iuſ ſit.Stabant hęc frequentia:nec intuta furum & graſſatorum receptacula: in quibus alii pernoctabant:tum ubi commodum uidebatur:in cędes & latro-cinia prodibant:alii congeſta furta & ſpolia aſſeruabant:loca armati defen-dentes ſi quiſpiam ad ſua uindicanda acceſſiſſet.ita Napus publicam utilita tem paucorum redditibus preuertit. Cęterum Clemens pontifex deſigna-tum ab Vrbano archiepiſcopum impenſius fouebat:neque precibus & ma gnis pollicitationibus a ꝓpoſito dimoueri aut deflecti poterat:quin etiã an teceſſoris exemplum ſequutus Mediolanenſem populum publice deteſtatur: ſacriſque interdicit:præſcripta die:ante quam Othone recepto in gratiã ſine fraude aut piaculo redire liceret.Habebat pro indigniſſimo pręſulem quem prineeps ſacerdotum dediſſet:eum in ſedem non admitti:& patria expulſum alienę opis indigentem precariam & erumnoſam uitam agere.Non ſine im mortalis dei cõſilio põtifices duo eodẽ tenore & aio cõſtanti Othonẽ iuuere:

Raimõdus archiepus

nihil potẽtia:& armis Caroli deterriti:quẽ ea tẽpeſtate florẽtem:ac bello feli ciſſimũ:ꝓterea aduerſariorũ ꝓtectorẽ nouerãt.Eccleſiã Mediolanẽſem ꝓroga tiua ſuę factõis repugnante põtifice Raymõdus inuaſerat. nam Septarienſis

ciuiles discordias perosus:& quod impar emulo foret:sponte sacerdotio cessit: Quo facto quosdam ad pontificis sententiam:& Othonis factionem auertit. Ita qui contra tendere soliti erant:hi mutato studio tumultus in urbe mouere:grauius fremere:alii per fora:& conciliabula identidem iniuriam:atq; cõtẽptum conqueri immortalis dei:cuius iram placare:nisi sacra urbi restituerentur:nemo posset.imo graues expectãdas penas ab iis qui eius sacerdotis:quẽ in terra Christus alterum deum esse uoluisset:auctoritatem:& honorem uiolarent:& ita iussa dei aspernarentur:quasi eius ope mortales non indigerent.

His uocibus:ac talibus querimoniis permotus Napus legatos Romam mittit:qui populum religione soluerent:& inrerdictis liberarent:causamq; sacerdotii disceptante patrum sacrario agerent:eos nec mœnibus recipi:nec audire Clemens uoluit.Reiecti ad Carolum contendunt.ut eo deprecante admittantur.Rex benigno uultu excepit:quorum postulata postq̃ intellexit ꝓ salute & dignitate fidelium sociorum defendendas opes regni pollicitus: legatos insuper suos cum Turrianis Romam mittit.utroq; pontifex regis respectu admisit:accersitoq; Othone in consistorium introducuntur. Tunc regii priores in hunc modum disseruere. Si pro sociis atq; amicis:quorum nunc opes & fortunę in apertum discrimen ueniunt maiestatem tuam Pontificum Maxime depecaturi uenimus:non equidem mirari te existimamus:imo uero magis proditos:atque desertos eos putares:quibus cum fœdus & amicitia iã pridem iuncta fuit.Neq; rex noster dignos patrocinio & fauore eos duceret: si contumaces tibi reluctarentur:ut pote qui nec ueneratione apostolicam: nec immortalem deum esse in animo haberent:aut in eo perseuerarent:quod pontificiam maiestatem imminuere:& uiolare uideretur.Sed cum titulum sacerdotii ita quidam appetant:ut sopita odia accendant:& iam langueſcẽtes simultates per seditiones atq; discordias domesticas excitent:atq; nutriant: non edictis tuis odio:aut superbia reclamant:uerum otii & securitatis ciuiũ studiosi:cũ de summa rerũ periclitent̃:illud duntaxat exposituri ueniunt: salubrius ne & ex cõmodo publici status sit Raimundũ an Othonẽ ecclesiæ iter Lõgobardos clarissimæ antistitem imponi.Neq; tanta est in eorũ animis uecordia:ut tibi legẽ pscribere uelint:aut in eo contendant:non des eis quẽ pſu lẽ placuerit.Nõ ita lõge a reuerẽtia & cultu nostrorũ sacrorũ absunt:ut ignorent tantum potestatem tuã in terris pollere:& humana diuinaq; omnia iura in maiestate tua ita reposita:ut a censura:sententiaq; tua qualiscũq; ea fuerit: nulla deinceps sit appellatio.Sed dicet aliqs.cur nõ cõtinuo ĩperata fecistis? pſulem in urbẽ admisistis?illius dicto de more ecclesiastico obedientes nõ fuistis?Facta hęc oia nẽpe forent:nisi ab diuturno odio:& domestica discordia ꝑpetuæ in urbe seditiones orirẽtur:& ꝑ ciuiles motus cędẽ ac sanguinẽ:& interim per exilia ciuium frequenter pars altera dominaretur. Dicant quęſo-

Oratio regii oratoris

certaminis & sanguinis:an potius concordiæ & pacis gratia sacerdotii magi
steria inter gentes constituta sint:& qui p̃fecturas gerunt:siue ad religionem
cerimoniasq; sacrorum:siue ad iura reddenda:& ad rem populi tractandam
spectent:nunquid in primis pestes in animis hominum insitas:& interim la-
tius serpentes ita excidere & penitus tollere debẽt:nc aliquid resideat:ex quo
furori domestico incrementa fiant.Exitiale igitur bellum: & cladem patriæ
auertentes imperiis tuis beatissime Sacerdos repugnare uisi sunt: uerbis atq;
studio hactenus reluctati:ne uim & arma tibi aut tuis inferrent.Nõ itaq; aut
superbię aut odio imputandum est:quod contra sententiam tuam tendere ui
dentur.potius tranquillitatis & publicę salutis ratio subest:An alienatos abs
te & amplitudine apostolica Turrianorum animos:aut non potius in aucto
ritate pontificis & a te stare dixeris.Caroli copias quem e Galliis magnis ꝓ
positis conditionibus exciuisti:ut aliquando improbi hominis: & nepharii
tyranni malefacta ulciscerentur:ab alpibus descendentes ifinibus suis læti ex
cepere:affatim omnia ad iter tutum & expeditum prębuere:frumento :com
meatu:& hospitio benigne prosequuti:tum percusso fœdere arma consocia-
uerunt:qui si in ipso Italiæ limine nobis se se opposuissent:aut cum hostibus
consilia agitassent:profecto enim difficillimus transitus foret:& haud a dam
no & clade integris per infestas terras commeare licuisset:iam erectę gentes
ad bellum erant:& externum exercitum uelut hostilem ferro lacessere pabãt.
Omnes tunc sine certamine quieuere:& uelut pacati atq; amici nihil nobis
denegantes:Romam usq; transmiserunt.Hinc nimirum celeris illa & inspe-
rata uictoria.his sociis atq; amicis acceptum referri oportet quicquid iuris &
imperii post cæsum & debellatum Tyrannum pontificis potẽtiæ accessit.Ap
puli & siculi in ditionem & imperium redacti non forẽt:nisi ab ecclesia roma
na Turrianus stetisset:& pro sacerdotibus arma accepisset.rapinę & sacrile
gia a templis & deorum aris summotæ non forent. Audias igitur clemẽtis
sime pater eorum oratores:qui tui iuris esse uolunt:ut non nihil regi inuictis
simo concessisse te ostẽdas:simul etiam ne qui optimus & sanctissimus sacer
dos haberis:idem indicta causa aduersus reos pronunciasse dicaris. Cũ re-
gius finem dicendi fecisset:& mitigatus pontifex aliquãtulũ esset: Turrianus
ita exorsus est. Nisi tibi Romane pontifex parere decretum esset:maiestatẽ
q; apostolicam summopere coleremus:cuius numen tanti facimus:ut eo uio
lato nihil prospere mortalibus cessurum ducamus:a te profecto spreti atq; re
pulsi:aut domũ aut noua cõsilia:aut ad amicitias:& fœdera cõciliãda:deniq;
ad inimicos tuos accessissemus:ut externa ope subnixi arma & bellũ ostẽde-
remus:Sed in eo pseuerãtes:qd saluberrimũ erat:qppe ueneratiõe ãplissimæ
sedis aucturi:deprecatorẽ regem parauimus:in quo spes oẽs nostrę sitę sunt:
& qui de sacerdotibus maxime omniũ sit promeritus .eo scilicet sublato tyrã

Turriãi ora
tio

no cuius contumelias & sceleratã auaritiã perferre nemo poterat. Deinceps regno potitus:regioq; nomine honoratus:ita dicto tuo audiens regnat:ut ad arcendas iniurias:defendendaq; sacerdotũ iura armatus & promptus existat hunc adiuimus:rogauimus:hortatiq; sumus:nõ ut arma pro societate & amicicia capiat:aut partes nostras ita suscipiat:ut ucterẽ tuã amicitiã uiolet. Sed ut eo interceſſore nos ęquo animo audire uelis: nostrãq; causam ita demum accipias:si iusta & patriæ tranquillitatẽ allatura uidebitur. neq; enim aliter a uobis qui in hoc apostolico sacrario considetis:petendum est:nisi ut ex æquo & bono controuersia decidatur:& execrationes maneant: si ambitione & factionibus sacerdotiũ Raimondo potius q̃ consensu & ex utilitate cõmuni deferri studemus:neque ab re hoc in loco erit sanctissime patrũ factũ ipsum de quo ambigitur:atq; uiribus non nunq̃ certatũ est:breuiter exponere. Mortuo Leone:qui per omne sacerdotii tempus nihil prius duxit:q̃ in ciuitate ira odioq; ardente certamina perniciosa serere:& patricios in contumeliã plebis obarmare:ut uelut mancipia fædę & perpetuæ seruituti addicta libidini & licentiæ patriciorũ resistere non auderent: plebs ipsa quæ in tutelã Turriani se tradiderat:confirmans prærogatiuã eorũ:qui pro uetere iure & consuetudine præsulẽ rei diuinę facere solebant:Raimundũ archiepiscopũ designat:quẽ fratres & propinqui nõ tam iure sanguinis amplexi tutatiq; sunt:q̃ quod cernebant eo pastore perpetuã inter ciues cõcordiã fore:atq; ita ex æquo utrũq; ordinẽ degere. Sed ut magno in populo & contentione ciuili diutius exercito usu plerunq; euenit:Franciscus Septarienſis paucorum suffragiis sacerdotio præficitur:Inter hæc Vrbanus pontifex anteceſſor tuus neutri parti suscribẽs mediũ quendã de numero eorũ delegit:qui domi continuos motus certamina & cædes fecerãt. Tum urbe pulsi latrociniis atq; rapinis i excidiũ patriæ conspirantes omnia perturbarũt. Contradiximus fateor edicto pontificis. designatũ antistitẽ longe summouimus:ne scilicet excidiũ patrię sub nomine:& potestate sacerdotii moliretur. An ignoras pontifex quãtũ cladis gens superba & ferox semper ciuibus suis intulerit? quid dedecoris:atq; calamitatis etiã romanæ maiestati importaucrit:satis testata est corũ impietas & uiolenta arma:cũ Acciolino sæuissimo tyranno per causam recuperandę patriæ fœdus & amicitiã fecere. Hoc in pugna occiso Palauicinũ sectati in amicos tuos qd nõ iniuriarũ & maleficii ediderunt? ita demũ in fœdere:& amicicia pseuerãtes si utriq; infesti rebus tuis fuissent:cũ enim Philippus stipendia subduxit:& hominẽ bello perneceſſariũ a se dimisit:nempe quia uidebat illo socio:atq; amico nullã cũ sacerdotibus perpetuã gratiã fore:in quoq; perniciẽ impius & durus homo ex innato odio adhuc spirat:nũq̃ mitior sane factus. Sed nouus iste Antistes nõ sacerdotiũ:sed regnũ inuadere parat. exulũ ac latronũ manũ collegit. Aronã oppidũ oppugnare adhortus est, inde turpiter non sine cæde &

ſanguine multorũ pulſus:ubi conatus uanos animaduertit: per auctoritatẽ huius ſac ratiſſimi ordinis:& per execrationes ius:ut ait: ſacerdotii uindicare ſibi ceu ſucceſſor Ambroſii contendit.Dicat queſo uir arrogans & factioſus: ſit ne eius:qui rei diuinę adminiſtrationẽ depoſcat:multitudinẽ latronũ obar mare:hoſtilẽ in modũ fines patrios populari:arma in ciues conuertere:Neſcit profecto neſcit aſſuetus imperiis atq; rapinis homo etiã ubi de iure diſcepratur:niſi uiolenter & iniecta manu:quod ſuũ putat:aut repoſcere:aut uindicare.a maioribus certe & minoribus earum gentium: quarũ factionẽ fouere cũ uidemus:minime degenerat.hi ſpreto æquabili iure ui & armis potiuſq; legibus:& iudiciis decertarũt.Sed hęc:ut præſentia tempora poſtulãt: homini inſolentiſſimo:& magni natalibus elato condonemus:illud ante omnia miramur:quod ſacrarũ rerũ moderationẽ & gubernacula is aſſumere uelit: q alio quin ab re diuina abſtinere:& uelut ignarus e medio cędere procul a iure & cõſuetudine uirorũ uiuere deberet:niſi forte illi animos uterq; parens a recta fide abhorrentes:imo in totũ diuerſa ſentientes faciũt.Notũ profecto eſt: qd opis & fauoris iis palã & occulte cõtulerint:qui uerã religionẽ diſputatiõibus & uario certamine oppugnare conati ſunt.Quid ergo ſororis nuptias cõmemorẽ:quæ homini hereticо & eccleſię rebelli i matrimoniũ data eſt:quaſi parum fida inter diſpares & uarios amicicia:& minime conſtans affinitas foret niſi idem de deo ſentirẽt:& eodẽ cultu tenerentur.Tantũ enim abeſt:ut noſtra ſacra: noſtrasq; cerimonias Antiſtes Otho capeſſere debeat: ut nullus magis ab hoc miniſterio arcendus: atq; in ultimas terras uelut abominatus & deteſtabilis deportandus ſit. Queſo abſtineat templis & in occulto reſipiſcens:quid publica ſacra:noſtrique ſacerdotes uelint:ediſcat.quando ſaluis cerimoniis & incolumi eccleſia huiuſmodi pręfecturã ab homine impuro & peruerſa ſentiente geri nefas ſit .An illud palã non eſt Mediolanẽſem eccleſiam: ſi prauũ antiſtitẽ ſemel ea nacta fuerit:non tantũ Italiã:ſed uniuerſam prope Europã in falſas opiniones:& pernicioſam labem deducere: uetera cõmemorare libet quãdo recentiora omnibus fere nota ſint.Ambroſius ſua tẽpeſtate doctrina:moribus:& ſanctitate uitæ populos ad uerę religionis dogmata inſtituit.Idẽ pernicioſas hereticorũ ſententias confutare & pro ſalute commiſſi gregis fortiter decertare:diſcrimina & pugnas omnes intrepidus ſubire:tãtũ tamen ingenio & ſtudiis impiorũ confiſum legimus Auxẽtiũ: ut aduerſus rectę fidei magiſtrũ peſtiferã doctrinã per Italię ciuitates diſſeminauerit: atq; idcirco bello & armis ueræ fidei cultores fatigauerit:multi nefario ſcelere & profani hominis doctrina contabuere.Ingraueſcens morbus adeo ægras mẽtes inuaſer at:ut uix acerbo remedio adhibito reuocari ad ſanitatẽ potuerint. Intereſt non tam publicorũ ſacrorũ:q; romanę religionis qualẽ pręſulẽ noſtra ſortiatur eccleſia.Quo enim ſe paſtor noſter inclinauerit,illic ſacerdotũ impe

ria:reuerentia & opes cæteris minime reluctantibus ſtetere.Romano ſacerdoti relíquę occidẽtis eccleſiæ haud grauatim:ubi Mediolanenſis ſuccubuit :paruere.Gallię & Hiſpanię non contradixerunt.Fera & immanis Germania libens obtemperauit.In altero orbe feroces Britanni annumerantur . hi tamẽ iugũ accepere:& ceu uectigales facti perpetua tributa pendunt.deniq; ſecundũ romana iura noſtri præſulis edicta ualuere. Te igitur ſanctiſſime patrũ publico nomine:& ex religionis:& noſtrorũ ſacrorũ utilitate rogamus & obſecramus:ut omniũ circunſpectiſſimus maturato ſtudio:quę ad publicos uſus & chriſti ſaluatoris pietatẽ faciunt:atq; in cõmune cõducunt: ea omnia ſolertiſſime circunſpicias : eumq; pręſulẽ nobis des : qui miti ſit ingenio procul a morbis animi:ſincera & recta ſit mente : procul ab imperandi cupiditate & ulciſcendi libidine publicã utilitatẽ amplectatur:urbanæ quietis & concordię ſtudioſus pro omnium otio atq; ſalute die noctuque inuigilet:minimũ iræ & odio indulgens:neq; ſtudio partiũ teneatur:ueræ & ſincerę fidei cultor:ne forte ubi ſalus rerũ & animarũ nutat:& fides pollui:& contaminari uidetur:illic prudentia & ſolertia eius defuiſſe uideatur:cuius numine in terris omnia geruntur. Sub hęc dicta obmurmurauere patres:uiſiq; ſunt Turriani oratores acerbius in Othonẽ inuehi:& ſuperbius q̃ deteſtabiles deceret cauſam agere aduerſus quos iuſſus Otho dicere:manſuete & magnifice reſpondit . Nec nouũ:nec inopinatũ mihi eſt ſumme Sacerdotũ : uoſq; cęteri patres religiõis principes:rerũq; noſtrarũ arbitri ab ſeditioſis hominibus:improbisq; tyrannis:talia nunc obiici:qui poſteaq̃ in ciuitatẽ recepti fuere ueteres & illuſtres familias implacabili odio:tum patria pulſos atq; fugatos ciues bello & armis inſectari nunq̃ deſtiterũt . Sed optarẽ & huius ſacroſancti conſiſtorii rationẽ aliquã habuiſſent :cuius amplitudinẽ ſua iſta petulantia profecto non parũ lęſiſſe exiſtimari poſſunt. Quare illud me in primis ſollicitũ facit:ne ſi cauſam dicere:& obiecta paulo liberius diluere uoluero:perinde ac ſacratiſſimi loci & apoſtolicæ maieſtatis neſcius uidear:& quanq̃ graues contumeliæ:& acerbiſſima facta:me admodũ torqueant:illa tamen iniuriarũ differentia me grauiſſime angit:& cruciat.quod parentũ manes:affineſq; meos a flagitioſis & impuris hominibus per ſupremã ignominiã exagitari ſentio .Atq; utinã iurgiis tantum & contentione huiuſmodi ad auguſtiſſimũ hoc tribuual certaretur . Iniuriis & ferro intra fines:atq; etiã extorrẽ me perſequuntur : nomen omne patriciũ pariter & ex profeſſo peroſi:exitiabili odio:& cõtinuis maleficiis prętextũ hunc apponunt:quod gens patricia quaſi regnũ in patria teneat:plebẽ longo & continẽti ſeruitio oppreſſam habeat:ceu non ſatis conſtet:ſi quid poteſtatis in tenuiores nobilitas habeat:id aut uetere & gentilitio iure comparatum:aut Cæſarũ indulgentia & benignitate datũ eſſe: qui ut pro meritis gratiã referrent:aut ſuis beneficiis externa:peregrinaq; auxilia quærerent in-

Othõis oratio

díſcretũ populũ manere noluerunt:Sed uelut díſcrímínc quodã ínter amícos & ínímícos facto cíues gradu honorıbus & ſua amícícia díſtínxere:ſíc cíuíta tes opulentíores atq; íllustríores fuere:ſíc ueteres conſeruatæ famílíæ:ſíc nouí tíí cíues ín patrícíatũ aſſumptí dígnatíone regũ ín ordínẽ honeſtũ peruenere íta qui dígnítate & opíbus ,emínebant íís humílíor turba addícta : ſtípendía etíã perſoluít.Nulla profecto foret Cęſarũ beneficentía:aut cur tantopere ꝑ regíbus:atq; prıncípíbus:aut ín potentíorís gratíã dímícaretur:ſí díuítías:cõ moda & honores non ſperaremus:aut fortíter & recte facta ırremunerata ſta rent.Quare non ſatıs ıntelligere poſſum quæ tanta rabıes mentes íſtorum ín pernícíem nobílíorũ & opulentíorũ ínuaſerít:quos lacerant:domo eíícíũt:bo nís ſpolíant:& porro fugatos quíeſcere non permíttunt.Superbía profecto ín tolerabílís:& ínaudíta arrogantía patí non poſſe prímores cíuíũ ín urbe ſplẽ deſcere:& ímmunítates:prıuílegía:atq; opes penes eas gentes non ſtare : qui bus ea potentíſſímí prıncípes aut conceſſere:aut elargítí ſunt.Níſí forte dícãt pares opes:paremq; potentíã líbertatẽ appellarí debere. Quod tantũ a líber tate & populari cíuítatũ ſtatu abeſt:ut níſí ſenatores:decurıones:& quícunq; publica munera curant:ex genere:cenſu:& etate eos delegerís multítudo ín condíta domínetur neceſſe ſít :cuíus turbído ac temerarío domínatu nõ ſolũ res publica:ſed prıuatorũ negocía labefactarí & euertí ſemp ſoleãt .pernícíes profecto & clades urbíbus parata eſt: quotíens ex æquo & parí íure cíues de gunt:& meliorí atq; potentíorí parere recuſauerís.Sed cur nunc hęc cõmemo ro:ceu ı ambíguo ſít cíuítatẽ ſín e ſenatu bene adminíſtrarí: & ſenatũ níſí ex prímorıbus urbís conſtítuí poſſe . Quod tamen cũ íta ſít: res & uítã nobílío rũ íſtí funditus ſacrílego & nefarío conatu perdítũ íre ſtudent .Patíerís obſe cro æquo anímo clementíſſíme pater:ſí uerboſíus calamítatẽ noſtrã conque rar:& quanta aduerſarıorũ íra:atq; crudelítas ſít:expoſuero. Hí non ímpera re cæterís aut ſuo nutu cuncta ín urbe regí poſtulãt:ſanguínẽ míſerorũ ſítiũt: & exhauríũt.omnía permíſcent:perturbant:& rapíunt . nemo a uí & ínıuría líber.nemo a damno & cõtumelía ıntactus.nemo patıentía: precío:amíſſíſq; bonís a uexatıone tutus erat.Spes una relíqua ín ſacerdotíí reuerentía:& prę ſulís præſídío ſtabat.Sed homínes cæcí:crudelítate ímmanes:furore uecordes facto tumultu ſacrorũ præſulẽ armís domo & urbe eíícíunt .Víde quęſo quo ſuperbíæ & temerítatís nouí homínes:& haud íta prídẽ ín cíuítatẽ aſcíti eua ſere:uel magís attende maxíme atq; optíme patrıũ dolos:perfídíã:tũ qua frau de regnũ uſurpauerínt.Manebant ín urbe multos íam annos cõſtítuta ínter cíues collegía:ut ínuícẽ ínopíã ſublcuarent: mutuaq; ope a potentíorũ uíolen tía tutí uíuerent.Hæc omnía ſub ſpecíe tollendæ conſpıratíõís Martínus ſu ſtulít.Reſtabat populí credentía:ſíc ením ínfímorũ cíuíum : & ſelularíæ tur bę concílíabulũ appellant:quod olím plebes tutandę potíſſímum líbertatís

gratia aduersus licentiã improborũ comparauerat: cuius ordinis potestas & auctoritas tanta fuit: ut id demũ siue bello: siue pace ratum foret: quod credẽ tia iussisset. Audite rogo quibus artibus Martinus ex præfecto credentiæ om nia dicioni suę subiecerit: priniũ uoluntati eorũ nunq̃ aduersari: qui gentẽ pa triciam quocũq; modo lacessrent. pro illorũ sentẽtia: atq; uotis iudicia redde re. quo studio atq; obsequio illecta multitudo illi perpetuã potestatẽ uelut pu blici consilii auctori: urbisq; domino deferunt. Tunc magis atq; magis in op timates sæuitũ. suspecta interim turriana audacia: atq; potẽtia plebi erat: qua cura: quo ue metu ut ciuitatẽ in prẽsens exoneraret: continuo ciues in concio nẽ aduocat: iureiurando affirmat se nihil de suo consilio: suaq; sententia factu rũ: Sed omnia ad primores populi relaturũ. Tũc nihil de uiribus Martini ple bes extimescere: & secura priuatę duntaxat rei: & cõmodo ꝓprio intẽta esse. Non defuit sibi impotẽtissimus tyrannus: causatusq; Acciolini uires & odiũ: qui in Venetia & Cenomanis dominabatur: fœdus & arma cũ Palauicino: quẽ nobis nunc obiciunt: iniit. coniunctoq; protinus exercitu intoleranda dã na amicis tuis beatissime pater inferunt. Mox occiso tyranno: & noua socie tate: atq; uictoria subnixus plebi illudens nomẽ & imperiũ credẽtiæ abrogat solus rempu. tenet & gubernat. dominus deinde salutari & appellari uoluit. Interea oppressa nobilitas: quæ etiã seruire pro tempore recusabat: cũ rapinis ferro & cędibus modus non esset: minus calamitosum duxit exulare: & lõge a finibus patrię uitã agere q̃ domi per libidinẽ & intemperantiã aduersarios atrocissime dilacerari. Perseuerabat nihilominus animus & cupido gentis ex tinguendæ: quos insidiis & armis insectari non desistebant. Obstinata pro fecto feritas: & infesta ira: quã cõtinuatæ rapinæ: ciuiũ cædes: exilia: & deniq; seruitus patriæ impositа exaturare non potest. Sed nunquid sacerdotii digni tas inuiolata ab istorum nefario ausu mansit? minime. Leonẽ: quẽ sua frater nitas singulari cultu: & egregia reuerentia etiãnum prosequitur: quia intrepi dus constanti patrocinio pontificatus iura defendenda susceperat: miserorũ causam subleuabat: atq; interim a patriciis detrimenta & contumelias pro pulsabat: Sacerdotio priuant. egenũ deinde atq; mendicũ in summa inopia mori coegere. post cuius obitum dignatione huius sacratissimi cõsistorii prę sul & sacrorũ antistes designatus fui. pontificia tunc iussa per contumaciã & parendi dedignationẽ aspernantes: non solũ urbe me non recipiunt: Sed uix fines ingressum hostili modo per uim arcere tentauerunt. Non equidẽ: cũ nul la reuerentia: nulluſque metus: aut auctoritas pontificis me defenderet: ami corũ manu succintus: Aronam cæpi: non sane ut detrimenta patrię inferrem. Sed ut quocũq; modo in diocæsi mea constitutus non iura in totũ præsulis amisisse aut possessione omnino summotus existimarer. subito audaces & im pii homines tumultuariũ militẽ cõtrahũt. oppidũ obsident. pastorẽ opcribus

& machinis opugnant.frustra sępius auxiliū & fidē tuā sacratissime pater in uocaui.nihil maiestas tua nihil iura pōtificalia iuuarī potuerūt. Tādē fame ad deditionē cōpulsus:uita mihi & meis ɔcessa arcē tradidi.tā īsignē cōtumeliā & apostolicę auctoritatis cōtēptū:ne impunitū nefarii hoīes ferrent:diras de cessor tuus in eos iniicit:sacris ciues omnes interdicit : ut scilicet sacramentis mulctati ad ueneratione & obsequiū reducerentur.Sed nihil is profecit.an hi metu futurę penę:& sacris interdictis obedientes essent:in quibus nulla religio:nullus dei metus: nihil sancti manet : & qui nec recte factis premia : nec sceleri supplicia:quasi nullus post mortē ultor crīminis exīstat : sperent . Sed cur nunc dicet aliquis ucnerabundi & supplices pacē exp oscunt ? ad genua procumbunt? liberæ populi uoces: acres eorū querimonię : qui diutius sacris carere non possunt:grauis occupati regni inuidia:& perpetuę rebellionis infamia illos hęc facere cogunt.Non imperata facturi huc uenere :Sed magis ut ex hac disceptatione odium leuēt:& qui pertinacissime recusant : parere si mulent. Vesani profecto homines:quasi non intelligamus quid sibi simulata oratio uelit.Quid non pugnantia postulare:& loqui se uident? promptos ad imperia tua se ostendunt:qui tantū iam sibi arrogant:tātūq; licentiæ sumpse runt:ut iam romano pontifici creandi sacerdotis liberā potestatē nō permit tant ,sub condictione inquiunt pręsulē dabis.quieti & concordiæ consulas . Cur non dicitis.arma cape pontifex: exules & qui in profundo miseriarū iacent tu funditus perde:humanitatē oēm exue:iura pontificatus proiice: & tu nobiscum eos dilauiabis:qui miseri in exilio uictū mendicant.alioquin de sen tentia & iudicio tuo cognosci:& statui apud maiorē magistratū requiremus Vecordes sane atq; inauditę superbiæ & temeritatis hoīes uoliti s nolitisue semper Mediolanēsis ecclesia sub iure & arbitrio romani pontificis stabit.Il li sine prouocatione obtemperabitis.illi uelut singulari & perpetuo domino seruietis.& me atq; parentes hereseos insimulant . Sint quæso per uos quieti meorū cineres:pax sit cū mortuis:parcite manibus . Satis enim constat eos pie & recte de fide sensisse: qui ex ultima uoluntate christiano ritu sacro loco sepulti fuere.Qui enim moriens religiose funerari mandat :& cuius ossa non a profanis:Sed a religiosis uiris palā cōponuntur:eū neq; pertinacē in mala opinione:nec in hereli perfistentē dixeris.Dicite quęso quis eos notauerit:aut eorū nomina detulerit? proferte criminis & impietatis testē? sub quo iudice re uicti? quid deinde pronunciatū fuerit? Sororis autē maritū quē eiusdē sceleris arguunt:non est meum in præsentia defendere .uiuit ille in loco celebri:neq; potest cuiq; esse occultū quę dogmata sequatur:quorū sententiā profiteatur: & quorū hominū fautor studiosusq; sit:in quo tuendo:atq; excusando lōgior atq; sollicitus non ero . Desinant tandē manifesti sacrilegiorū & rebellionis aduersus pontificē:templorū expilatores:iniqui & intemperantes homines in

quorum ſuperbiam:crudelitatem:& auaritiam uniuerſi Longobardorum po
puli clamare non ceſſant tam magnifice de ſe prædicare:& ſi quę Carolo con
tulerunt:ea non in pontificis gratiam:ſed ut illo ſocio atq; amico: eiusque fa
uore & armis ſubnixi regnum per cędes & exilia ciuium comparatum ita ſta
bilirent atq; firmarent:ut filii deinceps & nepotes illud per manus acciperēt:
& patrum intemperantiam:atq; libidinem ſequuti:patriam ſcelere lacerarēt:
& iſtuc illorum conſilia atque facta omnia ſpectaſſe argui tefferata Emberrę
carnificis non prętoris ſæuitia:qui non tam irę:& dolori ſuo indulgens: q̄ ni
mię iſtorum cupiditati extinguendę tollendi inimicos obſequutus: nefariæ
ſub frattis uindicta gladios diſtrinxit:amplius quinquaginta ciues nihil com
meritos:propinquos & cognatos eorum qui cędem feciſſe arguebantur:uno
edicto:atque una preconis denunciatione pernicioſus alieni odii: & execrabi
lis feritatis ſatelles contrucidari iuſſit:& quaſi parū ira & dolor expiatus eēt:
cum uię cadaueribus conſtratæ ſtarent & miſeri ſuo cruore innatarēt:illos in
plauſtra imponi:& per ora uulgi ad ſepulchra pertrahi uoluit:Qui tunc gemi
tus:qui luctus:quę lachrimæ:q̄ lamētabiles queritatus in urbe fuere:quæ por
ro deteſtationes:& execrationes in eorum capita & fortunas:quorum conſi
lio:atq; miniſterio atrociſſima cędes & facta & ſpectata eſſet:& tamen fune
ſti homines ceu nondum iræ & feralibus animis per tot cædes:& tam longa
exilia ſatis factum ſit:in medium procedunt:interdicta deprecantur:& de pa
ce ſacerdotio & concordia ciuium tam inſolenter in cætu diuorum agunt.
Non paſſus eſt cauſam ultra perorari unus proſcriptorum ciuium:qui tū for
te aderat.hic dum atrociſſima illa cędes in urbe edita foret: crebris confixus
uulneribns morienti ſimilis inter aceruos occiſorum iacens eruentus & ſemia
nimis a morte atque immanitate ſe inimicorum ſubtraxerat.conuerſus in pō
tificem:& reliquos qui in ſacrario confidebant:interfectorum nomina: & nu
merum crebro commemorando reſperſam cruore humum:tum diſtracta ca
dauera:& diras inſultantium uoces repetendo tantum odii & irarum in Tur
rianos congeſſit ut de conſiſtorio abire confeſtim legati iuberentur:nec lon
gior inter patres conſultatio facta.nam decretum ſtatim fuit:ut tantiſper ſa
cris interdicta maneret ciuitas dum pontifici deditio facta:atque in ſedem
ſuam receptus Otho foret.cur tam pertinaciter duo pontifices eodem tenore
Othonis partes ſuſceperint:& conſtanter defenderint:cum nulla quod ſane a
ſcriptoribus tradatur merita interceſſiſſent: haud equidem dixerim: niſi
quia data fides: & auctoritas pontificia agi uidebatur:neque æque factu
rum Turrianum patres cenſebant:ſi Mediolanenſem eccleſiam:quę non ita
pridem ditionis & poteſtatis romanę ſe feciſſet:eam ſua ui:& ex arbitrio ma
gisq̄ nutu & uoluntate pontificia regeret:quaſi hoc nomine ſemel acceptum
iugum excuſſiſſet:ae reliquę deinceps occidentis urbes exemplum ſequutæ

minime romano Antiſtiti obnoxię pro ſuo iure:& arbitrio ſuos ſibi ſacerdotes crearent. Reuocantur mox in conſiſtorium Legati:qui cum imperioſius pontificem uerba facere:& cæteros patres obmurmurare aduerſus ſe uiderẽt: ſiue rebus diffidentes:ſiue ne grauiorem iram abalienatis patrum animis in ſuos concitarent:deditionem & imperata pontificis ſe facturos dixerunt. Ita de cõcilio dimiſſi:hi ad Carolum:alii unde uenerant Mediolanum abiere.

Gulielmus marchio mõtiſſerrati

Cæterum Otho non ignarus metu magis & popularium querelis q̃ reuerentia religionis legatos conſenſiſſe:& proinde tyrannos uix promiſſis mãſuros: unum e numero Cardinalium deligi curauit:qui eum in ſedem reduceret. Per hęc tempora Gulielmus Marchio Montiſſerrati Ferdinandi regis Hiſpaniæ filiam uxorem duxit:quo coniugio elatus:ſoceri prętercea auxilio atq; opibus ſubnixus finitimos armis laceſſere cœpit:breuiq; tanti momẽti uires eius fuere:ut quos defendendos ſuſcepiſſet:hi in omni certamine ſuperiores euaderent. Et haud ita multo poſt fatigatis aduerſariis regnum inter ſuos obtinuit.

Cæterum Napus q̃is intelligeret aduerſus ſe pontificem palam loquutum: & eos qui in concilio fuerant alienatos eſſe:nihilo tamen ſecius rebellem animum gerebat:prætores quos patricię genti inimicos cognouerat urbi dare. opes regni undecunq; poterat emunire:omnia diligentius circunſpicere: quibus & ſuorum inſidias cauere:& externum impetum arcere poſſet. Inter hęc Legatus a pontifice aduentare nunciatur. huic Turrianus cum multitudine ſacerdotum & ciuium turba uenerabundus occurrit. honorifice exceptum in urbem deducit. Poſtridie ſacerdotum primores & qui in finitimis locis ſacerdotiis præerant:in concilium uocantur. mandata legatus exponit:qui ſi pare re uoluerint:recõciliari pontifici ſtatim poſſent:& populus ab execrationibus liber eſſet. nihil recuſauit Napus utpote qui uideret diutius interdictis ſacris mæſtã atq; attonitã ciuitatẽ ad motus:& arma ſpectare:deditionẽ itaq; ſecũdũ Legati poſtulata facit:ut poſthac ſubiecta atq; obnoxia ſummo ſacerdoti res Mediolanẽſis maneat:utq; ex illius nutu:atq; ĩperio in Lógobardis cũcta de cetero gerãtur. De othonẽ itẽ recipiẽdo actũ:& iuriſdictione illi tradenda hoc eſt ut arces:oppida:agri & quicqd antiqui iuris anteceſſores poſſederãt: id omne ille inuiolatũ habeat. cõfirmari prętereа Cæſarũ & põtificũ decreta uoluere:ut ſcilicet immunitas templorũ rata maneat. ne dehinc tributa ſacerdotes tyranno dependant:neu liceat diuinę rei addictum uiolare: aut patria & bonis mulctare:quod ſi quippiam detrimenti id genus hominibus illatum foret:id pro eſtimata iniuria & dato damno rependeretur. Quas condictões: & ſi duræ eſſent:& in perniciem ſuam Vicecomitis potentiã cõparatã ſatis cerneret:haud tamẽ grauate in p̃ſentia Turrianus accepit. p obſides prętereа fidei cõuentiões firmãtur. Legatus quanq̃ ab timore ea naſci cerneret: poſtea q̃ omnia ob rem pontificis & dignitatem religionis facta uidit: urbem ab

interdicto sacrorum:& ignominia detestationum liberat. Tunc statim tẽpla patuere.& pro christiano more Italis atq; solemnibus cerimoniis frequẽs opera datur. Confluxit ingens mortalium turba. Sacrę ędes continuo replcri:thura incendi.arę omnes salutari:ubique omnipotenti deo laudes:gratesq; cantari quod tandem a diris & imprecationibus finis esset:atque in gratiam cũ pontifice reditum foret. Legatus interea traditis oppidis pręsidia imponit:ut sub nomine pontificis:& sponsiõe aduersariorum Othoni pacata omnia maneant. Forte per ea tempora moritur Clemens pontifex:atq; ex dissensione patrum creatio summi sacerdotis extracta est. Ita aliquãdiu sine antistite Romana ecclesia stetit. Enimuero tunc Turriani morte Clementis elati:ut ẽ fluxa hominum fides:quotiens a metu liberi sumus: promissa abnuere: conuentis non stare:Othonem & a patria arcere:& contumeliis afficere: exercitum pręterea Napus contrahit:Vigleuanum traiecto Ticino per uim capit. Tum oppidanos iure perpetuę seruitutis Mediolanensi populo subditos facit. Fouebat interea proscriptos Vbertus Palauicinus:qui tum illius armis & uiribus:tum propinquitate locorum & cõtinuis damnis in metu aduersarios habebant. Napus igitur:ut ea cura se exoneraret:atq; uicinum hostem longe a finibus submoueret:Palauicinum Cremona conspiratione quorũdam ciuiũ eiici curauit. Per ea tempora Florentini eos fere omnes patria expellunt:qui Germanorum Cæsarum partes sequebantur. Pisanorum quoque res:classe a Genuensibus superata:afflictæ mirum in modum fuere. Cęterum Napus cum Carolum regem sibi propensum cognosceret:morte uero Clementis patriciorum animos consternatos:ac Othonem in quo spei multum pars diuersa reposuerat:amisso præsidio inopem aliena in terra exulare: Laudem põpe iam ingressus Vistarinam gentem:quæ ea tempestate gratia & opibus inter cęteros eminebat:oppido eiicere contendit. Pugnatum est acriter. Comparauerant Vistarini ingentem amicorum & clientum manũ:fortiter resistebant. In dimicatione Napus equo prosternitur:& cum urgẽtes aduersarios sustinere non posset:in prætorium pedes refugit:atq; ęgre ab irruente multitudine defensus:Mediolanum non sine dedecore reuertitur. quam repulsam uir nec ciuilis scientię inscius:& gerendarum rerum minime imprudens: impacientius ferens:confestim quantas maximas potuit copias contrahit. Laudensiũ fines iterum hostiliter inuadit:& propius urbem consedit:neque solum ignominiã abolere studebat:Sed dominium oppidi expetebat. Oppidani cum uiderent quanto in discrimine res sitæ essent: neque bellum trahi: aut quisquam uicinorum opem ferre posset: ad deditionem haud difficulter compulsi fuere. In Vistarinam gentem ab dolore recentis iniuriæ sæuitum. Nam Succius eius familiæ princeps cum duobus filiis Mediolanum uinctus perducitur:qui in custodia macerati enecantur. cęteris grauiora tributa imposuit: & ne de-

Sũmi Pontificis dilata creatio

Succius Vistarinus

trimentis obruti aliquando in dominum consurgere:& a tyrannide eximere se temptarent:arces duas Napus edificat.tum Fisiragam familiam Vistarinis infensam:& quę i certamine ciuili ab eo steterat: honore & opibus cumulat. Ita noua excitata factione: & prędidio arcibus impositio procul ab omni defectionis cura:urbem obsequentē atq; obedientem in reliquū habuit. Interea extorris & uaga nobilitas cū omnis fere spes restituēdę patrię morte Clementis:& Palauicini adempta esset:ne sine duce dispersi oberrarent : aduersariis: qui potentes erant ludibrio futuri : Squarcinum Burrum opulentum hominem:& in gerendis rebus minime ignauum :sibi principem constituunt.filiā hic Mattheo Bonacosam nomine protinus uxorem dedit:quibus nuptiis satis superq; in præsens subleuati profugi fuere . nataq; mox proles generosissima quorum uirtute & armis deuictis aduersariis ciuitas ante lacerata atq; diuisa in unum coiuit : & deinde dominari cœpit . Ergo Burrus ne timido atq; imbelli res suas patricii tuendas commisisse dicerent : extemplo uicinorum auxilia quęrit . cum Montisferrati domino de socero in Italiam accersendo:in cuius tutelam & administrationem res Mediolanensis deinde traderetur : agere cœpit . consilium Gulielmus approbat : atq; Squarcinum magnis pollicitationibus oneratum in Hispaniam ut maturet hortatur . Non ignarus erat Soceri auctoritate:& uiribus regnum in Longobardis si ad eum nobiles domo profugi aliquando inclinassent : facile obtineri posse . Profectus in Hispaniam Burrus regem docet quam leui præsideo res magna confici posset:tum proter generi uicinas opes:tum quod inter se certantes: populi iam ad omnia subeunda:ut acceptas iniurias inuicem infensis animis ulciscerentur parati essent.Consilium Ferdinandus minime aspernatur:statimq; militaribus decoratum insignibus:hominem generosum in Italiam datis quingentis equitibus remisit.diuisi in finitima loca barbari alii Papiæ:partim Nouariæ commorati sunt:atque inde crebris excursionibus agrum omnem qui ad Ticinum uergit populantur.Interim usque ad urbis mœnia excurrebant. Erant qdā eorum ex leui armatura agiles magis ad agendas predas q̄ ad pugnam idonei.Ergo cum direpti uici permulti forent:& in agris tecta succenderentur:ingensque hominum & pecorum preda ageretur:agrestes partim in urbem:alii in montes:& munita loca:ut se & sua seruarent:confugiunt:iam pe tumultum ciues uenerant.Tunc Napus eam iuuentutem:quam metu ad uersariorum in armis habebat repente in unum contrahit:atque in eā protinus regionem ducit: quam barbarus depredabatur . Pallantes predatores nactus tantum cędibus & spoliis intentos aggreditur : fuditque interfecti complures:capti permulti : a cæde:qui fuga se subtraxarunt posteaq̄ in tutum locum recepti sunt:adeo perterriti fuerunt : ut statim in Hispaniam reuersi sunt.Post hæc Napus Gulielmum Marchionem pro infensissimo ha

Squarcinus Burrus

buit.tum patriciam gentem acrius premere.his omnibus arma inferre:qui inimicorum neceſſitates pecunia aut commeatu ſuſtentaſſent.Ita defecti plerũ q; alimentis in ſumma miſeria atq; inopia illi uitam trahebant:nihilo tamen res Turriano tranquilliores erant.Nam Comenſes qui in illius dicione & poteſtate decem annos fuerant:ſiue inſolentiam hominis nõ ferẽtes:ſiue ab ſtudioſis diuerſarum partium ſollicitati animum nouandis rebus intendunt.Præfecerat oppido Turrianus Acurſium Cuticum.hunc oppidani compræhẽderunt:atq; uictum in cuſtodia tenuerunt:neq; carcere liberatus eſt:niſi reddito Simone Locartenſi:quem Turriani iu ferrea cauea concluſum Mediolani ſub gradibus prætorii acerbiſſime cruciabant.Duæ per idem tempus ueteres & generoſæ familiæ relicto Napo in partes patriciorum Biragenſes:atq; Caſtilioneí tranſitionem faciunt:nec mouit Caſtelioneos cognatio:quæ cum Frãciſco Turriano intercedebat.haud cunctanter Napus copias cõtrahit. Caſtelioneos aggreditur.uicos & agros rebellantium diripit:ędificia ſuccendit.Deinde Caſtelionum:hoc oppido nomen eſt:per uim captum diruit. Dum hęc geruntur Cardinales longius interregnum perteſi:tum etiam grauioribus cõuitiis fatigati:quod per diſſenſiones animorum in factiones diuiſi rei chriſtiane príncipem non crearent:& proinde diutius romana eccleſia gubernatore careret.Tandem Gregorium genere placentinum in maximo pontificatu cõſtituunt. Ad hunc poſteaq; peractis cerimoniis iura pontificis adminiſtrare cępit:Otho proficiſcitur:petens quod per mortem anteceſſoriis ſibi negatũ fuerat:id iuſſu & auctoritate eius conſequeretur.Othonis poſtulata:& ſi iuſta erant non ſtatim tamen exequi Gregorius uoluit:neque illum a ſe reiecit. Indictum forte erat Lugduni concilium:feſtinabatque in Gallias:ſatius itaq; duxit litem & certamina in re præſenti componere:q; ſeueriore edicto ferocęs homines:aut metu execrationum non ad officium:ſed ad arma compelleret. Sequutus uenientem in Longobardos Gregorium Otho ſubſtitit Placẽtię.

Biragus Caſtelione?

Promiſerat Pontifex confecto concilio ubi in Italiam reuerſus eſſet:eccleſiæ Mediolanenſis uel inuitis aduerſariis & titulum & imperium ſe illi daturum.Turriani aduentanti Gregorio longius a patria occurrunt:quem ſupplices & uenerabundi:ut alterũ in terris deum & retum dominum excipiunt: atq; muneribus ampliter donant.Retulit aliquam pro obſequio & liberalitate ſine alterius offenſa gratiam Gregorius.Nam Raimundum propinquis & & fratre petente Aquilienſi ſacerdotio preficit.inde in Gallias ire pergit.Turrianus propinquo aduerſario percuſſorem propoſito premio ſubornat. Verum Otho cognitis inſidiis:& quo in diſcrimine: atque periculo uerſaretur:Lugdunum contendit.ita eluſis inimicis:uitę & incolumitati conſuluit.

Sunt qui tradant pontificem nefandi conſilii conſcium fuiſſe. Napus iterum aduerſus Caſtelioneos arma mouet, Seprienſem omnem agrum

& in primis eius familię amicos:& clientes quantis potest damnis uexat. In dignissime & gentis & præfecturę rebellionem ferebat.timebat præterea ne si defectionem impunitam tulissent:alii in patriciorũ partes transirent.Sed Novocomenses cum uiderent successu prælii Turrianum insolescere:& ulciscẽdæ iniuriæ studiosum:uriti ne in se arma is conuerteret:milites comparant:quibus Simonem præficiunt:quem utsupra diximus a cruciatu & ignominia liberauerant.Hic statim adiuncta exulum & patriciorum manu fines Mediolanensium depredatur.Ita Napus a direptionibus & populatione uicinorum ad domestica defendenda auertitur.Summittebant quottidie subsidia Novocomenses.ita bellum paulo diutius fuit:opportunitate locorum grauia incommoda utrique pertulere. Per hæc tempora scribunt quidam Edoardum Britannorum regem cum Italiam uenisset urbis opibus & amplitudine permotum Mediolanum diuertisse.Interea Gregorius iam concilio peracto in Italiã reuertitur.Instabat Otho ut in patriam atq; designatum sacerdotium reduceretur.Pontifex siue quod non sine armis & sanguine per contumaciam Napi res confici posset:siue quod uideret per amicitiam Turrianorum quietiorẽ statum romanæ ecclesiæ futurum:Othonem ipsum cum relinquo comitatu spernere uisus est:mandauitq; ut Bugele cõmoraretur.Secessit statim in præscriptum locum Archiepiscopus turbatus ualde atq; merens:quod eum pontifex frustraretur:atq; ab his fere omnibus desertus esset:qui ei adheserant:ali quantulum temporis uelut deposita recuperandi sacerdotii cura quieuit.Duo tunc paribus suffragiis ad imperium designati fuere Alphonsus Castulonẽsium rex:& Rodulfus comes:& cum de summa rerum certãdum inter eos foret:ius omne imperii rogatu pontificis:Rodulfo conceditur.Moritur interea Gregorius cui sufficitur Petrus Tarentasius:quem quintum Innocentium ex ritu religionis appellarunt.Hoc intra paucos dies defuncto Adrianus pontifex creatur:qui summum sacerdotũ uix quadraginta dies tenuit.Successit illi Ioannes huius nominis primus & uigesimus:qui haud ita multo post moritẽ Galaranus deinde summã christianę rei capessit:cui tertio Nicolao nomẽ indictum fuit.Iam Carolus plus nimio potens erat:& nouo põtifici ualde suspectus:ne aliquando succedentibus rebus p discordias:atq; intestina populorũ bella regnũ in Italia affectaret:neq; uidebat in tanta rerũ occasione:aut quietarus:aut in officio mãsur9:nisi cõtra eũ cõparatę uires forẽt.Igit duos ex fratre nepotes his populis ppposuit:quos seditiõibus agitatos facile pegrinũ dñm accersere & res nouas moliri existimabat.alteri eorũ Ethruria gubernãda tradit:,pcuratione exarchatus:& rei Bononiẽsis alter suscepit.Cęterũ Ethrurię ,pcurator Gibellinos extorres in patriã restituit:atq; sub põtificis noie pfidia & magistratus urbibus ipposuit.Nicolaus quoq; senatoriã ptãtem:quę antea penes populũ fuerat:usurpauit.& quæcunq; muneris & officii senatorii erãt:

1273 Edoardus Rex

Galaranus Pontifex

Romæ per se:& ex suo arbitrio administrauit. Forte per eos dies Veneti ad Picens latus apulsa classe orā omnē maritimā populātur:protinusq; Ancho nā obsident. Legatosq; subinde Romā bellum quasi iuste susceptū excusan tes mittunt. hos pontifex ingressu urbis prohibuit. tum uero abeuntes accer siuit. Sed cū liberius increpiti in defendendo bello quod lacessiti picentibus intulissent:perseuerarent:pontifex neq; audire: nec respondere quicq; uoluit. imo statim e:conspectu suo non sine ignominia reiecit. Vrgebantur nihilomi nus obsessi Sed etiā qui obsidebant difficultate commeatuū:& eruptione op pidanorū detrimenta substinebant. Quare cū utriq; fessi essent:æquo fœdere pacē composuere. Cæterū Nicolaus siue rē Italicā a ui & dominatu externo defenderet:siue ut per speciē arcendi hostis:& tuendorū finiū regnū suis para ret:duos de ursina gente ad regiā dignitatē promouere in animo constituit: quorū alter in Longobardis dominaretur:qui munitione alpiū:ac ualido præ sidio Germanos coerceret. Alter in Ethruria regnaret: cuius armis Galli Sici lię domini ab ora maritima summouerentur:siquando Italiā inuadere tempta rent. Decreuit itē ne quispiā regio prognatus genere:aut regia appellatione insignitus:senatoriā dignitatem intra urbē gereret. Hoc enim titulo quidam regii sanguinis homines honorati:non magisteriū urbicum se gerere existi mabant:sed uiam ad tyrannidē factā sibi persuadebant. Cum talia pontifex meditaretur membris repēte attonitis e uita discessit. Interea Napus Rodul pho in Germanis sine emulo regnanti oratores mittit:qui dominium Medio lani Romanis regibus iam diu stipendiariū pollicerentur:seq; libēter omnia prestiturū:quę ad ingrediendā Italiā & imperii dignitatē:atq; nomē assequē dum idonea duxerit. Legatorū uerba libenter Rodulphus audiuit. tum Na pum pro uetere iure atq; potestate procuratorē in Lōgobardis facit. equites adhuc & pedites non paucos ex Germania cū oratoribus Mediolanū trans misit:peregrino præsidio Napus Casonū filiū iuuenem forma & uiribus egre giū ad fines tutādos prępositi. Hoc anno qui fuit quartus & septuagesimus supra ducentesimū & millesimū post deū ex uirgine natū ex Britannis Hispa nia & Galliis reges ipsi adiuncto Carolo rege ingentē exercitum ex Sicilia in Africā aduersus Saracenos transmiserūt. Auctorē tantæ expeditionis quidā traduut fuisse Ludouicū Francorū regē:qui cęteros principes ad pia bella uo cauerit:& primus omniū de finibus copias eduxerit. Interim gens patricia partim diuturno:& graui exilio fatigata:partim tributis exhausta:cum nihil supereſſet:quo fugā atq; inopiā tolerarent:uicinique fere omnes in quibus spē aliquā redditus:& præsidii collocauerant:absumpti essent: aduersarii contra fauore & peregrino auxilio res suas firmas haberent:ad Gotofredū Languſci comitē:qui forte id temporis diutiis clientelis:& magnis affinitatibus Papię princeps erat:adeunt. exiliū:calamitatē inimicorū odia:& rabiē:quæ cędibus

Casonus
i 474

& fuga miſerotū expleri adhuc non poſſit: ſubinde cōmemorant: ſupplicesq; orāt corū partes ſuſcipiat. furorē improborū & crudeliū hominū compeſcat: Dux omniū conſenſu conſtituitur: atq; dominiū urbis promittitur: ut perpetuo ſub illius diciōe & gens patricia & populus futurus ſit. Hoc ſermone Gotofredus permotus: haud cunctanter milites quoſcunq; potuit: contrahit. exiſtimabat enim quod factū iri non admodū difficile uidebatur: ſi profugos in patriā reduxiſſet: ſummā rei penes ſe futurā. Quod ſi de potentatu contendē dum foret: eoꝝ ope & auxilio a quibus accerſitus eſſet: ſuperiorē facile futurꝫ. In fines igitur Mediolanenſiū impetū facit: atq; populabundus in regionem Verbano lacui finitimā peruenit. Confeſtim montani homines: & qui Verbanū lacū circumcolunt: cū ſuperba & crudelia Turrianorū imperia ſuſtinere diutius non poſſent: ad Languſcū deficiunt. Arona & Angleria ſine certa mine capitur. Otho quoq; aſſumpta ſecū parte exercitus: Sepriū oppidū primo impetu ad deditionē compellit. in tumultu omnia erant. Confugerat intra moenia ingens ruſticorū turba: quorū tecta ſuccēſa: populatique agri fuerant. minime cunctandū in tāto diſcrimine ratus Turrianus filiū cū externo pręſidio Angleriam uerſus premiſit. Ipſe cū urbano exercitu in hoſtes ꝓgreditur. Gotofredus ubi ad Angleriam germanū agmen conſediſſe cognouit: ad fluuiū quē Guaſerā dicūt: contendit: ut opē ſuis qui in oppido incluſi tenebantur: ferret. in hoſtē caſtra munientē germanorū continuo manus trāſmittitur. Atrox pręliū in ripa fluminis cōmittitur. Stabat inter Germanos equites unus præceteris uiribus & animo excellens. hic ante omnes pugnæ & cædis cupidus: in hoſtē defertur: quē cōſpicatus Gotfredus admiſſo equo haſta tranſfixit: ſed equus clamore & ictibus certantiū trepidans in uoraginē ceno ſam prolapſus: e tenaci limo euadere minime potuit. ita irruentibus barbaris infelix capitur. captiuo duce cæteri terga dant: paſſimq; fuſi ceduntur. nō minor cædes fugientiū q̄ in pugna facta fuit. Ex fuga Nouariam alii: pars papiā peruenere. Strages fere circa primores ſtetit: ſiquidē duo & uiginti nobiliſſimi uiri capti fuere: qui Gallarate perducti palam iuſſu Napi cū Gotfredo percutiuntur. Hoc prælio quaſi ſubacti aduerſarii forent: triumphanti ſimilis cū exercitu uictore Turrianus domū reuertitur. Sed Languſci cędes multū irarum & odii in animis cognatorū ingenerauit: ſanguinis quoq; inuidia multorum ſtudia a Turriano auertit. nec dehinc in gratiā Turrianus cū Languſca familia redire potuit. Theobaldus itē Vicecomes decollatus fuit. archiepiſcopi hic frater erat. uel ut alii: fratris filius: in obeūdis periculis minime ignauus ex muliere nobili Pirouanæ gentis filios duos ſuſceperat: Mattheū atq; Vbertum. Cęterum profuga nobilitas ſuorū audita clade Vercellas ad exulantem Othonē proficiſcitur. conuenere etiā eo quicunq; ab aduerſa pugna ſuperfuerant. rogant & obteſtātur q̄is fugatus exercitus: totq; clari uiri occubuerint:

Theobald9

non putet tamen adeo res fractas esse: ut non sperandũ etiã sit: eas in melius aliquando reponi posse: modo reliquias exercitus colligat: atq; eos euocet: si qui a clade integri manent. ut denuo cũ hoste congrediantur: ne per metũ ac desperationẽ Turriano omnia concedant. Cõmemorabant identidẽ crũnosa exilia: tot patriciorũ indigna funera. Sed ante omnia recentis crudelitatis admonebant: & contumelioseq; corũ mortis: qui tam fede uelut latrones: aut proditionis rei capite mulctati forent. Ad ea Otho intelligere se ait quantis demersi malis essent: quantopere ab aduersariis premerentur: q̃ illorũ nefaria amentia: qui miserorũ bona: & sacerdotis iura occupassent: & demũ quos domo: & patria semel expulissent eos insidiis & perpetuo bello uexare non desisterent: quod si iacturã reparare: & res ruẽtes sistere uolumus: duce eo opus est: qui minime intrepidus etiã sua uirtute hosti terribilis sit: quod cũ a me abesse uideã: totq; nobiles uiros amiserimus: iam preliis aduersis: magniscq; calamitatibus fracti: abstineamus quæso paululũ a certamine: dum partes nostras ita muniamus: ut si fortuna belli denuo tentanda sit: superiores euadere possimus: neq; tamen ego hæc dico q̃ detrectare pericula uelim: q̃ pro restituẽda nobilitate: sedeq; recuperanda mortẽ ipsam libens oppeterẽ: atq; utinã pro animo uires suppeterent: certe iam fugæ & miseriarũ finis foret. quod si me duce nullis hac lege arma sumamus: atq; cũ aduersariis ita congrediamur: ut non de uita: se de potentatu certemus. hactenus ferrũ stringemus: tela uibrabimus: uulnus inferremus dum hostis armatus aduersus nos stabit: si arma fugiens abiecerit: ueniamque petierit: parci iubeo: nec ultra uictoriam ira aut ferro grassetur: temperantiani: moderationẽ: & clementiam uel ducis uel pastoris imitemini: qui sine dissimulatione remisso odio illi ignoscere paratus: est: suũ qui fratrem occidi iusserit: uindicta sit penes deũ omnipotentẽ: qui flagitia & scelera pulchre ulciscitur: nec mites & mansuetos unq̃ deserit. Post hunc sermonẽ Nouariã uersus ire pergit. Sequuta est eum multitudo exulum conuenere deinde frequentes eo quicunq; Turriano nomini infensissimi ad partes: & amicitiã Vicecomitis accesserant: & cum haud exigua manus uideretur: Ticinũ traiiciunt: atq; Seprium usq; effusi: oppido & arce primo impetu potiuntur. Napus ubi occupatum oppidũ ab hoste intellexit: filiũ cum peregrino equitatu obuiam Vicecomiti præmittit: non tam: ut cũ hoste confligeret: q̃ ne latius populatores se effunderẽt. Accessere interim utriusq; auxilia. quicquid exulum siue de Mediolano: siue de uicinis urbibus foret: ex quo Turriani regnare coeperant: ii oẽs domo p iniuriam pulsi: spe recuperãdæ patrię iniecta ad Othonẽ confluebant. Exciuerat Turrianus partim mercede: partim ex foedere: aut beneficio de proximis ciuitatibus multos. Ita cũ utriq; affatim copiarũ adesset: propiusq; consedissent leuibus preliis se inuicẽ lacessebant. Cęterum Napus domestici & peregrini militis fiducia quanq̃ nume-

ro haud multũ ſuperior foret:arcẽ quã hoſtis præſidio munitam habebat:op pugnare temptauit.huic ſe continuo cohors exulum opponit & ne propius accedat fortiter reſiſtunt .Interim obſeſſi patefacta porta in eos erupere: qui oppugnationẽ apparabant:quos cum longius ſummouiſſent:ſuperueniente hoſtili ſubſidio intra moenia & arcẽ non nunq̃ compellebantur. Sic aliquan tiſper uterq; exercitus leui pugna:atq; incurſionibus decertauit:neque tamẽ altero ſuperior erat.Otho cũ ſuos ad prelium comparatos haberet:nec teme re certaminis auidos continere intra uallũ poſſet:congredi in patenti campo conſtituit.copias itaq; caſtris educit.Turrianus contra aciẽ inſtruit.nulla pu gnandi mora facta eſt:tela coniiciunt:tũ tollato pede gladiis rem gerunt.plu rimi uulnerantur:multi cadũt.In ciuili ſanguine & cæde inimicorũ Otho mi nime manſuetudinis & humanitatis oblitus eſt.nam cũ uim aduerſarii tole rare non poſſent:in ipſo ardore animorũ acriq; pugna gladios reponi:ac ciui bus parci iuſſit:quos ſeruare non perdere cupiebat.Opportune igitur pro uo to Othonis nox ſuperuenit.Ita a prœlio & cæde ceſſatũ eſt. Poſtero die Tur rianus cũ ſomno refecti milites forent:nouaq; auxilia acceſſiſſent;Vicecomi tem ex ſucceſſu prioris diei paulo negligentius agentẽ agmine facto adori tur.Otho in aciem:ut in tumultuaria pugna fere uſu euenit: copias ſine ordi ne duxit.Anceps certamen aliquandiu fuit.ſiquidẽ Othoniani fædũ & peri culoſum exiſtimabãt urgẽti hoſti cædere:& eo magis quod pridie per clemẽ tiam ducis occaſionẽ profligãdi belli amiſiſſent.Contra Turrianus inſtabat: ſuos hortans:& ſegnitiem aduerſarii accuſans:cui in ipſa uictoria quieſcẽdũ nõ fuerat.Ita & metu piculi & indignatione aiorũ acrius inter ſe pugnabãt. cadebãt utrinq; multi dum quẽ cepiſſet locũ quiſq; tueri niteretur . ſumma enim belli in eo certamine uerti uidebatur.Napus cũ aduerſarii dimicationẽ uix ferre poſſet:agmẽ quod ſubſidio laborãtibus ſeruabat:qua pugna acrior erat:immiſit.tum impreſſione facta inclinata acie terga Othoniani protinus dant.Diffugere alii in propinquos montes:alii ſiluas petiuere .pars ab his ca piuntur:qui ubi fuſos aduerſarios uiderant:ad eos conſectandos a ceteris diui ſi:itinera obſidebant:qua recurſuri ad tutiora loca ſperabantur . Aegre ſerua tus Otho cum paucis Nouocomum contendit.quẽ oppidani atq; eos qui a fuga & cæde ſuperfuerant intra urbẽ recipere noluerunt. Secundũ duas ad uerſas pugnas proſcripta nobilitas non ſatis tutã etiã in ambigua fide Co menſiũ extra oppidũ morã exiſtimantes alpes uerſus abiere.ad oppidũ deue nit quod incolæ Lurangũ dicũt quo in loco aliquandiu etiã in ſumma inopia ſuſtitere .Otho cũ fugã atq; neceſſitates nemo uictu aut pecunia ſubleuaret ceu deſperatis rebus Canobiũ petiit.hoc oppido nomen eſt.continuo portæ clauſæ ſunt.tunc egre ab oppidanis ut biduũ ſaltem in finibus eorũ cõmora retur impetrauit:per quod ſane tempus ſepius habito cũ primoribus colloqo

tum precibus & magna pollicẽdo eos ad ſe traxit:nec ſolũ oppido receptus ſed milites pro opibus & copia loci:tum cetera ad inſtaurandũ bellũ idonea accepit. Vagantes & inopes profugi poſteaq̃ in locũ tutum receptũ Othonẽ cognouerunt:eo conuenerunt. Acceſſit Simon Locarnas turrianę genti maxime infeſtus. Gulielmus quoq; marchio Montisferrati turrianorũ opibus inuidens cũ exulibus coniungitur. Iuſtus erat exercitus . naues quibus accolæ per Verbanũ commeant cũ delectis militibus Otho conſcendit: atq; noctu Anglerię arcem peruim cœpit. diuiſis deinde copiis Aronã contendunt. eã partem quæ lacũ contingit claſſe appulſa Simon Locarnas:quem nauibus Otho prefecerat:oppugnare admotis machinis aggreditur. A terra uero Gulielmus marchio cũ mercenario milite propius muros ſubit . Ancipiti oppugnatiõe arx:quãq̃ ualido preſidio tenebatur:ſummo in diſcrimine poſita erat atq; obſeſſi egre a mœnibus oppugnãtes propulſare poterant . Caſſonus cognito arcis & preſidii periculo expeditũ germanorũ agmen ſecũ agens:extẽplo hoſtẽ ab oppugnatione auertit. preliũ ineunt. Mediolanẽſis iuuẽtus Caſſonũ celeriter ſequuta ſubſidio affuit. Longius certamẽ factũ. nã Turrianus ſi tot copias denuo congregatas fudiſſet:debellatos prope aduerſarios exiſtimabat. Otho et extorris nobilitas reditũ ſibi in patriã ea uictoria ſperabant ſuoq; fuſo exercitu:unde bellũ repararent:non ſatis cognoſcebãt. mercenarii preterea milites cum duce uelut ex profeſſo odio dimicabant. In pugnã igitẽ utriq; ruentes cædẽ ingentẽ edebant. conferti & inferebant uulnera & excipiebant. Tãdẽ ſuſtineri germanorũ impetus nõ potuit. paſſim in fugã Othoniani uertuntur:& qua tutus receptus uidebatur:diffugiũt . Otho & Simon ubi terreſtrem exercitum fugatum nouere: & Gulielmus cũ paucis mercenariorũ Ticinũ uerſus fugere:relictis nauibus hic Comũ:ille Nouariã cõtẽdit preda maior q̃ cedes facta fuit. qui deſiderati ſunt :ii fere in pugna cecidere . Nam potitus caſtris turrianus ſpoliis contentus:captiuos inermes atq; nudos dimiſit: Ad Othonẽ reliquiæ exercitus:& quicũq; factionẽ nobilitatis fouebant:protinus conueniunt:quos in concionis modũ circũſuſos alloquitur ea primũ enumerans quę in exilio ſuſtinerent. quid deinde calamitatis & funerũ profugi a patria perpeſſi forent. quanta inimicorũ ira & rabies a qbus nihil humani expectandũ eſſet. quare reſpiciat quiſq; non in cõmune tantũ : ſed ea et quę ad quẽq; priuatim ptineant:qđ ſi ſuas hoſtiumq; uires eſtimare uoluerint:adeo recenti clade ſe depreſſos nõ dixerint:ut nulla erigendi relicta ſpes ſit:martẽ communẽ ducant:& ea eſſe bellorũ uarietatẽ:ut non nunq̃ ex inopinato:deſperatisq; rebus uictoria reportetur. finẽ profecto exilii & incõmodorũ adeſſe. arma iterũ compararent:quicquid præſidii haberi poteſt: id omne contrahant:profecto enim cũ aduerſariis letioribus:ut puto: auſpiciis dimicabimus. Hoc ſermone recreati aliquantulũ nobiles ad ueteres hoſpi

Simon Locarnas

Othonis obliqua cõcio

tes atq; amicos reuertuntur. Interim Nouocomenſes & ſi a Turriano rebellaucrant: illiusque fines hoſtilē in modū uaſtarent: exules tamen iacturis exhauſtos oppido recipere recuſabant. quin etiā commeatus & arma pernegabant. & erant in oppido non pauci quos defectionis iam poeniteret: atq; redire in amicitiā cū turrianis uellent. Inſtabat Locarnas ut Othonis partes ſuſciperent: eorū miſereſcerent: qui diuturna fuga ad ſummū inopiæ compulſi eſſent: & ceu omnibus contumeliis opportunos aduerſarii armis perſequi nō deſiſterent. metuendos uicinis ciuitatibus turrianos: quorū ea eſſet inſolētia atq; crudelitas: ut nullis condictiōibus recipere patricios uellent: peregrinoq; militi non in acie ferire aut ſternere: ſed uictos trucidare: atq; morientes dilaniare iubeant: quippe ſanguine magisq; uictoria gaudentes. ſacrorū præterea preſulē per contemptū pontificię auctoritatis ſede & finibus arceant. eos dū taxat in urbe patiantur: qui odii & ſcelerū ſatellites ſint: quiq; exulū bona poſſideant. His atq; talibus uerbis pars oppidanorū ad Simonē coire: in occulto colloqui: conſilia ad res nouas agitare: ſollicitare cæterorū animos. Suſpecta res iis fuit: qui turriano nomini faucbāt. Iurgia primū: tum uero diſſenſio: atq; ſeditio inter ciues facta. inde ad arma concurſum. duces factionū cū armatis in publicū prodeunt. Epiſcopus urbis pro his ſtabat: qui Othonem iuuandū cenſebant. huic Locarnas ſe adiungit: atq; diuerſa ſentiētes inuadūt certamen mox creuit. uulnerari multi: plurimi cadere. pugna nequaq; partim uirtute ducis: tum multitudine: eorū qui epiſcopum aſſectabātur: eſſe: in prætoriū pars altera confugit: quod preſidio & munitionibus firmat. inde noctu atq; interdiu uelut ex firmo propugnaculo tela in aduerſarios mittere: ac interim deſcendentes cōminus decertare. tandē cū non ultra uim oppugnantiū ſuſtinere poſſent: relicto preſidio urbe cædunt. Simon deuictis aduerſariis factū omne Archiepiſcopo ſignificat: & urbē & ciues: qui domi remanſerāt oēs in uoluntate & partibus eius manere ſignificat. Haud cūctatus Otho patricios & amicos de uicinis locis exciuit: coactoq; tumultuario milite Comū, pficiſcit: atq; in oppidū receptus magis, pfligādi q̄ ſtaurādi belli conſilia capit: tantiq; momenti adiuncti Comenſes fuere: ut Otho ſiue mutata fortuna ſiue quod maioribus uiribus bellū reparauerat: in omni pugna dehinc ſuperior factus: aduerſarios tandē debellauerit. Hoc anno qui fuit mileſimus ducenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus ab chriſti natali Lambertini gens uetus & opibus potēs cū clientibus & amicis Bononia pulſi fuere: Thomas itē Aquinas ſubtilis philoſophus: & ſacrarū litterarū interpres minime cōtentio ſus: cū multa & ſpacioſa uolumina de ratiōe diſſerendi: rerū natura: moribus atq; de religione noſtra omnium accuratiſſime & ueriſſime conſcripſiſſet: e uita deſceſſit: & haud ita multo poſt in deos relatus tanti inter recentiores ſcriptores nominis fuit: ut in hāc uſq; diem frequentiſſimi illius doctri-

1277

Thōas Aq-nas

nam capeſſant:& ſectam fortiſſime a cæteris diſcrepantes tuc̃atur. Hoc eo dem anno Innocentius quintus ab ordine prædicatorum ad Romanum põtí ficatum aſſumptus eſt. Interea Otho Comi:ut ſupra diximus bellum reno uare:eos ad ſe accerſere:qui ad amicitiam uenerant:aut aliquo beneficio affe cti erant. Conſpirauerant cum eo finitimarum ciuitatum principes.hi par tim imperio & gratia: partim mercede magnas copias ſecum duxere.Iuuen tus quoque Comenſis frequens & alacris nomina dedit.maiore coacto nu mero quam ſperabatur:in oram Verbani exercitus .Inducitur.agros popu lantur:uicos diripiunt.accolæ lacus magnitudine detrimentorum deditio nem faciunt. Ad Larium traductæ mox copiæ tractum omnem uſque ad Adduę hoſtium una excurſione ſubigunt. Leucum oppidum & cla uate in poteſtatem & deditionem Otbonis deueniunt. Napus cum ad uerſarios tantam uim militum cœgiſſe pręter opinionem uideret:atque un dique auxiliares accedere: ac terrore periculi uicos deſeri: & oppida dedi tionem facere: ad ſalutem ſuorum pertinere ratus ne hoſtis latius popu lando uagaretur: filium cum externo præſidio Canturium uſque præmit tit. Otho ſiue odio ciuilis ſanguinis: ſiue quia arma ciuilia non ſatis pia quanquam ſedem & dignitatem iure collatam recuperare niſi certando poſſet: a bello tamen & certamine abeſſe uoluit. Ricardo itaque Lan guſco homini ueteris familię & exercitato belli gerendi ſummam tradi dit. Ipſe uero inermis: ſed reuerentia ſacerdotii uenerabundus: quo plus auctoritatis inter ſuos haberet: pontificio indutus amictu: & cætero or natu pro maieſtate religionis inſignis: aurea cruce antecedente: ſtipatus pręterea longo ſacerdotum ordine archiepiſcopum ſe dici & ita ſalutari uoluit. Subſequebatur exercitus. ad eum frequentes non exules tantum: ſed & ueteres amici aut aduerſariorum potentiæ æmuli conueniebant.Nõ ceſſabat rebus ſuis undique uires & præſidium quærere. principibus ciui tatum poſt uictum hoſtem pecunias & imperia in ſuos polliceri. omnes benigne excipere ſiquos infenſos arbitrabatur: eos humaniter alloquen do magnis pollicitationibus ſibi conciliare: nonnullos in partibus ut per ſeuerarent hortabatur. Sic non modo populares:ſed etiam externos homi nes in fide & officio cõtinere:tum ad ſubeunda pericula promptos & ad opẽ paratos reddere. Hoc animorum habitu rebusq; ita firmatis inſignia ſacer dotii proferens ad oppidum:cui Decimo nomen eſt:peruenit. Napum ſolli citabat appropinquans Otho.preterea domeſticos tumultus ueritaẽ. Qua re ne ancipiti hoſte & domi & foris circũueniret nõ ſolũ i urbe ad maiores co pias cogẽdas aliquãdiu cõmoratus ẽ:Sed ut res urbicæ cuſtode nõ carerẽt cũ magiſtratꝰ unꝰ & reddẽdo iuri & armis tractãdis ſufficere haud poſſet:duos Mediolani põtores ꝯſtituit:Põtiũ Amatũ Cremonẽſẽ genere: & Oldradũ Tã

Ricardus Lancuſcus

Põtius amatꝰ Oldradꝰ Tangẽtius

gentiũ Brixianum: ut partito munere prout res & tempus exigeret: alter in expeditiones proficiſceretur: urbana negocia alter curaret: in primisq; cauerent: ne qui motus inter ciues orirent. Hæc illi ſollicitudo. hic timor erat. Satis ſibi iucurſiones hoſtium arcere in præſens uidebatur. nam eo numero militum: quos ſecum duxerat manu decertare periculoſum exiſtimabat. Pontius interea cum equitatu atq; peditatu Decimum uerſus pergit. Napus cum Franciſco patruele ſubſequitur. nam uterq; & principatum inter ſuos: & uelut ex æquo rempublicam tenebant. Progreſſi in conſpectum hoſtium uenere. Inſolentius tunc atq; audacius uerbis & coniectis telis ſe inuicem continuo laceſſunt. ira & cupido uindictę utrosq; accenderat. factionum duces: & quibus cura exercitus data erat: hi ordines circuire atq; ſuos hortari cœpere. alacres pugnam ineant: atq; intrepidi congrediantur: & quando prælio res committatur fortiſſime quisque depugnet. Adhortatione ducum acriter concurrunt. pugnatum eſt atrociſſime. neq; ſtudium nec uirtus ad pugnandum decrat. non milites tantum telis aut gladiis ſe confodiebant: ſed duces ipſi ubi aciem inclinatam uidere de ſumma rerum deſperantes in confertiſſimos hoſtes procurrunt. dimicando alii interficiuntur: captiui alii in manus inimicorum deueniunt. Pontius in prima acie pugnam ciebat quacunq; ſe ingerens. hic equo proſtratus occubuit: Franciſcus item turrianus gladio ſuffoditur. Napus & ſi deſperatæ iam res eſſent: fugientium tamen agmen ſiſtere conabatur. equo perterrefacto turba præterea ac multitudine fugientium oppreſſus ſine uulnere in terram decidit: quem iacentem & puluere fedatum inimici circunſiſtunt: atq; ſtudio uindictę obtrũcare parant. Seuiebat Ricardus Gotfredi necem ulturus: interfectusq; fuiſſet niſi Otho in ipſo ardore pugnę: & inter micantia arma inſtituti ſui minime oblitus interceſſiſſet. plus clementię q̃ irę & uindictæ iudulſit: mini me inſultans eum ſeruauit a quo ſupplicium ſumere debuerat. cęde & captiuitate procerum uniuerſus diſſipatur exercitus: eoq; prælio caq; ſtrage gens turriana debellata eſt. Poſt eam uictoriam & urbem & Sacerdotium Otho obtinuit: atque ut facti memoria perpetua ſtaret: diem qua profligatum bellum fuit ſolemnem & maxime religioſum celebrari dehinc uoluit. Mediolani poſteaq̃ nunciatum fuit fuſum exercitum clademque acceptam a turriano & ita res afflictas eſſe: ut decetero nulla ſalutis ſpes nedum reparandi belli conſilia relinquerẽtur: tantus terror ciues inuaſit: ut palam de faciẽda deditione loquerẽtur. pauci arma capiũt q̃is cuſtodiẽdæ defendẽdæq; urbis ratio uix cõſtaret. Erant qui dicerẽt perſeuerandum in bello minime eſſe: & ſatis fidei & beneficiis quę populus a Turriano accepiſſet ſatisfactum eſſe: nec perturbari fortunas ciuium pertinacia oportere. alii quorũ animi ab ante actis cædibus atq; rapinis agitabantur: metu uindictæ iterum ſumenda arma cenſe

Napus capitur.

Othonis clementia.

bant:ſatius eſſe in prælio mortem oppetere q̃ ad libidinem inimicorum iner mes atq; ſupplices grauiſſima queq; ſuſtinere atq; pati:experienda omnia nõ ſtudio partium:ſed ne perpetuo efferatis & truculentis dominis ſeruiant. Ac cendebat irritatas mentes Oltradus non temperare a ſanguine & cędibus ui ctores quocũq; modo exilii detrimenta & armorum iacturas emendare: odiũ & iram in tempus repoſitam ut acerbius deſeuiant:eam hominum naturam qui diutius patria expulſi fuere:& hunc eſſe bellorum ciuilium exitum:ut qui uictores euaſere :nec rapinis nec cędibus finem faciant : modo incolumitati ſuæ proſpiciant . Inter hos tumultus & huiuſmodi querimonias Caſſonus: non enim prelio interfuerat:relicto oppido omniq; deducto preſidio Medio lanum contendit. Clauſę portę ex terrore aduerſi prelii ſtabant:quas cuſto- des aperire cum nollent:per uim iuuantibus paternis amicis eas refregit:alie natos & infenſos complurium animos cognoſcebat : nihilominus relicto ad cuſtodiam portæ preſidio ipſe cum paucis in forum mercatorium:quod bur letum nouum appellant perucnit:ibi in armis populus ſtabat : ſupplex & cũ lachrimis fidem & auxilium implorare cœpit: multa & uetera ſuorum benefi cia identidem commemorans:quantum plebi indulſiſſent procuius libertate nihil incomodorum detrectaſſent. iam tres & uiginti annos continenter cum illis pugnatum:qui miſeram plebem improbo quodam dominatu premerẽt: & meliore conditione atq; imperio ſub turriano : q̃ cum olim principatum gens patricia obtineret:a cuius ui & iniuria nemo tutus erat :neq; tantopere aduerſam pugnam expaueſcant:quippe memores plus cladium inimicis illa- tũ:q̃ ipſi acceperint:neq; ſubſidii ſpem preciſam:aut res adeo debilitatas: ut reparari non poſſint. Quod ſi non aliud ad ſuſtinendas calamitates belli mo ueat:exemplo ducantur aduerſariorum:quos tot iacturę exilii & aduerſę pu gnæ nunq̃ ita fregeræ ut nõ etiam aduerſus uictorem inſurrexerint:arma pa rauerint:uel iniquiſſimo anni tempore:ne putent una dimicatione de rebus & imperio actum. ſuſtineri poſſe paucis opibus & modico preſidio aduerſa riorum potentiam. Hęc & alia huiuſmodi cum dixiſſet quę ad mouendas mentes pertinere uidebantur nemo unus lachrimis aut precibus: calamitatẽ miſeratus opem promiſit. Ita repudiatus ab his pro quibus acriter contra fa ctionem & potentiam paucorum pugnauerat:clam patria cedens in laudem pompeiam contendit:Ingreſſu oppidi prohibitus in ſuburbanis pernoctauit: poſtridiæ Cremonam petiit:inde quoq; conuiciis affectus nõ ſine dc decore fugatus Parmam ſe recepit : quo in loco benigne exceptus fuiſſe traditur. Cæterum Mediolanenſes cum res turriana ſine ſpe iaceret:conſtaretq; Caſ- ſonum parmam potius exulatum q̃ ad opes querendas abiiſſe:ut ucnia po pulo pax:& ſalus aliqua afflictis rebus daretur : armis diſſenſionibusque ciuilibus finis tandem fieret non amplius repugnare pontifici aut exules &

pastorem patria & sede arcere constituunt. Igitur de publico omnium consensu oratores ad Othonem mittuntur: qui dicerent reditum in patriam de uoluntate ciuium patere: locumque & dignitatem sacerdotii antistiti cõcessam: hoc stare in animis cunctorum ut diuisa ciuitas & tot intestinis discordiis dilacerata in unum tandem coeat. hoc tantum rogare ut laboribus publicis & ciuili sanguine parcatur: sitque uictoria salus & tutela tam publicis q̃ priuatis negociis: ut scilicet quies a simultate & uetere illo odio fiat: ut meliore conditione in pace permaneant. sciat denique urbem diuinaque omnia in sua potestate esse. Pauca de lenitate sua is primum locutus ẽ: quo minore in metu ii essent: qui arma aduersariorum secuti fuerant. Consolatur & recreat supplices & quando uictoriam publico nomine gratulatum ueniunt. iamque urbs in potestate præsulis foret conseruare se omnes uelle: daturumque operam ne qui eorum uiolarentur: gratias agendas deo: quod uno conflictu peracta res sit: iamque expiatos dolores: & finita odia ne aut iras aut studia uindictæ timeãt. Ab hoc sermone collaudato ciuium animo & obsequio legatos domum remisit: tum ut pro dignitate religionis & reuerentia sacerdotii extra omnem tumultus & nouandarum rerum metum: depositis etiam armis recipi a ciuibus posset: nobiles captiuos Comęsibus custodiendos tradidit. In arce baradelli in uinculis durius habiti Napus: Musca: Heroch: Lombardus: Cauerna: horum quidam tetro carcere macerati: ac tedio longinquæ captiuitatis miseranda uitæ exitum habuere. Napum annales quidam tradunt squalore & illuuie putrescente corpore: natisq; subinde pediculis fędissime absumptum: nec cessauit in morte eorum ira quos in superbo dominatu is contumeliis & cladibus affecisset: si quidẽ de carcere per terram pedibus tractus: ut fera in siluis sine ullo funeris honore sepelitur. Ita turbę & seditionis popularium securus Otho: priusq̃ uiam ad urbem ingrederetur: ab ira & impetu patriciorum præcauendum existimauit. Aduocata igitur conclone conuersus præcipue ad eos: qui patria & bonis mulctati: exilio & cæde propinquorum exasperati cupidine uindictæ exardescebant in hunc modum uerba fecit. Quotiens exilium graue & diuturnum gesta cum ciuibus bella acceptas subinde clades & post continuata damnis damna: tot duces: militaresq; uiros amissos unam hanc pugnam: qua prope debellari hostes fuere intueor: hoc uobis affirmare ausim: omnipotentem & iustissimum deum semper ab iis stare: qui mitiore ingenio iustiora arma tractant. nam q̃is de imperio certetur: & pro recuperandis bonis atq; patria arma sumpta sint: hactenus tamen in hostem stringere gladios: uulnera inferre conuenit: dũ armatus in acie repugnat ut scilicet pugnãdo superiores fiamus: ĩ ꝓstratũ aduersariũ: & q abiectis armis ueniam petat: sæuiendum minime est: neq; infestum animũ: nisi dum manus conseruntur existimare oportet. Si terga dat hostis: sanguinæ atq; cædibus

Othonis clemẽs oratio.

Napi fœda mors

Mitis Othonis concio

parcendum est. post uictoriam armatum animum & cruoris auidum gerere eius profecto est:qui nihil humanitatis in se contineat: bellorum uices ignoret:aut deum criminum & crudelitatis uindicem nō putet :qui eos in primis ex alto respicit:ac protegit:atq; in omni pugna uictores etiam cum afflictæ opes uidentur:facit:qui in prostratos & uictores desęuire nesciunt :& mãsuetudinem potiusq̃ immanitatem sectantes ignoscere magis q̃ ulcisci cupiunt. Quod si forte quispiam tam uecors aut adeo auersus a religione & a superorum cultura manet:ut non credat deum mortalia curare :atq; pro misericordia & clementia nihil nobis gratiæ reponi:is quanq̃ uel dictante in contrarium conscientia dissimulare metũ deoꝝ & ingenitã ipietatẽ nō possit:obsecro quæ dura & calamitosa per tot annos sustinuerimus & proximæ pugnę euentum consideret.nam per immortalem deum quis sibi tantum polliceri aut sua:aut militum fiducia & numero auxiliorum ausus foret : ut post rem totiens male gestam:tot exercitus fusos:& spoliata castra:tot cohortibus cæsis iniquissimo anni tempore cum non tantum de possessione sacerdotii: sed de uita & libertate dimicaremus:uno congressu:atq; uno (ut aiunt) ictu patriam dignitatem & opes recuperauerimus:tantumq; penarum ab inimicis expetitum : ut expiatus plane dolor atq; iniuriis satis factum sit. Hoc non patientia in rebus aduersis:non uigore & constantia animi :non robore militum:sed beneficio diuino effectum est: quia scilicet iustius arma sumpsimus contenti potius iniuriam propulsare q̃ inferre.Aduersarii ante potentissimi cre bris inflati uictoriis de nostra seruitute & uniuersę gentis excidio cogitabant nunc partim in acie cæsi iacent:alii cathenati custodiuntur.Deo nimirum hęc accepta referre debemus:illi gratias agamus:ille scelera:latrocinia rapinas & mortes ulciscatur.nos iam odii & simultatum finem facere decet:neque insolenter & crudeliter uictoriam in aduersarios exerceamus.iniurias uictis cõdonemus.Pellatur ex animis nostris omnis uindictę cupido:patriam reconditis gladiis benignoque animo ingrediamur:tecta & domos in quibus nati educatique fuimus incruenti reuisamus:satis superque tot peremptis: quod dicere horreo:parentauimus:plus nimio gladii cruore maduerunt:nimis multa uidimus funera:deum ignoscendo & miserando propitium nobis reddamus:an diuinum numen amicum : aut prospera euentura nobis putatis:si in furore domestico & publica clade perseuerabimus:aduersus eam charitatem: quam in nobis natura patria & lex sanguinis ingenerauit. Ego atroces & indignas iniurias:propinquorum cædes:& quicquid maleficii editum in nos fuit : libens aduersariis ignosco: & quando in patriam : qua diu caruimus & pro qua pœne ad internitionẽ pugnauimus uictores reuertimur:non ut hostes aut exitiabiles tyranni cædibus & rapinis inhiantes portas ingrediamur sed mites atq; clementes nihil in pernicię alterius moliti:auspiciũ tranquilli-

tatis & perpetuæ pacis faciamus. pacata sint omnia. nihil importunũ appareat: oẽs se pacati ostentẽt uelim. plaudat populus. secura nos ciuitas spectet. haud enim fas est mansuetũ & uigilantem pastorẽ nisi seruato & exultãte grege sacerdotum accipere. Hac oratione mitigati animi remissaq; ira fuit. Ac clamauere omnes cum armis deponenda esse odia: & quod benignus pastor suaderet: id libenter facturos esse. Tunc Otho ex religionis instituto & ceri moniarum ritu: mitra & pastoricio ornatus pallio: antecedente aurea cruce cum lituo: quo populis uenerabilior feret Mediolanum uersus ire pergit. Vni uersa protinus effusa est ciuitas: sacerdotes primi generatim quisq; pro habitu sacrorum & animorum psalmos & hymnos deo omnipotenti concinebant. Subsequebantur ciues oliuarum ramos gestantes quasi pacem Perpetuam & tumultus ac seditionis iam finem pacifera fronde portendentes. Succlamauere omnes: & qui præcedebant: & qui prosequebantur seruatorem ad uenissem. ultis manare prę gaudio lachrimę ubi Venientem archiepiscopum in clarissimo pacis habitu ad se conspiciebant: terram herbis quidam insternere: & procumbentes religiose salutare: lętitia & exultatione ciuitas plena erat. In ædem diui Ambrosii hoc est in sedem suam Otho deducitur. arę frequentes accensis odoribus fragrabant: Ingentes erant precantium & gratulantium uoces. Suscepta pro salute & concordia ciuium uota persoluta magnifice fuerunt. Tum his peractis quæ ineundo sacerdotio ex institutione diuina conueniebant: ad populũ prętoritis malis affectum pacem quietem atq; otium attulisse inquit. iam dei benignitate cædibus & preliis finem factum etiam iis omnibus malis quæ ciuiles dissensiones afferre solent: si modo sibi inuicem recõciliati uere in gratiam ultro citroq; prętoritorum facinorum data acceptaq; uenia redierint. Nemo posthac per conscientiam contractę paratęq; noxę aut sibi metuat: aut alteri fraudem moliatur cæterũ de urbis statu sollicitis seruandæ concordię & priuato commodo animos intendantis. Deo tamen ante omnia laudes & grates iugiter agamus ut a metu & uexatione liberi in amore & otio uitam traducamus. Ab hoc sermone a templo in prętorium transiuit: conuocatisq; in curiam primoribus populi ex sacrorum præside de omnium consensu dominus urbis constituitur: ut is suo iussu atq; nutu urbana negotia administraret q sacerdotũ iura disponeret. Sed ne diei memoria inhonorata maneret: & uelut ingrati nihil decernerent: quo accepta uictoria deo optio maxio testarẽt: cõstitutũ lege fuit: ut q̃ die turrian⁹ prœlio deuict⁹ fuit: atq; deiceps lętiora euenissẽt ea sca & religiosa apud eos maneret. Duratq; diei religio & obseruantia: si quidem Agneti uirgini dicata ara fuit non Mediolani tantum: sed per urbes & oppida quę sub potestate & ditione Vicecomitis fuere: cui publicitus solemnia munera offerrentur. Festus que dies in commemorationem tormentorum & cędis sanctissimę puellę so

ret:qua deprecante is uictor euasisset:qui iustiora bella tractaret. iura prętor ea non dat prætor:neque lege agi ea die licet:publico fere omni munere abstinetur:quin etiam plerique a priuato opere cessant.hæc est diei reuerentia. hic sacrorum cultus.hoc perpetuum uictricis familiæ monumẽtũ:neque hac tm̃ pietate deum prosequutus est:sed item muneribus ex honore eos affecit: qui relictis aduersariis etiam armati ad eum transiuerant.sperantes ex uictoria & liberalitate prędia. Tres familiæ in annalibus leguntur Marcellini Mirabiles & Castoni.hi beneficio Othonis in patriciatum & curiam uenerunt. Cataneorum appellationem deinde sortiti:qua dignatione perpetua illa factio uicecomitum fuit:Gesta sunt hęc anno post natum christum Milesimo ducentesimoseptimo Arnulfo romanorum rege per quod forte tempus post duos pontifices intra quindecim menses raptos romana ecclesia nõ habebat summum sacerdotem

Marcellini
Mirabiles
Castoni
Cataneí

LIBER SEXTVS.

Bella & coniuratio in Othonem.prodigia in ortu Mathei:Gulielmi captiuitas:nuptiæ Galeacii:Matthei exilium & origo factionum referuntur .Henricus summę rerum designatur.

SACERDOTIO & rerum potitus Otho cum ii fere urbe nullo cogente cessissent:qui in turrianorum partibus perseuerabant:& se proinde suspectos atq; inuisos uictori existimarent:quanq̃ illius lenitas & clemẽtia nota omnibus esset:quasi tutiores foris & in aliena terra q̃ domi & in patria uiuerẽt: ipse ad statum ciuitatis componendum animum conuertit. eos primum urbe & magistratu summouet:quos aduersarii reddẽdo iuri præfecerant.Administratio rerum urbanarum Ricardo Languscо traditur:cuius fidem & egregiam operam in debellando hoste is expertus fuerat:magisterii tempora contraxit.prætoram quæ fere annua fuerat:semestrẽ constituit:dies q; solemnes Kł Ianuarias:atq; quintiles designauit:quibus prętor magistratum acciperet.Ita iudicia petentibus ex æquo sine ui & iniuria reddebantur. Iam tempus prętoræ exierat:atq; Albertus fontana urbi præficitur .Otho interim nihil magis quęrens q̃ beneficio & clementia opes firmare: plurimum enim spei in charitate ciuium reponebat:neminem eorum qui cum turriano aut senserant aut militauerant in exiliũ egit:aut bonis mulctauit: & si quos auersos & alienatos a se nouerat:necessitates domesticas & inopiã subleuando multa insuper largiendo:alios in pristinũ statum restituendo eos sibi conciliabat:ut facile qui uis diceret illũ nec ambitiosum: nec studio uindictę du

ci:ſed humaniſſimi paſtoris & moderati gubernatoris munera exequi:nihilo tamen ſecius propinquas ciuitates in amicicia continere: primores uicinarũ gentium honorifice appellare:premiis interim afficere:& quibuſcunq; poterat officiis ſibi adiũgere.Exacto ãno in prętura idẽ Albertus reficitur.Sed q̃ uis in uicinis conciliandis augendisq; amicorũ opibus plurimum eniteretur Otho:tamen Turriani quidã quãuis longius ſummoti forent :ad ſocietatem & rerum nouitatem principes populorũ ſollicitabant:Comi aduocatos.Brixiæ Mationes.Laudæ Antegagos.Cremonę Cauarcaboues. hos omnes beneficiis & adhuc multa pollicendo eorũ quoq; cognatos & amicos Otho ſibi deuinxit.Vna erat Cremonæ Amatorum familia diuiciis & affinitatibus potens.eam ſemper Otho infenſiſſimã ſibi habuit. Sed quãuis undecũq; res muniret:non tamen a cura bellorũ liber erat.arcẽ Montorfani ualido pręſidio Turrianus tenebat finitimis infeſtus animos etiam ad ſpẽ turbandæ ciuitatis iis faciebat:qui ueteris offenſæ memores :parum ſincera fide reconciliati Vicecomiti erant.hanc in primis Otho obſidere atq; expugnare parabat.Deſederant Cremonæ reliquię turriani nominis.Ratus itaq; minime duraturam fidẽ & amicicíam cũ ea ciuitate in qua aduerſarii quottidie uerſarẽtur:turrianos inde eiici curauit.Sed dum nimis amicos fouet:& bene meritis premia tribuere ſtudet:adeo irã & odia irritauit :ut per uicinę urbis rebellionem inſtauratæ ſint aduerſariorũ uires & de ſumma rerũ periclitatus fuerit .

Amati

Viſtarini Antegachi

Duę ueteres atq; potentes familię cęteros ciues in laude pompeia anteibant Viſtarini & Antegachi:hos uelut dominos inter ſuos conſtituere parat: atq; ut metu & armis ad ea quę imperaſſent ciues cogerent:His Bergagi arcem: hoc enim oppido nomen eſt cuſtodiendam cũ magno pręſidio tradidit : qui cõtinuo agros aduerſariorũ paſſim populantur : niſi (grauiora minantes) iugum accipiant . Quare populationibus & minis laceſſiti ciues : ſimul etiam quod pro indigniſſimo habebant:iis parere quibus pares forent : Gaſſonum parmæ exulantem ad ſe accerſunt:qui haud cunctatus cum Germano milite quantas potuit copias ſecũ duxit . propinquo non contenti Laudenſes auxilio Raymũdũ turrianũ quem ſupra diximus Aquileieñ eccleſię præfectũ fuiſſe de Venetis euocant.ita duo patrueles cum exercitu Laudem ingrediũtur. multitudo erat ingens duceſq; ſtrenui:& cum non ſolũ prohibere populationibus hoſtẽ:ſed etiam acie decertare poſſent: Bergagum oppugnare aggrediunt:quod pulſo aduerſariorũ præſidio primo impetu capiunt.deinde Lambrum tranſmiſſi Melegnanum & Landrianũ cũ nemo reſiſteret occupãt.Inde ad Adduæ ripas reuerſi quicquid locorum a Tricio uſq; ad plebẽ Vncini pertinet ferro & igni permiſcent:ingentem hominũ ac pecudũ prędã abducunt:nemo finibus arcere aut obuiam ire audebat.tranſgreſſi deinde fluuiũ arma iis inferunt quos eo in tractu amicos Otho habebat.Triuiliũ & Cara

uagium haud ignobilia oppida ad deditionē compellunt. inde Cremā adorti capiunt: diripiuntq; atq; iniecto igne funditus prope absumunt. rursus cis ad duam regressi atq; effusius excurrentes Papiam usque perueniunt. ager erat opulētus: unde prēda maior facta: incendiis cuncta uastabantur. Rustici atq; agricole ut se & sua seruarent: in urbem cōfugiunt. Oppidaui cum milites ad fines defendendos: aut ad hostem procul arcendum non suppeterent: concluſi intra mœnia atq; per stationes dispositi stabant. Seruata fuit amnis beneficio: pars agri incolumis: eo enim uelut limite ab incursionibus distinebantur predatores: Insula est trans Adduam Fulcheria nomine: hanc inuadunt: direptamq; omnem præter ripam altam tenēt. Vagabatur impune hostis: deserta præsidiis omnia erāt. Othoni satis in presentia uidebatur: si clausis portis ab hostili ui atq; impetu ciues defenderet. Turrianus proprius Mediolanum depredatum progreditur: magis ut animos ciuium temptaret. q̄ q̄d prædam cum res suas in tutū ciues cōportassent: agere speraret. Insedit aut lōge a mœnibus: speculaturus quid itra urbem pararetur: ubi pro portis excubias & stationes in muris dispositas conspexit & ita territos aduersarios: ut ne acie quidem dimicare auderent: ferocior paulo ab metu & ignauia obsessorum: infesto cum præsidio in ticinensis porte suburbana inuehitur: atq; subuerso uallo fores templi diui Eustorgii coniecta hasta percussit. proximus erat furnus de quo panes rapuit: tum ferocius insultare obsessis cœpit: ut cos per ignominio sa uerba in pugnam prouocaret. Otho patienter iniurias: superbiam & temeritatem hominis ferre: ciues uero detrimenta belli non admodum ęgre pati: quāuis non temere alias grauiores uastationes perpessi essent. Cæterum Casonus posteaq̄ nec tumultus in urbe fieri: nec perlici ad pugnam posse oppidanos cognouit: ne tempus inter timidos: & qui uallo & stationibus se tuebantur sine preda extra spem potiunde urbis tereret: cum loca alia & opimos cāpos petere posset: omissa oppugnatione urbis Borgamum uersus cum exercitu ire pergit: ex itinere Bergnanum oppidum aggreditur: in quo expugnando aliquot dies consumpsit. per quod tempus hoste paulo longius amoto: iā ui & tempestate belli alio conuersa aliquantulum Otho respirauit tumultuariumq; militem congregans Adduam uersus contendit: non ut prœlio decertaret: sed ne in tanto rerum discrimine clausus obsessusq; desideraret: Cassianum se recepit fretus maxime fluuii opportūitate: Iam Bergnano Turrianus potitus erat: inde agmen aduersus hostes mouet. uix se ostenderat cum repente præsidio Othoniani cedunt. Tunc Otho abundante aduersariorum multitudine & fuga suorum perterritus relicta Cassiani arce Mediolanum reuertitur. Fugientes Turrianus insequi noluit. Satius illi usum est desertam ab aduersario arcem præsidio munire: & fluuii aculas in potestatem redigere: q̄ uagos & transuerso itinere diffugientes cōsectando cędibus indulgere Vapriū

per dedítionem recipit:uictor deinde paſſim agros uaſtat:& populationes p petuas effuſius exercet.intoleranda erant belli damna:nihil íntegrum circa urbem manebat.In ſummo periculo atq; diſcrímine res uerſabantur.Ad pe regrina igitur auxilía Otho cogítur:quando domeſtico mílite iniurioſum & potentem hoſtem propulſare & populationibus prohibere:& patriam a tan tís incommodís ſuís armís tutarí nō poſſet.Erat Gulielmus Montiſferrati do minus uetus nobilitatis amicus:cuius fidem atq; animum prídem etiam ad uerſus eundem hoſtem expertus fuerat.hunc pacto quinquēnali ſtipēdio ad ſe euocat.accepra pecunia ex ſuís & finitimis urbibus mílites conſcribit.Me diolanum continuo petit:quem aduentantem cum plauſu & clamore uniuer ſus populus excepit.Ingēs erat lętícia quaſi aduenísſet ís:qui hoſtem finibus arceret:& patríam a tanta calamitate & obſidione liberaret. Accidit lętę ci uitatí aliquid aduerſi:caſu equí confractís cruribus Gulielmus Puſterleus mo ritur.cuius deſiderio mœſta uelut in publico luctu ciuitas fuit.aggregato mer cenario mílite & duce ſtrenuo atq; amico Otho ſtatím urbē egrēditur:atq; in eas regiones contendit:quas aduerſarii depredati fuerant & prędidiis tene bant.Tricium aggrediuntur ac ſine mora capiunt.deinde Vaprium obſidēt. Raymundus cognita obſidione oppidi:cuius opportunitas in traiiciendo flu mine magna erat:cum expeditís cohortibus illuc feſtinat:ſuperueniente ad uerſario obſidionem ſoluit Otho:nec tamen longe digreditur. caſtra utriq; i propinquo locant acie q̄ primum decertaturi.abſtinuere tamē pugna:ſatius uiſum eſt conditionibus rem componi:q̄ Martis fortunę ſe cōmittere.Indu tię inter eos factę.arx Vaprii Conrado Caſtelioneo & mercatoribus uelut ſe queſtro cuſtodienda traditur.diſceptator & arbiter pacis Gulielmus in hunc modum conditiones dixit.. Quicqd iniuriarum & maleficii longinquum bel lum importaſſet:id omne remittatur.captiui ab utraq; parte gratis liberen tur: erepta bona ſiue agri ſiue res mouentes ſint:quæ compareant Turriano reſtituantur:arces & oppida quæ in finibus Mediolani haberet communes amici ſuo præſidio euſtodiant.Acceptís conditionibus ab armis diſceſſum eſt.Verum haud diuturna pax fuit:exulceratis uetere ac inſito odio animis: cum de principatu & dominio urbis uterq; contenderet.ita ludificati turria ni poſſeſſione ueteris agri & arcibus fraudantur.Poſt hæc cum quidam aba lienati hac perfidia uiderentur:alii uero ſibi timentes iis locis ſe continerēt:in quibus amicorum preſidio a uí tutí eſſent:quoquo modo eos tollere parat: quos dubię fidei & noui alicuius conſilii ſuſpectos habebat.conuiuium ma gnifice iſtruit.inuitat amicos ſimul & eos quos inclinatos ad defectionem & fraudem ſuſpicabatur.eo ſcilicet conſilio ut inter epulas trucidarentur.haud occulta fraus fuit.Duo Cōradus Caſtelioneus & Vbertus Vncinas quos in primis perdere cupiebat:cognitis inſidiis cædi ſe ſubtrahunt.hic in caſtrum

Gulielmi Puſterlei mors luctus publ.

Vncini profugit.quam arcem munitíſſimam habebat.recepit Gotfredum in ſuper turrianum cum preſidio quingentorum militum. Caſtelioneus ia Laudem abiit.Non defuit Vbertus ulciſcendę proditioni.nam ſtatim Gotfredū ad finitima loca euaſtanda emiſit:qui late excurrens intoleranda detrimenta uſq; ſub mœnia urbis inferebat:nōnunq̄ cum aduerſariis pugnans multos eorum cœpit.Miſſi ſunt laudem captiui mediolanēſis iuuentutis milites circiter quingenti:qui uincti cuſtodirentur. Per id tēpus Papienſes ægre ferentes tantum prædæ ab agris abductum iri magis ulciſcendi ſtudio q̄ ut ſpoliatione Laudēſiū accepta incōmoda reſarcirent:fines illorum depredantur:prę da onuſtos Turrianus iuxta Albirate adortus(hoc uico nomē ē) dimicādo fudit:ſtragemq; non paruam de his fecit.nō erat ſine metu inſidiarum Otho abalienatis quorundam a ſe animis qui etiam cum inimicis ſentire dicebantur eoq; grauius bellum aduerſus ſe reparari uidebat.pecuniam igitur Guilielmo haud paruam ut nouos conſcriberet milites miſit.hic continuo mercenarios quoſcunq; potuit contrahit.Caſtrum uncini circunſidet:quod haud ita multo poſt per uim captū ſolo ęquauit. Interim Otho quāuis uacuus a bello non eſſet:urbanam tamen iuriſdictionem non in poſtremis habebat prætores ut iura pro tempore & legibus æqualiter omnibus tribuerēt:atq; ex forma & conſuetudine iudiciorum negotia ciuilia expedirent hortabatur.Sed mercaturę ſummum ſtudium illi erat:tum priuatę utilitatis gratia:tum ut uectigalia & portoria urbis uberiora fierēt ne tot bellorum incomodis exhauſtos ciues nouo tributo pręgrauari oporteret.Per hæc tempora Comes Caſates mediolanenſis eccleſiæ archidiaconus in collegium cardinalium aſſumptus eſt:Sed Guilielmum cupido quædam inuadendi regni cœpit.pulchre hic nouerat utriuſq; factionis uires & opes iam defeciſſe:ut conſilio & dolis magis q̄ armis opreſſa parte altera cum nouos dominos pleriq; iam indignarē tur:ipſe rerum potiretur.In hiſpaniam igitur ad ſocerum extemplo proficiſcitur:docetq; quid ſpei & fiducię ad regnum occupandum habeat:quingētos equites cum pecuniis ad iter & perſoluenda ſtipendia accipit.In Italiam propere reuertit̄ ac ſtatim quoſcūq; pōt milites ſcribit.Ticinū traiicit atq; in hoſtes profectus Laudem ueterem ſtatim expugnat:inde cōtractis propinquarum urbium auxiliis iuſto cum exercitu progreſſus Laudem alteram obſidet In qua urbe preſidia erant Turrianorum: & ii fere milites qui uel amicicia uel fœdere turrianis coniuncti erant:portis erūpunt.ſed ſtatim atq; leui certamine intra mœnia amiſſis aliquot militaribus ſignis compelluntur.uexillum urbis Mediolanum deportatur: ut ſcilicet fuga hoſtiū teſtata maneret:ſimul ēt ut amiſſis ſignis hoſtis inſtare cladē ſibi cognoſceret:cui deinceps aduerſa omnia accidere.Cęterum Caſſonus ad cuſtodiam oppidi relicto preſidio cū reliqua militum parte Vaprii arcem aggredit̄:eamq; primo aduētu recipit.

Comes Caſates

Tunc Guilielmus cũ uideret bellũ ab iis fieri & arces capi quos mœnibus cõ
cluſos obſidebat:obſidionem ſoluit:cõductitias cohortes:& tumultuariũ mi
litem:quiq; gratuitam militiã per gratiam Vicecomiti preſtabant eos ſecum
trahens haud longe ab oppido propere occurrit:eo animo ut cum aduerſariis
priuſq; caſtra munirent congrederetur.Caſſonus itẽ ubi hoſtilẽ aciem appro
pinquantem cognouit:nihil cunctatus in pugnam contendit.infenſis animis
decertabatur:atq; eo atrocius certamen erat: quod pro ſumma rerũ dimica-
bant.ſuos igitur uterq; in tæla & uulnera urgebat: tantoq; ardore pugnatũ
& uterq; alterius impetum ita ſuſtinuit:ut nemo capto loco cederet:aut ueſti
gio dimoueretur:adeoque obſtinati erant animi ut mallent pugnando uitã
amittere q̃ terga aduerſario dare:tandẽ cum Vicecomitũ uires intolerabiles
eſſent:turrianorum acies inclinatur:fuſiq; protinus fuere.Occubuere quingẽ
ti:ut traditur milites octingẽti capti qui mediolanum omnes miſſi fuere Sed
Caſſoni cædes grauior & illuſtrior uictoria Caſſoni morte facta eſt.quo occiſo diſper
mors ſi diſſipatique Turriani ſunt. Nam Raymondus ceu plane deſperatis rebus
cũ paucis qui ab aduerſa pugna & fuga ſuperfuerant Aquileiã rediit. Laudẽ
ſes ea clade perculſi continuo oratores fœderũ & pacis gratia ad Othonem
mittunt. Sed cum uictis condictiones dare Otho uellet:ne recuſando quę is
imperaſſet calamitatem patriæ afferrent:iis primum urbe ſummotis qui Tur
rianorũ opes fouebant:& ꝓinde defectiõis auctores fuerant: patriã & agros
archiepiſcopo dedunt.tum in uerba & leges illius iurauere.Deditione lauden
ſium & recenti uictoria elatus Marchio quaſi ſuo ductu:ſuaq; uirtute deuicti
& ſubacti aduerſarii finibusq; fugati procul a patria abiiſſent eo ſuperbię &
arrogantię ꝓgredit̃:ut qui añ mercenariã militiã agebat & ſub alterius nu-
tu & imperio uiueret potẽtiæ ęquas partes:ut regni ſocius affectauerit.Qua
re ut pari iure aceeptus in regni ſocietatem uideretur:prætorẽ & ipſe urbi im
ponit:ut ſuo ſcilicet arbitrio atq; mandato res ciuitatis adminiſtrarentur.la-
borabat in primis ut aliquo præfecturæ titulo gradum atq; aditũ ad domina
tum pararet.Otho ſollicitus maxime hoc facto erat atq; perturbatus infidã
ſocietatem Guilielmi habebat:præferocem animũ extimeſcebat: iamq; inſi-
dias proſpiciebat:nihil non regnãdi cauſa auſurum hominẽ pro comperto ha
bebat.Sed q̃is tot grauia intoleranda & periculoſa ingruerẽt:maluit tamẽ
in preſentia ea diſſimulare:q̃ cũ æmulo:cui peregrini & cõductitii milites pa
rebant:& res fœliciter geſtę conciliatis quibuſdã ciuiũ animos dabant: aper
to bello decertare.Cęterum Guilielmus nihil non cogitare temptare & moli
ri:quod ad Vicecomitũ potentiã conuellendã: opprimendumq; Othonẽ ido
neum uideretur:Labefactareq; in primis urbanas opes ſtatuit. Ergo inteſti-
num hoſtẽ Vicecomiti comparat.Soreſina gens uetuſtate generis & magnis
Soreſina opibus pollebat:eã quibuſcũq; ꝑt officiis ãplectitur ãnitebat̃ q; ut inter cæte

ros emineret:& uelut in dominatu ęmula Othoni infesta secũ in illius perni cie cõspiraret & sentiret.Bossium pręterea Doarien sem patria pulsum Otho ni & cæterę nobilitati longe infensissimum:Soncini dominũ cõstituit.Hęc & talia ad quęrendam in urbe gratiã opprimendãq; nobilitatẽ Gulielmus cum faceret:ut aliquos a factione Othonis auertit:ita nobilitati maxime infensus erat.aduersus illius insidias glisscentemq; in urbe potentiã domesticas opes p nouas amicicias Otho oppossuit.nã Guidonẽ Castelioneũ primũ sibi adiũgit Mãdellos præterea:Pusterleos:Carcanos & eos qui de Moguntia appellant multa pollicẽdo ab æmulo ad ptes suas traxit.Cõspirauere subinde oẽs ut Gu lielmũ regni assectatorẽ cum primũ occasio daret:urbe & finibus pellerent. Circũacto pfecturę tẽpore idẽ Ioannes iussu marchionis urbi pficit.Tũc Gu lielmus quasi cõtinuato magistratu iam sub ditionẽ & potestatẽ urbẽ redegis set:nihil de nouitate rerũ timens in Mõtẽferratũ reuertit.Otho uero ne quã opportunitatẽ bene gerendę rei & recupandi iperii fortuna dedisset:eã p me tũ & ignauiã amitteret:cõtinuo equũ cõscendit:amicos & eos in primis cum quibus cõsilia nouandarũ rerũ cõicauerat addit:rogat & obtestat in pposito pseuerẽt.monet aduenisse tẽpus quo patriã ab externo domiatu:improbo at q; fallaci tyranno eximant.Indignũ pfecto esse mercenariũ hoiem uelle his i perare quorũ sæpius stipẽdia meruerit.An silicet externo seruiemus:aut illius iussis obtẽperabimus qui p insidias & fraudẽ dominari ei urbi paret:cui uicí nos omnes populos non ęgre obedire uideamus.quod si uirtute & armis re gnum comparare uellet:profecto enim ut est hominum natura regnandi aui da minus iniquum uideretur.Sed quis ferat hominem fallacem magis fraudi bus q̃ uiribus nixum talia in aliena patria moliri:cędis identidem exilii atque iniuriarum:quas ante sub nouis dominis.pertulerant admonebat: neque mi tiorem sperarent Gulielmum si semel iugum accepissent:q̃ Turrianos exper ti essent. His atque huiusmodi uerbis ad arma multitudo cõcitatur.in prę toriũ cõtendũt:ptorẽ nouitate rei pculsum circunstant.uim minãtur nisi intra pstitutã diẽ magistratu & urbe cesserit:Gulielmũ pterea nũtiis & litteris mo nẽt:ne Mediolanũ ueniat.ex eo iter Othonẽ & Mõtisferrati principes iplaca bile odiũ & ppetuę inimicicię mãsere:nouũq; mox ptorẽ Iacobũ Sumaripã genere laudẽsem Otho urbi pfecit.Per hęc tpa iter genuẽses & uenetos naui bus decertatũ fuisse apud quosdã scriptores iuenio & ligurẽ pfligata ueneto rũ classe lõge supiorẽ euasisse.Guido itẽ Turrianus siue corrupto siue decepto custode de arce Bardelli i qua uinct⁹ tenebat aufugit.Cęter⁹ Otho inimico & ifenso Gulielmo durũ & piculosũ ratus sine pegrino fauore atq; psidio regnũ nup partim tueri posse.Nam & hostis cõsilia struere:ut ignominiam tolleret ereptũq; regnũ recuperaret non cessabat:& ciuitas adhuc a domesticis odiis libera non erat legatos in germaniam ad Rodulsum nouum cæsarem mittit;

Iacobus Sumaripa.

qui & si ante Turriano fauisset tamen cum longobardorum principes in primis beneficio & pro iure imperii sibi obnoxios parare studeret libens legatorum postulata audiuit:& icto subinde fœdere equites centum & sagittarios sexaginta Mediolanum misit. Ita Otho q̃uis uicini hostes illum lacesserent: tamen noui regis amicitia peregrinoq; præsidio satis opes in præsentia firmauerat. Nouocomensis interea Leucum & Cliuate inuadit. hostis erat inopinatus & uicinus cuius debellandi negotium uni mandare & inuidiosum & parũ tutum uidebat. Mattheum copiis Otho præficit:duosq; collegas illi addidit Guidonem Castelioneum & Thomam Origonium qui confestim aduersus hostem profecti non agros solum tutati sunt:sed castra expugnant:atq; diripiunt:capta oppida recipiunt:atq; exercitum præda onustum cum multitudine captiuorũ domũ reduxere. Lętatus supra modũ fuit hac uictoria Otho. rebellem enim populum priusq̃ latius per fines excurrisset:oppresserat. Matthei quoq; uirtus iam eminebat ut scilicet hoc fœlici auspicio lętoq; belli euẽtu rerum administratiõem is capesseret:qui mox princeps in patria foret:omniaq; deinceps obiret quę regiæ potestatis eẽnt. Ita cęteris a magistratu summotis uni Matthęo gubernandam urbem permisit. Hoc anno qui fuit a nato domino quartus & octuagesimus supra milesimum & ducentesimum :Carolus quem supra diximus regnum in Appulis atq; Siculis obtinuisse morit. Cæterum Gulielmus cum propriis uiribus externoq; præsidio Vicecomitem obnixum uideret:alio bellum conferre statuit. Derthonam in Liguribus capit:atq; repugnantem episcopum siue palam siue clam(hoc enim parum cõstat)continuo iugulari mandauit. cęde sacerdotis & noua urbis adeptiõe maior Othoni cura atq; molestia hęsit:plurimumq; marchionis opes timere. domi res præterea haud quaq̃ tutę erant. Quare ne ancipiti bello eodem fere tẽpore uexaretur:Soresinatem gẽtem Gulielmo amicam & obnoxiã ad se auertere & in partes suas trãsferre in primis studuit. Nouocomẽsis uero siue a Gulielmo solicitatus siue quod ægre ferret nõ solũ erepta sibi oppida & spoliata castra:sed tot captiuos Mediolani in custodia detineri:Muscã Turrianũ quẽ supra in pugna apud Decimũ captũ diximus uinculis liberat: atq; subinde cõtracta iuuentute quæ ulciscendæ iniurię cupida erat:ducem belli facit. arcẽ Seprii statim capit. grauiore tũc in metu Otho esse Comẽsem sibi infensissimũ & prostratum hostem & plane rebellatum aduersus se erectum uidebat: & præter q̃ quod ęgre fines a maleficiis defenderet:intestini certaminis reliquias tollere & noua popularium consilia cauere si Musca uicinorum studio: & opibus fretus in bello perseuerasset:uix poterat:Consilio igitur & conditionibus ceptum incendium a se propulsare & restinguere temptauit. Gens Ruscona ea tempestate Comi potens erat. hanc magna pollicendo sibi conciliat: quorum opera & armis oppido primũ Musca eiicitur. tũ oppidani i amicitiã

Musca Turrianus

cũ Othone redeunt:& ne homini ingrato beneficium collatum diceret:simul etiam si gratia ꝑ merito relata foret:cęteri in res Vicecomitũ ꝓpẽsiores eẽnt: Petrus Rusconus iubente Othone in ptura Mediolanẽsi cõstitutus fuit. Hoc facto Turriani ceu nulla spes eis relicta esset(deserti enim ab his erant: quoꝝ odiũ inexpiabile aduersus Vicecomitẽ existimabatur) neq; ad renouãdũ bellũ opes suppetebant nullusq; suppetias ferret:temptauere conditionibus potiusq̃ armis finibus cędere:aliquantulũ tẽporis utrinq; ab armis atq; detrimẽtis cessatũ est:pacemq; deinde in hunc modũ inter se paciscũtur:ut bona fortuneq; ereptę Turriano restituant:quæ ita demũ is possideat: si Rauennam exulatũ ierit. Dura sane conditio:graueq; erat tã longe a patria exulare:tamẽ quãdo ex magno & uberi prędiorũ ꝓuentu inopes extra solũ patrium uiuere nõ possent:in ꝑscriptas terras abiere. Verũ conuentis haud diu Otho stetit. Turriano paterna uectigalia ampla erant:quibus facultates magnas cõparare:Largitionibus nouos amicos conciliare:& ueteres ad nouitatem rerum ꝓuocare posset:prętera suo sumptu milites alere:quos & circum se haberet:& prout res poscerẽt ad excitandos motus emitteret. ita metuebat Otho ne alĩ quando reparatis utcunq; uiribus ciuitatis status perturbaretur. pręuertit igitur incolumitatem regni ei honestati quam fides exigere uidebatur. exulũ ita q; bona contra q̃ conuenerant intercepta fuere:quæ subinde partim publicata:partim diuersę factionis ciuibus & ante omnes Vicecomitum amicis contributa fuere. Sic Turriani finibus pulsi & agris ac fœnore fraudati cũ nihil haberẽt unde uitam agere possent in Venetiam relicto Rauennati solo demigrarunt:ubi apud Raimundum Aquileiensis ecclesiæ antistitem aliquot annos uixere. Durant in eis locis illorum nepotes ex uetere nobilitate & diuturnis opibus adhuc in factione potentes. Per hæc item tempora Opicius estẽsis marchio fines ampliauit Regio lepidi potitus Mutinam uicinam urbẽ occupauit:& haud ita multo post Fauentia & Forum liuii in illius dictionem & potestatem deuenere. Iam popularium studia in Turrianos consenuisse: & ex loci distantia cessisse illorum nomen de mentibus uidebatur: conuersiq; ciues ad curam rerum domesticarum:& in suis quisq; negotiis occupati dominatum Vicecomitis non inique ferre. Tunc Otho posterorũ potẽtię: & cõstituẽdo inter suos regno. ꝓspicere statuit:qd ita demũ in nepotes ꝓseueraret:si Mattheũ administratiõi reipu:designasset:q iã tũc populũ dicto obediẽtẽ haberet:ne scilicet eo mortuo siue ꝓ discordiã & ꝺtẽtionẽ populariũ siue iure quodã gẽtilis ĩperii cognati iter se decertarẽt. grauis ꝓterea erat ętas: quę utrũq; munꝰ & rei diuinę & urbice administratiõis obire uix posset. Ad curãda igr̃ sacra ꝺuersus:urbana gubernacula Mattheo trãdidit:cuiꝰ potẽtia ut minꝰ iuidiosa eẽt:ãnuos añ dũtaxat collegas addiderat. hoc idẽ rursꝰ istituit. De omni nobilitate ꝓfectos quattuor urbi deligit. Mattheũ ipsum Hen

Turrianus relegatur

Fides regnãdi causa uiolatur

ricum Mogontiacum Othonẽ Mandellũ cũ eo ut extra annum magiſtratus non procederet. Ita exacto anno ęteri iuriſdictione & publico abſtinuerunt: atq; uni Mattheo urbis prefectura & regni procuratio p quinquẽniũ iubente patruo ceſſit: rebusq; in hunc modũ cõpoſitis ſe totũ uenerabilis ſacerdos ſacris & cerimoniis tradidit. Habent quidã annales ſtatim atq; urbica negotia ſolus adminiſtrare Mattheus cœpit: ſiue quia domi legibus & moribus iura redderet: proculque a ui & iniuria res urbis agerent: ſiue quod in omni militari negotio pro ſententia cuncta ſuccederent: magnũ appellari ceptũ: quod cognomen non ſolũ dum uiueret celebratum eſt: Sed deinde ab omni ętate omnibusq; ſcriptoribus notatum & memorię proditũ manet. Patruum tamẽ in primis coluit: & quoad ille inter homines egit tanquã ad dominum quęcũq; ad ſtatum urbis pertinebant: ſemp rettulit: ex illius cõſilio atq; nutu omnia gerens. Sane Vicecomitũ res ea tempeſtate ſatis ſtabilitę & firmę exiſtimabant Mattheo dominante: Othone antiſtite: ſuffragante Rodulfo nouo cæſare. Gens tamẽ Caſtelionea credo quia egre ferebat quod in mandandis honoribus & pfecturis Otho eã pręteriiſſet: ut aliquãdo intelligeret Vicecomes eos minime in ordinẽ redactos eſſe: animũ præterea atq; uires ad pellendã huiuſmodi iniuriam ſupereſſe: amicos & clientes continuo colligunt. aggregantq; item cis hi fere omnes: quibus Mattheus inuiſus & opes timori erant: comparataq; multitudine Seprii arcem quę paulo plus decem milibus paſſuũ a Caſtelíono abeſt inuadunt: ualidoq; impoſito preſidio excurſionibus uicinos ui cos agitare cœperũt. quo metu fere uniuerſa præfectura a uicecomite deſecit: minime cunctatus in amicorum atq; ſuorũ diſcrimine & dãnis eſt Mattheus Late patet Sepriẽſis prefectura. nullus enim inter inſubres tractus habet aut opulentior aut qui frequentius habitet. hinc fere profecta eſt uetus urbis nobilitas: & hi præcipue qui ſemp factionis Vicecomitũ fuere. Profectus itaque obuiã Mattheus hoſtili fugato preſidio arcem recipit: uictorq; opinione celerius domum cũ ingenti gloria reuertit. Huic uiro quantũ memorię proditũ eſt: iam abortu multa uictorias & regna portenderant. Forte qua natus ẽ die armenta quę ligata in ſtabulis cõtinebant: eodẽ tẽporis puncto refractis uinculis paſſim p uias & cãpos mugitus graues: & inſolitos edidere: ad cuius rei miraculũ cũ multi cõcurriſſent clamore excitus pater. hic puer inquit: ſi uixerit ſubſidiũ aliquãdo & lumẽ genti noſtrę iam pridẽ attritę ac ppe extinctæ daturus eſt. tũ pdigio lætus filiũ his artibus erudiri uoluit qbus ingenia ad magnas opes rerũq; faſtigia excitari ſolẽt. Per oẽ aũt puericiæ tẽs alacris & ſui fidẽs terribili uoce a ceteris diſcret9 brugia uelut a rugitu appellabat. cũ adoleuiſſet ex femia nobiliſſima plẽ ſuſtulit generoſã: & fœlicitatis alias iaudítæ: tãta in iuuene uirtutis idoles: adeoq; cœptis ci9 fortuna aſpirabat ut illũ ciues colerẽt: & miro affectu uenerarent, ad rẽpu. ubi acceſſit iterno externoq; bello

Mattheus qr magnus

Caſtelionei in Mattheũ

Matthæi p digioſus natalis: & tota uita

compoſito iam dignus imperio uidebatur. Igitur a patruo qui animo futurã nepotum amplitudinem pręſagiebat: ita rebus pręfectus eſt: ut penes eum unum urbis & regni uniuerſa iuriſdictio foret: neq; inuiti tam ciues q̃ peregrini illi paruere. Iudicia ut ex æquo ſine metu aut gratia cognoſcentis: ac ſine fraude legum ſemper redderentur in primis curauit: quin etiam priſcorum regum exemplo ex prętura ius dixit: & quę ordinarii iuris erant: ipſe cognouit: atque extra præturam apud ſe: ut de controuerſiis diſceptaretur mandabat. ita ſine prouocatione iudicia exercebat. quo facto multitudini admodum gratus extitit: quę nihil magis optat q̃ ut lites & controuerſię magis ex cognitione: & arbitrio principis tollantur: q̃ ex forma & legum præſcripto pronuciẽtur: quando haud facile falli aut corrumpi queat: qui legibus pręeſt: nec inopi iniuria fieri: aut uis & fraus legi ſub cognitione principis poſſit. Religionem uero in primis coluit. Sacerdotem quotiens ſacra facturus erat: amictu & ſacerdotali habitu ipſe ornabat: & ſacrificanti ſubinde palam miniſtrabat: domeſticos & familiares ita inſtituerat: ut deum cum primis timerent & pie colerent: quæ lex diuina mandaret: ea & cognoſcerent: & inuiolata ſeruarent. eccleſiaſticos autem ritus procul ab omni ſuperſtitione tenerent. denique ut de Chriſto optimo maximo recte ſentirent: & reuerenter ac pie loquerẽtur: minime eorũ opinionibus adhærẽtes quibus catholica & uera fides polluí: aut bene de deo ſentientiũ mentes cõtaminari poſſent. Salutis animarũ crebro eos admonebat: ut nihil eorũ negligerent: quæ ad propiciandũ deum pertinere uiderentur. per ieiunii dies ut operam ſacrarũ litterarum doctoribus darent: ut inde diuina mandata perdiſcerẽt: & quo pacto iratũ deum mitigare poſſent: qui una re maxime hominibus crimina remittit: ſi ſcelerũ pœnitentiam proprio ore ſacerdoti expoſuerint. Diligẽs proinde exactor eorũ quę quiſq; geſſiſſet: uitæ ac morũ ſeuerus & inexorabilis cẽſor: in eos grauiter animaduertebat q̃ præ pudore flagitii: aut metu piaculi confeſſionẽ pecatorũ refugientes ſacerdotes ſupplices nõ adirent: mallẽtq; per contemptũ legis in ſcelere pſeuerare: q̃ aliquãdo confeſſo crimine ueniã celeſtis iræ expectare. In maximarũ rerũ deliberatiõe gẽtis patricię potiſſimũ ſeniores & qcunq; pætatẽ & uſum rerũ paulo prudẽtiores haberent: eos i cõſiliũ adhibebat: illoꝝ ſentẽtias crebro rogare: benemonẽti nũq̃ cõtradicere: amicoꝝ libera ↄſilia nõ iuitus audire. In cognoſcẽdis atq; puniẽdis criminibus minie truculẽtus aut ſęuus: lenior q̃ durꝰ peccãtes ẽt minus legitia pena caſtigabat: capitalia crimina nũq̃ ſolus cognouit: raro ſceleris aut maleficii ↄuictũ capite aut bõis mulctauit: & tñ hadꝰ inultũ ſcelꝰ erat. a ſontibus & noxiis exilio aut carcere potiuſq̃ morte & ſanguine pœnas expetebat. nulli uim i tãta fortuna attuliſſe aut potẽtia abuſus tradit᷑ facilis tẽperatus & clemẽs. prætura urbicam & oppidorũ pręfecturas nobilioribus nõ ultra annũ dabat: ne ſcilicet lõga & ↄtinẽti poteſtate ai iſoleſcerẽt: ſi

mul etiam ut quo plures honoris & cõmodi publici impertiretur:eo plus gratiæ apud ſuos quæreret: quorũ ſtudio & opibus ĩ nouitate regni maxime tutus erat. Commendabant prẽterea hominẽ eximię uires ne dicam oſtentationis prodigioſæ.ferreas equorum ſoleas manibus ĩ diuerſa diſtractas nõnunq; refregit. Quid igitur miramur ſi his naturæ dotibus prẽditus tot rebus fortiter & glorioſę geſtis homo inuictiſſimus fundamenta eius imperii iecit:quod ducentos & amplius annos in longobardis durat:cuius deinceps filii atq; nepotes barbara imperia:peregrinaq; arma ab Italia ita propulſarunt: ut incolumes & florentes patria noſtriſq; finibus perfruamur. Iam finitimis Mediolani opes & Matthei arma timori erant: partimq; a ui & iniuria quieſcebant.alii fœdere & ſocietate creſcens Vicecomitis regnũ iuuabãt. Vnus Gulielmus quieſcere minime poterat.Stimulabat ingentis ſpiritus uirũ proferendarum finium cupido:& dolor dominationis ereptæ.Multa itaq; cogitare atq; moliri:copias contrahere & expedire:ut Othonem & Mattheum principatu exturbaret.ſpem haud dubiã debellandi hoſtis recens papiæ receptio faciebat:qua urbe fraude & dolo domeſticorũ militum potitus fuerat. Perſeuerabat per ea tempora in Longobardis genus urbanę militię: quæ tum cẽperat cum Federicus primus pontificẽ Alexandrum urbe & Italia pulſum inſectaretur:eos omnes atrociter infeſtans:qui in partibus Alexandri fuerant. Ergo ex uetere inſtituto urbana iuuentus nomẽ in militiã dabat:equos & arma quidã publicitus accipiebant:frumenta atq; ſtipendia modo mẽſtrua modo annua prębebantur:ut ſemper inſtructi in procinctu belli ſtarẽt. Accedebãt immunitates & commoda plurima:ut militares Labores alacrius tolerarent. Ita ſuos milites populi alebant:qui fere intra mœnia continebantur. Interim longius a patria ut hoſtes ſummouerent:rapta repeterẽt:iniurias ulciſcerentẽ pro iure fœderũ progrediebantur. Interim ſine publici conſilii uenia Latrocinĩis & prædę aſſueti homines ſub externo duce merebant:& augendi ſtipendii cauſa iuuentus conuerſis in ſuos armis patria alios expellebant:alios accerſere:locupletum bona diripere:& quẽ uoluiſſent dominũ etiam popularibus imponebant. Quę papienſi p ea tẽpora acciderũt. nanq; ab huiuſmodi milite marchioni Batiennorũ Auguſta prodita fuit. hanc papienſis coniurationis & fraudis ſuorũ neſcius congregato domeſtico milite recipere intẽdit. dumq; uerſus Padum properat:fit ad Laumellũ obuiam Gulielmus. ſtatim manus conſerunt. miles ſicut conuenerat:populares relinquit:qui circũuenti cum hinc tyrannus; urgeret:illinc fugientes miles ferro exciperet & confoderet:oppidum & ſua (iam enim in manus inimicorũ uenerant) tyranno dedunt. Ita per inſidias regno auctus cęteris finitimis maxime formidoloſus erat. Conuenere ſtatim apud Cremonã legati populorũ qui paulo ante fœdus & ſocietatem inter ſe conflauerant: ut pro communi ſalute & incolumi

tate aduersus uires & insidias marchionis cõmuniter bella gererẽt. Tunc milites decernunt quos ciuitas quæque pro copia & facultate instructos & ornatos haberet:in eumq; subinde locũ mitteret:quem opportuniorẽ magisq; idoneũ ad propulsandas hostis iniurias:suaq; tuenda existimaret. Non sinebat Gulielmus uicinos quietos esse: & nunc solus:nunc inito cũ aliis fœdere alienos fines infestabat:atq; in primis Astenses lacessebat:ad quos defendendos socii supra mille & trecentos tum equites tum pedites misere. Enimuero tunc Gulielmus magis elatus est:& cũ uideret ab aduersariis principẽ Mattheum designatũ:ut illius potissimum ductu & uiribus arma tractarent: Vicecomitẽ bello aggredi statuit. Quoscunq; potest milites conducit: & cateruas populariũ:qui (ut supra ostendimus) domestico stipendio militabant:in unũ cogit. Additi sunt quidam turrianę gentis:quorũ factione domi res Vicecomiti maiore in periculo essent. His comparatis copiis plurimũ animi & fiducię illi aderat debellandi aduersarii siue acie decertare: siue agros depredari usq; sub urbis mœnia oporteret:ticinum traiicit:latiusq; excurrendo ingentem hominũ & pecorum prędã abducit. Vici direpti:ædificiaq; rustica succẽsa sunt. Peruastatis agris Mediolanũ uersus pergit. Riuus est ad irrigationẽ agrorum a Ticino deriuatus:quẽ accolæ Ticinellum apellant. hic Gulielmus statiua habuit. Mattheus itẽ cum exercitu tumultuario ibidem obuia illi fit: pugnam utriq; continuo ineunt. Atrociter depugnatur. marchionis agmen aliquandiu restitit. Verum cũ superante aduersariorũ turba sustinere impetũ & arma uix posset:satius esse duxit Gulielmus acie cedere: q̃ si in certamine perseueraſſet occidione uinci. ita seruata plurima exercitus parte: Papiam se recepit:ubi nouum conscripsit militem:& quantas maximas potuit pro fœdere & amicicia ab omnibus copias comparauit:atq; acrius de integro reparatis uiribus Vicecomitẽ aggredi parabat. & certe si dimicatũ foret in dubio erat uter eorum Gulielmus an Vicecomes e certamine uictor abiisset. In terea ad defectionẽ sollicitati Alexãdrini qui sub imperio & ditione marchionis erant:motus in urbe faciunt:cuius rei nuncio perculsus Gulielmus: Alexandriam cum his fere copiis:quas paratas habebat:protinus contendit. Exterriti oppidani magnitudine exercitus:ueriti item ne per iram si armatus & cũ multitudine urbẽ dominus ingressus esset: grauius in eos deseuiret: quos nouitatis suspectos & coniurationis auctores haberet:latiusq; ira grassaret: nisi cũ paucis illũ intra mœnia recipiunt:atq; postridie oborto tumultu domum in quã Gulielmus diuerterat:circundant:proditos & excidium sibi imminere clamitant. Quid enim nisi ut eos perderet:quos dubię fidei & in se cõiurasse existimaret:urbemq; ipsam diriperet:tantũ copiarũ propius mœnia duxisset:& quando satis illi compertũ foret sub eius dictione Alexandrinos inuitos uiuere ad unum eos occideret:qui in urbe opibus & dignitate polle-

Gulielmus Alexãdrinis capitur.

rent.mox reliquos pro libidine & ira in uniuersum populũ aut domo pelleret: aut fœdę & grauiori seruituti adiiceret. Hæc atq; talia clamitantes in ædes irrumpunt:manus iniiciunt:& uinctũ in priuata custodia biduum tenuere: deinde in uetere urbis prætorio caueã ligneã ædificant:& in ea conclusus prin

Gulielmi mors

ceps duodeuigínti menses cõtra q̃ uetus gentis nobilitas & regii nominis de cus poscebat:uitã idibus februarii finiuit. Clades per somnũ illi denunciata fuit:siquidẽ ut annales tradunt pridie q̃ ferox populus impetum in eũ faceret p qetẽ uiderat se a multitudie mugiẽtũ iumẽtoꝝ humi sterni:& subide ꝓculca rí.Huius Gulielmi & Alexandrinorũ Dantes florentinus noui sed non inele gantis:neq; iniucundi carminis apud nos auctor mentionẽ facit:in septima eius oda pœmatis:in quo circulos descripsit animarũ: quæ penitus eluto sce lere ad beatorũ sedes aliquando transituræ sunt. Habeo auctores qui scribãt consilio & pollicitationibus Astensium Alexandrinos ad defectionẽ concita tos:pactãq; primoribus urbis pecuniã:si in pernicíem tyranni coniurassent.

Cæterũ capto & mortuo Gulielmo animi Alexandrinorũ in nomẽ & pro lem illius tanto odio flagrarunt:ut edicto populi cædere de mõteferrato Ale xandrinus cogeretur:ne quisquã de cetero sub filiorũ ac nepotum iurisdictio ne staret.Extat adhuc decretũ ad abolendam nominis & gentis memoriam. nam Caroli Siculorum regis & Gulielmi supradicti atq; nepotũ nomina ubi cunq; scripta inueniãtur abradi & in totum deleri iubẽtur.Gesserat forte Ale xandrię magisterium populi Nicolinus quidã de Monteferrato:qui & si spu rius esset:tamen quia cognatus Gulielmi erat:illius nomen de omni publico monumento sublatũ fuit. & quando Montisferrati quæ pars est liguriæ cis appenninum meminimus non inconueniens erit eius regionis situm:fines ur bium præterea & populorũ nomina & si strictim:paulo tamen inquisitius q̃ ceteri fecerũt exponere.nam prisci geographi nuda tantum nomina alii sub notarunt.Quidam contraq̃ magni & eruditi uiri regiones ipsas discreuerint & terminauerint:urbes & populos enumerare contenti modũ & ordinẽ per turbauere posteriorum item quidã nimis indiligẽter ne dicã temere de ea gẽ te nonnulla tradiderunt. Mons itaq; perpetuo fertilis:& habitabilis diei

Mõtisferra ti descriptio

fere spatio ab alpibus diuisus atq; discretus per patentes interim campos col libus magisq̃ iugis attollitur:ac proinde nihil incultum aut inaratum colo nus relinquit.hunc a dextra parte Tanarus a sinistra Padus urgent:nec ultra progredi sinunt:& quatenus a fluuiis discedit & quodãmodo subducitur:fe rax admodum planicies interiacet.hanc terrã possumus Mesopotamiã appel lare.gemino enim amne clauditur.Mons ipse qua fluuii confluunt haud lon ge ab augusta Batiennorũ desinit:quã posteriores parũ detortis litteris Bassi gnanã nominant.Sublicio ponte illic nostro tempore padus iungebatur:sed illum uis increscentis fluuii dissoluit:funditusq; subuertit. Supra Augustam

Valentium est uetus sane oppidum quod aliquando (ut plinius tradit) forum fuluii dicebatur.in tumulo situm est Pomarium:cuius ars natura & operibus ualida habetur:tum Fraxinctū & Casale sancti Euasii:opulentū sane & frequens oppidum: quod etate nostra Gulielmus Theodori Paleologi abnepos bello & armis inclitus:idemq; princeps pace generosus atq; magnificus: in urbis dignationē trāstulit:& de nomine pontificis qui episcopū loco dedit: urbē Sixti appellari uoluit.Hinc natus Facinus Canis patrū memoria gerē di belli exercitatissimus:ductorq; impiger & animosus.Interiacēt campi ubere res:oppida quoq; sunt aliquot:quorū præcipua Burgū sancti Martini & Ocimianum:quæ aliquādo marchionū sedes fuit .nā illuc ad Federicū cōuenisse eos legimus quorū consilio & hortatiōibus Mediolanū obsedit:atq; euertit. Procurrunt haud longe a Casale diuisi colles uelut rami:quibus mons lancinatur.circūluit eos fluuius.castella & uici haud ignobiles i collibus & ualibus posita sunt Pons sturæ a fluuio nomen trahens : tum Gabienum a gabienis Liguribus aut conditū aut nominatū.incoluisse eam oram hos ligures significare uidetur Plinius sic scribens.Padus e gremio Vesuli mōtis celsissimū in cacumē alpium elati finibus Ligurū gabienorū uisendo fonte fluens.tū Verrucula:Brusaschum:Sanctus Raphael:Gratiū:Mons caluus:Cheriū: Mons calerius:unde initium Ferratus mons habet ad Tanarū inde uergens:in quē torrentes per Astensiū fines influunt.Asta est colonia malo usurę quæstu (ut Blondus ait) maloq; modo quęsitis diuitiis opulenta . In eo tractu uestigia adhuc remanent & turris.Polētiæ a scriptoribus olim celebratæ pręcipue ob natiuum uelleris colorē.hinc enim polentinæ lanę de quibus Martialis. Non est lana mihi mendax nec mutor aeno.Si placeant tyriæ me mea tinxit ouis. Siluis in tertio punici belli libro.fusci uilli polētiā feracē cantat.& Plinius prę cipuas nigri uelleris oues habere polentiā tradit.Fuit etiā & Industria oppidum:iuxta quod Bondigomagū ita appellatū quod illic incipiat præcipua altitudo Padi.nam Ligurū lingua bondingum significat amnē fundo carentē.

Facinus canis

Asta

Miror in hac parte Blondum haud indiligentē illustratorē Italiæ affirmare in delta padi decē a Ferraria milibus passuum positū bondigomagū quod posteriores Bondinū dixere:atq; eo magis cū eo in loco desinat altitudo padi:qui bifariā supra bondinū diuiditur . Totus enim Stellatā usq; defluit amnis:atq; ne hyemantibus agris agros inundet:aggeribus magnis atq; perpetuis cohercetur:quippe immensus atq; profundus multū terrarū interlabitur: augumētū accipiēs post taurinos:quod si dum apertos errores coarguimus ioco uenia datur:Dicat quæso aliquis qbus architectis & machinis:quorūue hominū uiribus mœnia atq; domos ab alpiū radice ducenta & amplius milia transportauerit:nisi forsan amne secundo: & altius intumescente adiutus chorographus fuit.Post Astam recuruatur mons: & usq; in Tanarū flexum

Blondus coarguitur

agit:in cuius ſummo arx eſt Annoni:atq; ex aduerſo tranſfluuium arx altera etiam in colle poſita eſt quam Aratii dicunt. Tanari ſcilicet clauſtra. Fœlicia num item non ignobile oppidum in Alexandrinorum & Aſtenſium confinio .rurſum monſe colligit: pauloq; laxiores ſunt campi in quibus uetuſta duo oppida Solerium & Quadringentum a deprauato quadraginta familiarũ uocabulo uocitatũ.durat in oppidanis inſita quædã ab antiquo ferocia: ſeq; romanos iactãt. Quare cũ tractum illũ romani fere coloni tenuerint: eũ locũ quadraginta romanarũ familiarũ ſedem fuiſſe exiſtimare poſſumus. In terſecat deinde Alexãdriã Tanarus:in quẽ uix mille poſt paſſus Burnuda influit.pugnant rurſus fluuius & procurrentes colles:in quorũ altero Pauonũ habetur:in alterius cacumine Caſtellũ montis poſitũ eſt. Terga montis multis & opulentis oppidis nitent. Sanctus eſt Saluator cũ arce firmiſſima: Caſtelletũ:Lugũ:Vignale:Mons magnus.cætera longũ eſſet enumerare quę ſileri ſine iactura deſcriptionis poſſunt .hanc omnẽ terrã a qualitate montis qui a ſe ipſo conſurgit ab alpibus ſeperatus:recentiores montẽ ferratũ dixerunt:in qua quadringentos circiter abhinc annos Gulielmus cognomẽto Lõgaſpata:tum Conradus filius Bonifacius atq; nepotes contuma ſerie uſq; ad Ioannẽ ſupraſcripti Gulielmi filiũ regnauerũt:cui ſtirps nulla erat. Theodorũ itaque Paleologũ ex ſorore genitũ a Byzantio acciuit:atq; moriens illi regnũ reliquit. Tanarum:ſi Plinium ſequimur:Appenninus emittit:Si decimũ Brutum atq; Strabonẽ ab alpinis liguribus ortũ habere dicimus. Albã pompeiam a dextra perluit:in qua natus fuit & educatus ut (Dion auctor eſt) Pertinax:qui duos menſes poſt occiſum Comodum Romæ imperauit:quãq; idem hiſtoricus non pompeiã:ſed ligurum albã uocat.hinc appenniní iuga & non iniqui colles incipiunt:ſeq; paulũ ſubtrahunt: quibus feraces Statielẽſium campi & aquæ ſubſunt.ciuitas a calidis aquis: quæ illic erumpunt appellata:& quia ſalubres & morborũ preſentia ſunt remedia a græcis & latinis ſcriptoribus celebrantur.Durant etiannũ earũ potẽtia & naturæ benignitas. Conditores fuere Statieli:Gens alpina quantum ex plinio colligimus:cuius uerba queſo paulo diligẽtius eruditi uiri aſpicere & cernere uelint:quanq; Statielenſiũ non Statielorũ fines Decimus Brutus in quadã ad Ciceronẽ epiſtola ſcribat cũ fugã Antonii nũciat:tum quibus legionibus quoue itinere latronẽ in gallias feſtinantẽ perſequatur.hic ego Straboni ſuccurrã quẽ intrepres indiligens magiſq; ignarus mutilaſſe uidetur.& quod noſtris hominibus tradendum erat:ſupreſſum id fuit.Greçe ſic legitur in quinto geographiæ uolumine quod nos ita interpretamur.haud longe a uia hoc eſt ęmilia Aquę ſunt Statielorum.quidã uero hoc ſolũ conuertit paululũ in trãſitu ſunt Aquæ. Sed huius urbis dioceſis olim late patuit. Vniuerſus fere tractus contributus ei fuerat. Vetuſta manẽt pon

Guilielmoꝝ ꝓgenies

Strabonis carpitur interpres

tificũ diplomata:in quibus eos omnes populos qui in una mœnia apud Roboreti uicum ędificandę urbis gratia pridẽ conuenere:iurisdictionis aquẽsis fuisse:& illinc sacra petiisse constat.hinc Merula ut uetustatẽ gentis pene ob litteratã representet:simul etiam eruditioni studens:se Statielensem nuncupauit.Erigitur per campos patentes æmilia uia:quã post deuictos a se Ligures Aemilius Scaurus muniri uoluit:& a placentia Ariminũ usq; ut flamineæ cõmitteretur perduxit.hanc recentissimi rerũ scriptores antiquitatis ignari sublatam pro sermone uulgatissimo appellãt: secus quã duo sunt oppida memoratu digna:Castellatium:& quod prisci ligures Gamondiũ dixere.hinc relictis sedibus secũ traducto tẽplorũ iure caloni Alexadriã demigrarũt. moxq; urbe condita tantum populi deserto in loco creuit:ut uix credibile sit inde ꝓgressos:qui Alexandriã ædificauere. Boschum amisso imperio titulũ adhue ueteris nobilitatis seruat.hinc marchiones aliquando dicti:sub quorum ditione uicina aliquot oppida fuere.Leguntur fœdera & societates cum his a finitimis facta.Genuẽsis pręterea cũ eisdẽ diuturna bella gessit a quibus oppida partim per uim cœpit:partim pecuniis emit.Visuntur uestigia castri maricorũ uelut posteriores Maringi.abest uix duo passuum milia ab Alexandria: atq; secundum Tanarum uilla est fori peruetus uterq; desertus nunc uicus: floruit dum Alexandria conderetur.Spectãtur delubra diruta.tessellata pauimẽta.Silicei antiqui operis lapides cũ epigramatis: euidens sane testimoniũ perseuerant adhuc in ea gente romana uerba:obseruationes & ritus antiqui. Strena:topiarium:prosa:restibilis ager.amula uas aduinũ & aquã gerundã. & mactra in qua conspergitur uulgo dicuntur.ciues pagatim rempu.gubernant:tẽplaq; deũ sacrata habẽt:nec in uicinia sacerdos uis suum exercet: aut sacris operatur:sed pro uetere & gentilicio pagorũ instituto res diuina atq; ciuilis geritur.nuptiæ præterea per confarreationẽ solemnes:hoc est libo inter nubentes & affines atq; cognatos partito fiunt:& ut poeticũ usurpemus In fulaq; in geminos discurrit candida postes.Et ueteres lusere sales:& more sabino Excipit hic tristis conuitia festa marítus: Obseruant alii solis ad tertiũ idus nouembres occasum:& qualis is fuerit:talẽ hyemem augurantur.nubilo pluuiosam:sereno asperam.augentq; identidẽ:aut minuunt:non lacernarũ aut reliquarũ uestium:sed uniuersarũ pellium pretia.Ast ii quorũ uites in collibus ab iniuria frigoris & gelu tutæ sunt occidẽs sydus spectãtes,pmercali uino pretiũ faciunt.quin etiã anicularũ est obseruatio & religiosa quidẽ.Pullelium per brumale solsticium florescere Plinius & Gelius tradunt.Verũ quasi illud miraculo fiat.peruigilant pleriq; intentiore cura obseruantes qua hora in florẽ aridus colliculus turgescat. Non incelebres inter Statilienses nostra & patrũ ætate marchiones de Incisa fuere:quod oppidũ geographus quidã nõ indiligens libernã putat a plinio & ptholomeo olim appellatũ. Iuga ipsa

Statilienſis Merula

Aemilia uia

fluuíí quatuor aperíunt. Burmída per cuíus uallem ad alpínos & Ingaunos lí gures ítur atq; Caſſínos perluít. tum Vrba notabile & certũ díſcrímẽ Appe nínı & alpíum Vada plabítur. quod oppidũ ídẽ ad Ciceronẽ Brutus ín confi nío montíũ poſítũ tradít. Lemorus Gabíũ pręterlabítur: cuíus íncolas mar chionũ appellatíone dignatos legímus: tenues profecto ſed perennes ſunt flu uíí: atq; lemorũ urba: urbã Burmída: Burmídã Tanarus excípit: qui íllorum aquas & famã aufert. Scriuía magno híatu montes diuídít quẽ paulus díaco nꝰ Iríam appellare uídetur. Scríbít maiorianum haud procul Dertona íuxta Iríam fluuíũ occíſum. Ita beneficío fluuiorũ cũ maritímo lígure cõmertía cõ tínua: & facília habentur: & Genua uetus & díues emporíũ perpetua & ma gna mercatura celebratur: farcinaríísq; íumentís merces ultro cítroq; pro cõ pendío uíarũ comportantur. qua uero Iría in plana exit. ín ſupercílío montis ceu fauciũ cuſtos eſt Seraualle abre nomen habens ſupra quod mílle paſſus antília íntercídít: cuíus ueſtígía & ruínæ uíſuntur. nomen adhuc durat. forſan ín hanc Tiberíus cęſar ut tranquíllus ſcríbít equeſtrís ordínís uírum matris famíliarẽ: & cuí morıens curam funerís demandarat condemnauít: níſí forte magís Iría ea ſít fluuíí cognomínís. Nam phtolomeus Iríam ciuítatẽ haud procul Dertona locat. Poſſumus coníícere & forſitan nõ male ínterpretamur Antíríam ex antí prępoſítíone gręca & Iríã dictionẽ compoſítã eſſe: proſpí cit enim uetus ín monte edíto arx confluentes ex aduerſo fluuíos ín flexu Ap penníní uelut ín cubíto Derton eſt colonía romana & memoratu (ut Strabo refert) digna: & quãuís eam Aenobarbus ſupra trecẽtos abhínc annos euer tít: ueteres tamẽ adhuc ſuperſunt portarũ forníces & ſemírutę cloacæ: ex quí bus quantę fuerínt urbís opes facíle deprehendímus. In ęmília uía pons eſt curoní a torrente nomen ſortítus, deínde Víchería quę ín antíquís monumẽ tís uícus íríæ appellatur: & ſecus montẽ claſtídíũ olím Hãníhalís horreũ cũ ad Trebíam deſedít. Lıguſticę gentís eſſe líuíus ín tertío bellí macedonící lí bro confírmat. Inter ęmíliã & padum Sale & Caſtrũ nouũ gotorũ opus: quí Dertonę commorabantu r. illíc non temporaría ſed perpetua ſtatíua (ut ín quadã Caſſíodorí epíſtola ſcríptũ eſt) habuere ne dũ írruẽte hoſte cõgregarẽ tur moram rebus afferrent: ſímul etíã ne per híberna díuíſí carptím opprime rentur. Sub placentínorũ fínes hí lígures protendunt. Gens cœlí clementía terrarũ íngenío nutíor & magís ſocíalís ſemper habíta q̃ montani atq; marí tímí. durũ ſane & aſſuetum malo: ut uírgílíus ínquít genus hominũ. Sed ante q̃ ab hac deſcríptíone díſcedamus errorẽ magní coſmographí coarguemus.

Víchería

Ptolomei er ror

Attribuít Ptolomęus Auguſtã Batíennorũ & Dertonam Taurínus quí ſub Salaſſís ſunt quod aperte falſum eſt: ſi certus & perpetuus Italícarum gentíũ límes padus regíones díſterminat. multũ enim Salaſſí ab ínítío & flexu Ap penínı abſunt. In hoc autem auctore refellendo mínus ſollícitũ me facít padí

ortus ignoratio quem a Lario nasci is tradit. Cisalpinæ præterea gallię lacus populos & flumina & si pro syderum ratione cuncta metiatur: & diuidat: cō fundere & perturbare magisq̄ discernere mihi uidetur. Sunt alia in hac regione oppida: quæ non commemorasse nullum aut famę aut antiquitatis dispendium erit. Canabensis terra tota transpadum etiam nūc a feracitate & copia canabis nomen inditum seruat. Inter Taurinos & Vercellenses posita ē. Hieronymus tamen in quadam epistola Liguſtieam urbem Vercellas scribit: & suo tempore pene habitatore uacuam: quod nisi de leuis Liguribus intellexit gente ueteri atque potenti: ut Liuius tradit: & a quibus Ticinum conditum fuit: non uideo cur ad Ligures uercellæ pertineant. trans utrunq; flumen Padum atq; Tanarū Montisferrati domini: & nunc & pridem prolatis finib⁹ imperauere. Sed iam ad institutum reuertamur. Mattheus potenti hoste & pertinaci emulo sublato uercellis statim potitur. Papiē si nihil incōmodi dedit. Satis illi tunc uisum fuit si electo homine: quem Gulielmus urbi prefecerat: liberi uiuerent. Concessit item Alexādrinis ut pro suis legibus liberisq; suffragiis suos sibi magistratus crearent: atq; anno post Gulielmum captum: qui fuit alter a nonagesimo post mille & biscentum annos a partu uirgilis Vbertus ab alice: & Nicolinus Merulanus unus ex attauis nostris: qui trienniū antea magister populi domi fuerat Mediolani ex pretura ius reddidere. Nicolinus Merulanus Moritur per ea tempora in Germania Rodulfus: nondū enim in Italia uenerat: quæ tunc maxime Cesaris presentia ad intestina bella tollenda ciuilesq; discordias sanādas indigebat. Quare in illum uelut ignauū & imperatorii muneris negligentem idem poeta eadem in oda acerbius inuectus est. Licuisset sane & uulnera Italię sanare: quę diuturno attrita morbo recreari uix poterat. Sufficitur deinde procerum suffragio Arnulfus Boemiorū rex: ad quem legati mittūtur qui regnum & imperialem titulum illi gratularentur: tum uero procurationē in Lōgobardis Mattheo demādari postularēt. haud inuitus postulatis nouus cęsar annuit. satis enim cōpertum illi erat ut cunq; Longobardos obnoxios sibi haberet: cæteras Italię gentes haud inuitas in obsequio mansuras: atque antecessores suos ut primum ad imperii celsitudinem designati fuere: nulli rei ęque studuisse: quam ut administratio rerum Italicarum ex illorum auctoritate penderet. Procurator igitur: siue (ut uulgatissimum uerbum usurpemus) Imperialis uicarius Mattheus delegatur: quę dignitas ut splēdidior foret simul etiam ut opinione & amicicia Arnulfi popularibus metuentior: cæteris autem uenerabilior esset: cū cęsare fœdera professus est: & quasi illo auctore cūcta gerere uideretur: Aquilā imperii signū tunc primū sustulit: quā deiceps filii & nepotes gestauere. Ita spreto prętoris & capitanei uocabulo cęsaris procurator nūcupari cœpit: atq; ex eo fines latius proferre instituit. Viriū itaq; & armorū fidēs eos sibi subiicere statim aggressus ē: q̄ p ferocia aliqñ rebel

Mattheus Imperialis uicarius

Aquilæ signū

lauerant:inuisumq; nouum regnum habebant.Nouocomenses itaq; iuris & ditionis suę facit:& haud ita multo post Ticinum traiicit:in Montemferratū deinceps arma illaturus.Gens erat infensissima:& Ioannes patri superstes q̄ uis impubis esset principem agere cœperat:opesq; paternas tutorum fide & amore popularium integras tuebatur.ad illum præterea ii fere confluxerant: qui studio partium imperia Matthei pati non poterant.puerum itaque bello aggreditur:& auorum regno euertere temptat.hostiliter fines ingressus Tridinum oppidum primo impetu capit.arx muro fossa & ualido prę sidio munitissima stabat.eam diutius circunsedit:& tandem admotis scalis :magnaque defendentium parte cæsa expugnat.quod posteaq̄ diuulgatum fuit:continuo plericq; quasi nulla salus alia nisi fuga comparata esset:cum liberis & uxorib9 ac omnibus quæ secum ferre poterant:longe a domo in densas siluas demigrant.alii in saltus & montes hosti inaccessos aufugere.Mattheus ultra progressus cuncta late populat̄:uicos diripit:succenditq;:castella per uim capit: nullus uaganti obuiam ire.Ioannes ob recentem patris mortem sui dubius: belliq; gerendi per ætatem minime gnarus:nec propulsandæ iniuriæ potens: fugiendo & latitando se hosti subducere & periculis eximere . Oppidum (ut supra demonstrauimus) est pons Sturę.hoc exercitu transpadum misso Vicecomes repente capit.inde ad Montem caluum contendit: quem oppidani prę sidio destituti conspecto hoste dedunt.Iam omnia latius euastabātur.nulla spes opis ostendebatur.ingens terror omnium mentes concusserat.Ita uniuersa montisferrati ora p cōditiones Mattheo trad̄it̄.ab iniuria & detrimēto intacti plurimi fuere.p̄fectus deuictæ genti imponit̄:& tributa annua tria fere milia librarū hastensis monetæ imperantur.Non parū ad Matthei laudē accessit quod aduersariū debellasset:tātū terrarū subegisset:exercitū p̄da onustum domū reduxisset.amplior itaq; indies apud populares esse.uicini uirtutē & fortunā maxime admirari. Hoc forte tēpore Petrus Crassus:qui aliquot ante annos inter primores sacerdotū coaptatus fuerat Mediolani moriēt: amplissimoq; funere elatus fuit:quod feminarū lachrimę & eiulatus quodā modo dehonestare uisa sunt.lege itaq; cautū fuit ne mulieres dehinc funera p̄se querent̄. Insignē annū lętę Matthei res & cōpressus matronarū luctus fecere.Sed cū p̄cipue insignē & memorādū mors Othōis fecit:quę & si imatura nō erat:plurimū tñ acerbitatis ciuitati p̄buit. Vir fuit in oi rerum statu facile unic9:siue sacerdotii curā gereret:siue urbana negotia administraret:bello piter & pace clarus:sed i exilio lōge clarior uel uirtute uel patiētia:sexdecim fere āni patria focis & aris extorris:armis adhuc & in expiabili aduersario; odio assiduę fatigatus ē.acie sępe deuictus:amissis p̄pinqs:ābiguisq; sociis pseuerarēt ne in ptibus:an magis ad hostē trāsirēt:rerū & auxilii inops:animo semp iterrito & contra aduersa erecto stetit.Nunq̄ ad pacem & fœdus cum uictore ue

Mons ferratus in Matthei dicionē uenit

Petri Crassi mors

Mulieris cur Mli funera nō sequātur

Othonis mors & laudatio

nit.tandem profligato hoste:sacerdotio recuperato:& urbis gubernatione su
scepta:in ipsa uictoria mitis clemens atque temperatus fuit.iniuriarum in pri
mis oblitus gentem patriciam ita domum reduxit:ut nemini diuersarum par
tium iniuria fieret:patriam ipsam diuturno odio & perniciosis dissensionibus
agitatam:tum rapinis cæde & ciuili cruore exhaustam:& prope euersam pa
ce omnibus data pene in integrum reposuit. Parem deinde per totidem fe
re annos domi:cum sanatæ adhuc ciuium mentes non forent:atque uicini po
puli infesti essent:animi magnitudinem:prudentiam:pietatem:atque clemen
tiam reipubli.& sacris operatus ostendit.multa in commune bonum ad ope
ra publica:& templorum ornamenta constituit.Aræ Agnetis ad quottidia
num sacrificium proprium sacerdotem designauit:annuo stipendio:ad sacer
dotum: & magistri alimenta comparato qui sacras litteras publice interpre
taretur.ad subleuandos curandosque inopes:quotiens morbis afficerentur:
medico pro opera in ęgrotos salarium annuum de prouentu prædiorum de
pendi uoluit.Secesserat senio confectus pastor relicta rerum cura Mattheo in
monasterium clarę uallis:ibique morbo correptus e uita migrauit pridiæ no
nas augusti quinto & nonagesimo post ducentos & mille annos:ex quo deū
& hominem uirgo genuit.Magnifice pro sacerdotii amplitudine: tum suo
rum cura & opibus:ciuiumque amore funeratus in pontificali æde & lapideo
sepulchro conditus fuit:in quo sexaginta post annos Ioannes Matthei filius
sacerdotum potentissimus sepultus est. Floruit per Othonis tempora(ut
quidam tradunt)populi multitudine & rerum copia ciuitas:& si nunq̄ ocio
sa ab externo bello & seditione domestica mansit.Ingens etat opificum co
pia:peditum equitumque innumerabilis turba:qui ciuilem scientiam tene
rent:& proinde aut responderent de iure aut de causis iudicarent supra cen
tum numerabantur.In rationem annonæ amplius centum & quinquaginta
milia ciuium capita ueniisse constat. Duo tunc ciues uiribus & naturali pru
dentia maxime pollebant Vbertus de Cruce:& Gulielmus Pusterleus.currē
tes ille equos manu comprehensos:quanuis contra niterentur retentabat &
morabatur. iumenta pristinorum saccis onusta sustinebat:& interim pon
dera ipsa humeris contra scalas ferebat.altero instantem pede nemo unus ue
stigio dimouere poterat. Pusterleus uero uix litteris primis imbutus pru
dentissimus suę ętatis habebatur.Hunc in prętura bononiensi iurisperitissimi
& q leges interpretabant in primis admirati sunt:qđ prudētissime de cāis otro
uersiisq; oībus nullo adhibito iurisconsulto iudicaret. Mattheus post patrui
mortē ptorias domos hitare istituit:quas repētino igne deflagratos maiores
& magis speciosas restituit.iā illi? liberi ad puberē ętatē uenerāt quorū idole
motus uicinarū urbiū dīnia appetere statuit.Nouariā occupat. Galeatiumq;
primogenitum subinde prętorem urbi imposuit:& quanuis Arnulfus :cuius

Agnetis diuę ara

1295 Othonis mors

Vberti de cruce uires pdigiosæ

Gulielmi Pusterlei prudētia miraculosa.

nutu rem mediolanẽsem administrare uidebatur: ab Alberto Rodulfi filio occisus esset: nihil tamen ab his deterritus fuit: quæ animo conceperat. pecuuias imperare: & durius exigere a popularibus cœpit. honore & commodis q̃buscunq; poterat eos p̃sequi si qui a se steterant: partesq; propugnauerant. Contra eos deprimere spoliare atq; contemnere quorum suspecta fides p̃ uetere in aduersarios studio cœpit Cremonenses paulo inclemẽtius tractare cœpit: quo nomine cum laudensibus statim coniurant. utraq; tunc ciuitas grauioris tributi exactione & ciuiũ exilio atq; fuga exhausta erat. Statim itaq; a Mattheo deficiunt: quem ut etiam domi pertutbarent: & ad pristinas seditionum p̃celas traducerent. reliquias Turrianę gentis e uenetia accersunt. aggregant eis aliquot mediolanensium familiæ siue ob ueterem cum Vicecomite simultatẽ: siue crescentis potentiæ inuidia: initoq; inter se fœdere: quas quisq; poterat: copias comparant. Castelionum circunsident. Gens castelionea & Franciscus Carcanus in excidium Matthei multa moliebantur. Maxime tũc anxius Vicecomes erat duarũ urbium defectione: coniuratione populariũ & aduersariorũ aduentu. cernebat p̃terea animo id quod res erat: si Casteliono inimici potiti forent: bellum graue diutius in uisceribus mãsurum: atq; ægre fines defendi posse: quãdo haberent aduersarii quo se tuto a latrociniis & excursionibus cum præda reciperent. Ergo tumultuarium militem contrahit: atque Castellionum protinus contendit. Stabat tunc forte instructa hostilis acies nec mora manus conserunt: atrociterq; pugnatur. Verum Turriani duces numero hominum & uiribus impares seruata suorum parte de certamine abiere. cedentes Mattheus: quatenus loci natura permisit: ardentibus suorum animis insecutus est. Ita leui pugna uictor exercitum domum reduxit. Duo illũ p̃cipue per ea tempora angebant: quis sacrorum summam in urbe teneret.

Cremonẽses grauiore tributo a Matthęo d̃siscũt

Othoni succesor Ruffinus Lucensis genere designatus fuerat. Sed is priusq̃ sacerdotium iniret: raptus est. In demortui locum Franciscus parmensis sufficitur. incertum erat quo is animo in uicecomites esset: nihilo p̃terea minus torquebatur quod Arnulfo occiso nulli adhuc procerum suffragiis imperium demandatum esset: quippe non pauci ceu procuratio inanis foret: quãdo summę rerum nullus p̃esset ad noua consilia: agitandasq; seditiones iam mentẽ & animũ adiecerant: q ab huiusmodi cõsiliis facile qescerẽt si cæsaris nutu res in lõgobardis administrarent. His curis anxius satius in p̃sentia existimauit ignoscẽdo dissimulãdo aliquo p̃terea beneficio iratos aios placare: atq; recõciliare: q̃ grauiore ui urgere aut detrimẽtis afficere. otinuo Cremonẽses & Laudẽses clemẽtia & bẽignitate moti ĩ gratiã redeũt: atq; ut bõa fide recõciliatos aios Mattheus crederet: turrianos a se p̃tinus dimittunt. ita cõsilio & lenitate magisq̃ uiribus aut iniuriis bellum uicinũ & periculosum Mattheus sopiuit: multorũ p̃terea animi & p̃cipue populariũ qui abalienati erant hac mã

Ruffinus lucensis Franciscus Parmẽsis Archiepiscop⁹

ſuetudíne rurſus in amicíciam conuertuntur: Interea Suardí uetus & ea tẽ peſtate gens diuitíis & clientelís potẽs Bergomo pellunt. Timuit Mattheus. erant Suardí Vicecomitis potentiæ ſtudioſi atque illorum opibus Bergomenſes in amicitia Matthei perſeuerabant: qui alioquin díuerſas partes ſecuti arma inferre uidebantur. Veritus igitur Mattheus ne proximos agros Bergomenſis inuaderet: qui ab hoſtili iniuria Addua fluuio tuti uidebantur: Leucũ oppidum cis Adduam tranſferri iuſſit. ita adempta obtinendę ripæ facultate cum exercitus uix poſſent tranſmitti ſatis uicinis caſtellís atq; uicis ut integri ab excurſionibus & damno manerent proſpectum fuit. Per hęc tempora Opicius haſtẽſis moritur cuius Attius primogenitus: quę paterni iuris & ditionis fuerãt: ea ſtatim obtinuit. In Germania item Albertus dux Auſtrię ad romanum imperium deſignatur. Non erat hic neſcius Vicecomitis potẽtiam magni ad utrunque momenti eſſe: ſiue Romam nominis & imperatorii iuris habendi gratia petere conſtituiſſet: ſiue ciuitates quę pro eo quod diutius deſignati cæſares aut morte pręuenti: aut domeſticis & uicinorum bellis implicíti in Italiam non ueníſſent: iam contumaces imperia detrectabant: ad fidem & obſequium redigere pararet. Hic ergo Mattheum pro anteceſſorum inſtituto negotia Inſubrium procurare uoluit. Allectus forte per id temporis fuit inter primores ſacerdotum Nicolaus Taruiſanus genere noſtrę theologię peritiſſimus: & prędicatorię fraternitatis magiſter & rector. proficiſcens ad titulum nomenq; cardinalis capeſſendum Mediolanum tũc díuertit: quẽ Mattheus proterea quod Apoſtolico faſtigio proximus haberetur: honorifice & comiter excipit: nec ſpes: & opinio falſa fuiſſet: ſi in põtificatu is diutius uixiſſet. Cæterum cum in nouitate regni & hoſte circunſtante uno eodemq; tempore fines tueri: motusque domeſticos comprimere plerunq; oporteret: ne quando hoſti occurrendum foret ciuitas ſine cuſtode & prefecto uelut deſerta ſtaret: Mattheus Galeacium quem Nouariæ præfectum díximus: mediolanenſis populi magiſtrum & rectorem conſtituit. Ipſe cętera pacis ac belli munera maiore animo atq; expeditus ſub domini titulo exequebatur. Res tunc urbis ſatis quietæ exiſtimari poterant patre ad hoſtiles incurſus phíbendos pato: & filio ad ciuiũ negotia reiq; pu. curã delegato. Sed minime diutur na quies fuit. nã haud pauci tã guelfę q̃ gibellinæ factõis ut Mattheũ domo & regno pellerẽt cõiurauere: iuidebãt glię hois: neq; illi⁹ impia q̃is ciuilia ferre poterant. Audita populariũ conſpiratione Ioannes marchio Montiſſerratis quẽ (ut ſupra demõſtratũ eſt) Matthe⁹ poſt patris captiuitatẽ & mortẽ auo rũ opibus paternoq; regno ſpoliauerat: rat⁹ aduenìſſe tps quo ſua uidicare: & acceptas iiurias hoſti repõere poſſet: otinuo prís amicos ouocat: hortat: orat: & admonet: ſi uelint ad priſcos atq; legitimos dominos reuerti: eoq; tributo liberari quod inuiti annuũ Vicecomiti penderent: arma ſumãt: ſeq; ſequant.

Suardí Bergomo pellũtur.

Opitiꝰ aſtẽſis

Nicolaus Taruiſanus cardinales

Galeacius Mli rector.

Monsferratus a mattheo deficit

Regii iuuenis exhortatiõe excitati simul etiã ueterũ dominorũ memoria permoti: cũ Mattheus insidiis & armis suorũ ita implicaretur: ut uix domi tutus foret nedũ longius arma inferre posset: haud cunctanter insurgunt: arma capessunt. in Vicecomitis prę fectũ impetũ faciunt: atq; finibus & oppidis cum prędio propellunt: Ioannemq; dominũ suscipiunt & appellant. Recuperato regno confestim pro opibus & fide populariũ milites congregat: duasq; uicinas ciuitates Vercellenses & Nouariẽses siue metu damni: siue magnis pollicitationibus a Vicecomite auertit: quorũ rebellione Nouocomensis permotus: simul etiã promissis auxiliis ad Ioannẽ defecit: qui trium populorũ nouo auctus imperio quantas magnas potest copias comparat: atq; ad Ticinum populabundus peruenit. Conceperat animo iuuenis mediolanensem agrum peruastare: tum Mattheũ compluribus inuisum defectione urbiũ lacerum & debilitatũ in cõspiratione populariũ patria & regno exturbare. Iam amnẽ traiicebat: cũ subito Galeacius pro ripis obstitit. delectã iuuentutem duxerat hostẽ transitu continuo prohibet. tum cedentẽ persequens in montem ferratum redire cœgit. Accidit eo anno Raymondi mors eius qui Aquiliẽsi sacerdotio præerat: rebus Matthei minime importuna. Siquidem illius ope atq; impensis cognati & clientes exilium tollerabãt: tum ueterum amicorum suffragio & opera: tum præsulis auctoritate atq; prędio Vicecomitẽ aut prodi tis oppidis: aut ciuilibus armis quiescere non sinebat. Cęterum fugato marchione in spẽ Mattheus uenerat recipiendarũ urbium quæ paulo ante defecerant: quinetiam finitimi a motu & armis quieturi existimabantur. Verum

Actius estẽsis

Cremonenses precibus & magna pollicendo Actium Estensem ad se uocat. Hic prope cum exercitu Cremonam petiit: nec prius urbẽ ingressus est q̃ noua adoptione ab oppidanis se & sua dedentibus in dominio constitutus fuit. Rebellione Cremonensium propinquoq; tyranno: qui bello & minis finitimos partim territaret: partim ad motus resq; turbandas excitaret: quidam inter se consilia aduersus Vicecomitẽ incunt: atq; cũ Actio quas contrahere potuerunt copias consociant. Henricus Moguntiocus & Bergomẽsis populus ad Estensem transeunt: statimq; pontem haud longe a uico cassiani super

Henricus Moguntiacus

Adduam fabricant: transmissoq; exercitu uicos & agros populãtur: tecta succendũt: prędas agunt: magno in metu tractus qui ad Adduam pertinet: erat diffugiebant alii in loca paulo munitiora. alii collectis iis quę secũ ferre poterant in urbem confugiebant. res in periculo positę erant: Tunc Mattheus subitario milite contracto prædatoribus occurrit: qui in castra propere redeũt. Constitit haud longe Mattheus. Actius congredi minime ausus est: atq; aliquantulum a pugna se continuit. Verum ne ignauus & timidus a suis existimaretur: ut pote qui cũ hoste decertare minime auderet: leui inito certamine: seq; potius defendens q̃ aduersarios premens in tutiorem locum copias

ſuas reduxit.tum uero relicta Cremona non ſine dedecore nulla re illuſtri facta Ferrariam unde digreſſus fuerat.reuertitur.Fuere tunc qui dicerent ſi fœdere & amicitia Vicecomes & Eſtenſis iungerentur: facile reliquas Longobardorum ciuitates illis obtemperaturas.Quis enim coniunctas duorum dominorum opes non formidaret?aut quis arma inferat?quando alterius iam tã tæ uires eſſent:ut laceſſitus aduerſarios debellaret:quiſue clam aut palam duplici conſociato regno inſurgere auderet.Fœdus igitur inter utroſque cõtinuo percutitur:neque eo contenti affinitatem contrahunt.Traditur Galeacio Vicecomiti Matthei filio in matrimonium Beatrix Actii ſoror.Sed in mulieris nomine atque ſtatu ſcriptores uariare uideo:alii Beatricem .quidam Agnetẽ nominant.utriq; uirginẽ fuiſſe referunt.Dantes uiduam:ut pote quæ ex Nino Gallurę filiam genuiſſet.In æthruria ſub ea tempora auorum opibus & factione popularium largiter Gallura poterat:& cum Piſis princeps factionis ſuę foret:in Sardis agris ditiſſimus aliquot etiam oppidorum dominus erat. pulſus deide patria ab Vgolino auunculo & Rogerio archiepiſcopo cũ uxore:liberis:amicis:atq; clientibus in propinquam calcinariæ arcem confugit: moxq; addito Florentinorum:atq; Lucenſium præſidio:confluentibus etiam profugis piſanum omnem agrum excurſione & populatione uaſtabat.Mortuo Nino ad fratrem Beatrix reuerſa:ſecũdo nupſit.Ego uiduam crediderim: atq; ut quæ Dantes tradit uera affirmem:cum hominis auctoritas:tum mulieris ſepulchrum facit:quod adhuc Mediolani in æde diui Franciſci marmoreum extat.inſculpta eſt ſupplicantis feminę effigies:atq; in ipo faſtigio hinc uipera illinc gallus conſpicitur.duorum ſane maritorum inſignia:& quanquã prioris uiri appellatio per ſecundas nuptias aboleri debuit:tamẽ ſiue hoc moriens Beatrix in lapide inſculpi uoluerit:ſiue filius ſuperſtes hoc fecerit:ut teſtatum poſteris maneret matrem bis nupſiſſe:& proinde per eas nuptias plures cognatos amicosq; ſibi conciliatos fuiſſe duarũ familiarũ inſignia uiſuntur. Prętерea ſunt auctores Galeaciũ domo profugũ Taruiſii honorifice exceptũ atq; ibidem aliquot annos iudicia reddidiſſe:illa ſiquidẽ prętura priuatã uitam agere non uidebatur:& exilii incomoda compẽſabat.nec diuturnior magiſtratus fuiſſet:qui fere annuis uicibus mutari ſolet :niſi Ioanna priuigna interceſſiſſet.Nupſerat ea Riciardo Caminati qui tunc factionis gibelline ſtudio & amicicia germanorũ cæſarum in Taruiſanis principẽ locum tenebat: atq; imperia & procurationem rerũ peregrino nutu exercebat.ergo ne profugus & egens mendicaret aliena in terra priuignę beneficio uitam cũ dignitate egit.Poetæ præterea enarratores Beatricem uiduam & filiam Caminati in matrimoniũ datam referunt:quos ego ſecutus ea haud ambigam affirmare: quæ Dantes dicat:quanq; uatis petulantiam neſcio an liuorẽ mirer:qui apud inferos ſub priſtini coniugis perſona Vicecomitũ gentem nobilitate & nomi

Beatrix eſtẽſis Galeacio nubit

Gallura Piſis princeps

Riciardus Caminates.

Dantes repẽhenditur

ne Gallurarũ familiæ longe cędere palam prędicet. Mandata sunt Nini ad filiam ut prece & piaculis in maturanda expurgatione se iuuet: quando is animę status sit: ut expiato scelere fœlices sedes sperare possit. nam mater prioris mariti immemor iam mutatis uittis alio mentẽ & animum pro feminarũ ingenio transtulit. Exprobat illã uiperæ monumẽto: sub cuius signo Mediolanenses bella gerant: nunq̃ tam fore Illustrem: q̃ Galluræ noie claruisset. Sed cur hæc Dantes: aliquando cogitaui. Longe nobilior Galeacius: tum opibus potentior: & urbis amplitudine illustrior q̃ Gallura. Quis enim Mediolanũ Pisis cædere: aut Vicecomitem Galluræ dixerit: nisi forsan quo tempore uates talia tractabat: regno & patria pulsus Vicecomes eo calamitis & miserię deiectus erat: ut nulla reditus & recuperãdi regni spes reliqua foret. quod ego uix crediderim. Nam quanuis quo tempore Mattheus exulabat comædias ille conficeret: decẽ & amplius annos post restitutos Vicecomites Dantes uixit. Et quanq̃ morte Henrici septimi gibellina factio multum iacturę accepisset: res tamen Vicecomitis munitæ stabant. Tradunt quidam morbo animi potiusq̃ quod ita sentiret uatem locutum: id quod minime affirmauerim: quã q̃ Leonardus in historia illius epistolam uelut ab irato & uindictæ auido homine potiusq̃ a prudenti & temperato scriptã redarguat. Ego ut semel quid super hoc sentiã proferam: neq; temere nec mentis uitio uates hęc dixit. Rapto Henrico in contrarias factiones diuisæ Hetruscorũ & Longobardorum ciuitates atrociter inter se decertabant: & quidã patria fugati ut iniurias & rapinas ulciscerentur: & amissa recuperarent: externis armis adiuti in aduersarios acerbissime deseuiebant. Ioannes præterea huius nominis Vigesimus secundus auro ditissimus: ex quo romani pontifices regnũ tenuere: Mattheũ & filios diris execratiõibus agitabat: pecunias factioni põtificiæ affatim suppeditabat: potentissimos reges in perniciem Vicecomitis excitauerat: deniq; procuratiõnẽ Italię Roberto regi mandauerat. quo facto maxime Lõgobardorum animi in mutuas clades accensi erant. Coiuerat Guelfum nomen ut funditus Mattheum tolleret. Adhæc & huiusmodi talia respiciens uates ceu desperatę res essent: Galluræ gallum mediolanẽsi uiperę præposuisse uidetur. Forsitan pro affectu personę secundas nuptias indignantis uerba alius accipiet: si credendũ est cineres & sepultos manes id curare. Sunt qui nec ad natales nec ad opes respexisse: sed potius mulieris pudicitiam sugillatã dicant: quod uidelicet quæ bis nupsisset ea pudicitiæ corona donari non posset: quę olim semel nuptis dabatur. Longe repetita expositio: & licentiore poematis ioco ineptior nescio an argutior existimari debeat. Non desunt qui diuinasse umbram exponant: quando annos circiter septẽ post Dantis obitum Ludouicus Bauarorum dux paribus suffragiis cũ Federico ad romanũ imperium designatus debellato mox & capto emulo quasi ea uictoria titulũ & nomen

Dantis ętas

imperatoriũ obtinuiſſet:Italiã aduerſus pontificis uoluntatẽ ingreſſus capti uis cęteris fratribus Galeaciũ in Hetruriã abduxerat: ubi profugus & egens e uita deceſſit:atque iterum uidua mulier ſecundi coniugii pœnitens priores uittas optauerit.Abſurda hęc commenta & ſomnia hominũ: qui re rũ geſta rum neſcii:ubi fides laborat paulo audacius ne dicã impudentius fatua mul ta proferre ſolent. Verum ut ad nuptias reuertamur pacta Beatrice amplif ſimi utrinq; apparatus facti ſunt.Mattheus ut Galeacius dignus patre & im perio ad uxorẽ accederet:Principũ ciuitatis liberos ſplendide ornatos illi co mites dedit.Actius item feſto ſponſalium die in conſpicuo procerũ ac matro narum conuentu Galeaciũ militaribus ornamentis donauit. Traducitur ſub inde Mediolanũ mulier lautiſſime omnes excepti:epulę multifariã exquiſitę: ſumptuoſa conuiuia exhibita:pretioſę ueſtis tum auri atq; argenti magna co pia:ingentia munera comitibus data:ut ei magnificentię nihil aſtrui poſſet.

Mattheo noua fœdera:noua amicicia atq; affinitas animos dabant:ut eos ulciſceretur qui cũ hoſte ſenſiſſent arma inferre pararent:aut rebellionis ſuſpe cti eſſent.Papienſes igitur qui ad Ioannem marchionẽ inclinaſſe ferebantur primũ aggredit:agros ad urbis uſq; mœnia hoſtiliter uaſtat.muris oppidani ſe continuere:populatores arcere finibus minime auſi:aut illatã uim propul ſare.tum Vicecomes cũ nemo obſiſteret propius accedẽs ſuburbana diripit: ſuccenditq;.quo igne correptę portę conflagrarũt. Indigne ferebat agros ua ſtari Philipponus Languſcus:qui ea tẽpeſtate princeps inter Ticinenſes erat & ne tam inſignẽ contumeliã illataq; damna Mattheus inulta haberet:inſi diis & domeſticorũ dolis illũ adortus eſt.Iam nuptiæ Galeatii inuiſę propin quis & cognatis erant:& proinde ad res nouas tendebant.cũ his Languſcus coniurat.Detectis inſidiis Mattheus Petrum Vicecomitẽ patruelẽ fratrem : ſiue ut alii tradunt patruũ coniurationis participẽ & ad alpes feſtinantem re uocauit:& in libera cuſtodia in arce Segozani ſeruari iuſſit.uxor Archiochia ut uirũ liberaret arreptis armis accerſitisq; amicis & clientibus Sepriı prefe cturam hoſtiliter inuadit . captiuitate ſoceri & mulierũ lachrimis Conradus Ruſca inter Comenſes ea tempeſtate opibus & factione potens in pernicię Matthei cũ æmulis conſpirat.Hęc fuit coniurationis origo qua fraude ſuorũ adiunctis etiã externorũ uiribus Mattheus paulo poſt regno deturbatus fuit Ergo ut domeſticorũ inſidias & hoſtium arma deuitaret res urbanas diligen tius adminiſtrare:& ſi quid ad regni defenſionem:tuendos fines:arcendãque uim pertinere uidebantur:id omne ſtudioſius obire. prefecturam populi Ga leacius filius: utſupra dixímus:gerebat . reddendo iuri Brachiũ piſtorienſem mox ſexto circũacto mẽſe Bernardũ Pollẽtanũ Rauennatẽ præfic t . Annus agebatur alter poſt mille & tercentum ab ortu domini:Iam petro in uinculis detento cognatorũ plurimi deide popularium a Matteheo abalienãtur.In co

Philippon9 Languſcus

Petrus Vice comes

Brachius Pi ſtorienſis

Bernardin9 Polentanus

gnatorum odio atq; ira incitatusq; ad uindictã animis ratus Languſcus par uo negotio Mattheũ regno deiici poſſe: ne in tãta opportunitate ſibi deeſſet uicinaq; urbium principes in ſocietatẽ traxit. Auidus erat Languſcus cũ recẽtiſſimę iniurię: tum etiã ueteris ulciſcẽdæ cõtumelię. Forte biennio ante Mattheus ne inultam fraudẽ & auaritiam Manfredus Becharia hẽret qui aliquot ante annos ingenti accepta a Vicecomite pecunia Gulielmum Marchionẽ in procinctu pugnæ deſeruerat cũ Languſco & nobilitate papiẽſi quę patria & finibus factione & armis Manfredi pulſa erat: ſocietatẽ iniit: reductiſq; in patriã nobilibus Manfredus cũ plebe eiectus: inde Veronã militatum ſub cane ſcaligero abiit: Cęterum ut ſanctiora fœdera firmiorq; amicitia & diuturnior ſocietas inter utroſq; maneret: Mattheus filiã Ricardo philipponi deſpõdet: quo coniugio fides & amor perpetuus ſperari poterat. Verũ ut ſunt uariæ hominũ in parandis regnis uoluntates: & dum magna appetimus concidit fides: nullaq; fœdera aut inuiolata aut integra ſeruãtur: Mattheus ſtatim Papiæ dominatum affectat. inde tantũ irę & odii Philipponus concepit: ut nuptiis & affinitati cœptę protinus renunciauerit: atq; adeo animi exarſere: ut deide in gratiã redire nunq̃ potuerint. Antonius itaq; Fiſiraga: Simon Aduocatus & Gulielmus Bruſatus in fœdus & ſocietatẽ cum Languſco ſub ſpecie tuendæ libertatis: q̃uis Mattheo reipſa ruinã & exitiũ parare̅t: deueniunt.

Manfredus Becharia

Albert⁹ Scotus

In tanto rerũ motu uario animorũ habitu & procerũ conſpiratione Albertus Scotus ad coniuratos acceſſit ingentes copias ſecum ducens. huic ſtatim gerendi belli imperiũ tradunt. nobilitate & opibus cæteros anteibat: neq; quieſcere poterat niſi Vicecomiti parem gratiam redderet. Eluſerat forte Mattheus Scottum dum Beatricis nuptiæ tractarentur. Studebat Albertus fœd⁹ & ſocietatem cum eſtenſi inire: quã etiã rem Actius cupiebat. Parmenſes debellare & ditionis ſuæ quacunq; uia facere is adnitebatur: quod facile ſocio & amico Scotto futurũ intelligebat. Nam Albertus res Placentinorum adminiſtrabat tum factione & opibus familiæ inter finitimas gẽtes largiter poterat. huius filio ſororẽ Beatricẽ collocare ſtatuerat: & iam per interuuncios de nuptiis agebatur. Inter hęc Scottus ſiue nimio futuræ nurus gaudio elatus: ſiue ut Mattheum ab iis deterreret: quæ magna animo cõcipere uidebatur: eũ ad ſe uocat: tum affinitatis e nuptiarũ conſilia aperit. Mouit ea res Vicecomitis mentẽ. cognoſcebat enim ſi maiores opes Scotti fuiſſent: illũ in tantis uiribus a uicinorum iniuria nequaq̃ temperaturum. uerum ut animo uafer erat: multa diſſimulare: nuptias & ſocietatẽ cum Eſtenſi haud improbare: circũſpici tamen omnia accuratius oportere inquit. ne noui coniugi aliquando pœniteat. Ab hoc ſermone Albertus dum circunſpectius cuncta agere ſtudet: rẽ in longius extrahit. Mattheus nuncios Ferrariam propere mittit. Iam enim de fœdere & affinitate actum fuerat. expertus prętera Actius erat quid Mat

thei uires posſent:& quantopere incolumitatis utriusq; referret: si nuptiarū uinculo in societatē & amicicia coirent. Ergo mutata sentētia Beatrix Galeacio despondetur:quod factū Scottus ægerrime tulit: & magis atq; magis indignatus nihil deide parabat & moliebatur nisi quod Mattheo cladē & exitium afferret. Opportune igitur Scottus ardente in uindictam animo imperator idoneus creatur:qui ut erat gerendi belli peritus cū res ipsa cunctationē non reciperet:suas & coniuratorū copias in fines Mediolanenſiū confestim duxit. populante agros hoste trepidatū in urbe est:atq; haud pauci quos a se Mattheus stare sperabat:iam mutata uoluntate palā ad cōiuratos transeūt. ciues in ambiguo positi prout res aut lætæ aut aduersæ accidebāt: ita studia sua modo in hanc modo in illam partē conuertebāt. Mattheus undiq; circūuentus continuo eos rogat & accersit: qui studio partium aut pro fœdere & amicicia opem afferre debebant:Itaq; statim periclitanti de summa rerū Vicecomiti subsidia adsunt. Cōfluxere pręterea ii fere omnes quorū res & opes a Vicecomite pendebant. Coiuisse quidam tradūt circiter quindecim armatorum milia neq; Mattheus numero militū aduersariis multū impar erat. dubium & rebus diffidentem faciebant Vrbani tumultus:fides ambigua:& renouata odia quę in multis consenuisse uidebantur. Illud sæpe secū & etiam adhibitis amicis deliberauit:Satius ne esset intra mœnia milites continere:quorum metu in officio & fide hi tenerentur:si qui nouis imperiis studerent:atq; in uno labore uniſq; copiis nutantē ciuitatem firmaret: an magis patente in campo acie dimicaret. Interea Venetus & Genuēsis audito quod Mattheus in summo discrimine atq; periculo esset:memores pacis quę inter utrunq; populū Mattheo disceptatore & arbitro confecta fuerat: Legatos Mediolanū de paciscenda pace inter Mattheū & conspiratos mittunt: nā quanuis in armis essent & instructę utrinq; starent acies:uterq; tamen fortunā belli experiri uerebatur:malebatq; cunctando bene gerendę rei occasionem expectare ut certam & incruentā uictoriā reportaret:& ut de pace cōmodius agi posset induciæ fiunt. Tunc statim nuncii ultro citroq; commeare cœperunt:conditionesq; propositę sunt. Postulabant coniurati ut exules primū in patriā reciperentur:quibus etiā sua quæ comparerent restituerētur. In cęteris pro estimatione & arbitrio prioris domini pecunia lueretur pręterea non posse ex æquo in ciuitate degi:nisi regno Vicecomes renunciauerit. res sane dura erat. non poterat Vicecomes in ordinē cogi:qui perpetuā urbis pręfecturā gesserat. aut qua uia securus & icolumis uersari iter emulos & hostes posset:quos dominatu exturbarat:& cū quibus totiens de uita & imperio dimicasset. ali quantisper uterq; sustitit. posteaq; uero exiuere indutiæ:desperata iā pace prælio decernere statuūt. Nō erat cōmodū Mattheo lōgius a patria cū hoste ofligere:sed dubia populariū fides suorū insidię eū urgebāt ut fortunæ martis rē

committeret: quasi uno conflictu decerneretur: quis in Longobardis supremũ imperium habiturus esset. Quid enim mœnibus & muro clausus sperare debebat: nisi circũstante hoste perpetuo metu macerari: in cuius potestatem & arbitriũ absumptis per ignauiam uiribus aliquãdo ueniret. Galeacio itaq; filio cũ aliquot cohortibus ad custodiã urbis relicto exercitui Bernadũ Rauẽ nę dominũ qui superiore anno prætor in urbe fuerat præficit. Iam Albertus in ripis Adduæ confederat: conuenerantq; eo Languscus Fisiraga & cæteri omnes quibus Matthei potentia inuisa erat: quiq; illum funditus euertere co nabantur. Vbi Scotto appropinquare Mattheum nunciatũ est: Fisiragam continuo copiis præponit: ita uterq; ductor legato in castris constituto: cęte ra belli munera alacrius obibat. Scribunt quidã secus Adduę ripas utrunque ducẽ constitisse & interuentu fluuii factũ quo minus manus consererent: ego magis eum sequor qui exilium Matthei & filiorũ uersu conscripsit. hic tradit Vicecomitẽ & Scottũ iuxta Lambrũ castra habuisse. Cur enim debuit Mat theus in citeriore ripa statiua locare pręsidia disponere: uada obseruare: ut ho stem transitu prohiberet: si laus pompeia sub potestate & arbitrio Fisiragæ erat: qua tutto exercitus trasmitti poterat. quid nõ Scotto traiiciendi padi fa cultas erat: ut inde per patentes campos libere se effunderet. ita Lambro di rempti iactu telorũ & leui pugna se idẽtidem Lacessebãt. At Scottus nume ro militum fretus noctu amnem traiicit. Mattheus ubi illuxit hostẽ propius signa inferentem conspicatus ad Melcium recessit: fossa & aggere oppidum munitũ erat. Oppidani Matthei partes tuebãtur. Campi Lata & pręcipi fos sa scissi erant: inter quam & oppidũ Mattheus castra redegit. ita facilius hosti lis uis & impetus sustineri & repelli poterat: neq; aut incautũ opprimere aut munimenta superuadere licebat. Scottus fossam quia parum profunda uide batur complanare & munitiones subuertere parat. Mattheus contra aggere attollere. propugnacula struere. oppugnanti resistere: & si quid dissectũ & in terruptũ uidebat: id reficere & resarcire: nihilo tamen secius de fœdere: & cõ ponendis rebus sermones utrinq; fieri. Ita aliquot dies in tuendis alter muni tionibus alter in oppugnandis castris absumpsere. Interim grauiores Medio lani motus excitari. multi non clam aut per occulta colloquia: noua consilia inire: sed in cetu & palã de Mattheo obloqui. Turrianos identidem recipien dos in urbẽ uociferari: populum tandem seruitio & tyrannide liberari oporte re. Ad huiusmodi motus compescendos idonea præsidia Galeacio non erãt: ut orientem tamẽ tumultũ quadantenus comprimeret: Petrum quem noua imperia molientem pater seruari iusserat teterrimo in carcere clausit. quo facto magis irritata uxor generum lachrimis & obtestationibus non prius fatiga re desiit: q; comensium iuuentute armata bellum Vicecomiti intulit. Mogun tiaci item audito quod Mediolani populus in excidium Matthei surrexisset:

tum ẽt Comenſes auerſi eſſent:ipſi cõiuratis aggregãtur.Hæc Mattheus cõ ponendis rebus intentus ignorabat:qui ubi minime conuenire cũ aduerſariis potuit:armis decernere conſtituit:Aggeres caſtrorũ deiicit & foſſam quate nus milites educi in certamen cõmodius poſſent replet.Iam duæ equitũ tur mę propius hoſtium caſtra puenerant:cũ ſubito Galeacius oriente ſole patri nunciat in urbe oĩa inimica eſſe:populũ in fide contineri non poſſe palam & aperte arma inferri.Comenſes & Moguntiacos ad hoſtes tranſiuiſſe.magni tudine tot ingruentiũ malorũ obrutus Mattheus cũ nullũ afflictis rebus re mediũ circũſpiceret:& ſi ſpes fœderũ & pacis ſæpe eũ fruſtrata fuiſſet:iterum condictis induciis p nuncios Scottũ in colloquiũ uocat.die dicta ad colloqui um ueniunt.Tunc prior Scottus.uides Matthee quẽ in locũ domeſticorũ in ſidiis & cõſpiratione uicinorũ res deducta ſit.Satius ego exiſtimo conditioni bus bellũ cõponi:q armis & uiribus decertare:quid armorũ aduerſus te con flatũ ſit uides.flagrant animi in cladem & exitium tuę gentis. Si obſtinatus fueris præſens eſt calamitas:quam propulſare nullo pacto potes:illud tamen non deſpero pro auctoritate & armorum imperio inteſtinam diſcordiã & mo ta bella:etiam non mala conditione componi poſſe quando adhuc uires ite græ:nec filius urbe pulſus:aut ipſe prœlio fuſus ſit:non patria & focis extorris amiſſiſq; bonis ,pfugus & inops errabis:dominatu patria liberanda eſt. quo facto iratas mentes mitigari & gratiã popularium reconciliari poſſe uideo :p petua ĩperia peroſi ciues nunq ſe liberos & a ui atq; maleficio tutos putabũt niſi urbana negocia pro annua uice præfectus iuſſu populi adminiſtrauerit: ſed neq; tibi aut tuis depoſito ſummo magiſtratu quicq periculi aut noxę me tues:etiam ſi exules recepti in urbem fuerint:nãq; perpetuum urbis regimen nunq Turriano deferetur.Annuæ & ſemeſtres fient prefectorum uices æque Turrianum & Vicecomitem populo inuiſos:ſi magiſteria urbica cõtinuare uoluerint.Quare cenſeo regnum penes me tanq ſequeſtrum & fœderum ſpõ ſorem deponas ita ſeruitio liberatos ſe ciues putabunt:& tibi atque tuis tuto & ſine metu damni uiuere licebit.Ad hæc Mattheus quid reſponderet incer tus erat.angebatur animi quod olim ceteris maiori ſibi iis æquato iure paren dum eſſet:quos antea dicto obedientes habuiſſet:præterea ſe parum ſecurũ inter eos uerſari poſſe uidebat:cum quibus tot annos de potentatu contẽdiſ ſet:quiq; exilio exhauſti & inopes omnia facturi eſſent:ut erepta recuperarẽt: tum etiam cædibus & exilio inimicorum incolumitati & proprię ſaluti con ſulerẽt.Sed quid faceret?nihil pacatum circunſpiciebat:uicinos omnes inimi cos uiribus & dolis ſe premi maioresq; i dies copias aduerſus ſe coire:& ſi cer tandũ fuiſſet:aduerſarios plane uictores cognoſcebat.tot pgrauatus curis ani mũ deſpõdet:ſubindeq; icõſultis filiis atq; amicis:regnũ poſtridię idus Iunias uelut fiduciarũ cũ ſceptro quod ,pcuratiõis inſigne erat:Scotto pacis auctori

& conuentionum ſponſori tradit. partem exercitus dimiſit: atq; placentiã con ceſſit. Hoc ceu nimis celeri deſperatione factum quidam damnant. potuiſſet oblatis uariis conditionibus tempus protrahere: donec maioribus auctus co piis hoſti reſiſtere uoluiſſet. Nondũ ab Eſtenſi miſſa auxilia Adduam traiece rant: quæ ubi Mattheum abieciſſe rerum procuratiõem cognouere: domum protinus per Cremonenſium fines reuertuntur. Sed dum agros populantur Cremonę noui motus excitati fuere: & niſi primores ciuium reſtitiſſent faci le Eſtenſis Cremona potitus foret. In tumultu haud pauci occiſi ex actianis fuere. Sed cum per errorem i agros hoſtiliter iuectos dicerent: ut per fines si ne maleficio cohortes trãſirent pmiſſum eſt. Ceſſerat agro patrio Mattheus. omnia Mediolani in tumultu & trepidatione adhuc erant: nullus pręfecturã urbis ſuſceperat. Scottus in hoc rerum ſtatu & inter diſſidentia populi ſtudia dominium urbis uſurpare tentat: & ſane uoti compos fuiſſet niſi Conradus Ruſca qui forte Mediolani cum pręſidio erat: Scotto regnum affectanti forti ter reſtitiſſet. Gens item patricia magna de ſpe deiecta eſt: nam qui pulſo & fugato Mattheo ut pote liberi adminiſtrationem ciuitatis penes ſe futuram: atq; ita in libertatem redire ſperabant: mutatis dominis in grauiorem ſeruitu tem deuenerant. Turrianorũ reliquię Aquileię exulabant ii ſiue uocatu Scot ti: ſiue audita Matthei fuga iuuante Alberto Scaligero: qui ea tempeſtate Ve ronæ imperabat ad inſubres contendere. iis primũ portę clauſę. Itaq; paſſuũ milibus tribus ab urbe triduum conſtiterunt. Quarto tãdem die populus ar reptis armis expugnata porta quam nouam dicunt: refractisq; clauſtris tur rianos ꝓceres: qui ſupra quinq; & uiginti annos patria & focis extorres fue rant: domũ reducunt: publicisq; negotiis ꝓficiunt. Tũc ciuilia depoſita arma agri & cętera bona exulibus reſtituunt. Turrianus cõtinuo firmandarũ retũ & muniẽdi regni gratia nouas amicicias facit: nouasq; affinitates cõtrahit: maiorũ amicos nouis officiis ſummaq; liberalitate ꝓſequitur: Siquidẽ Turria no Guidoni Lãguſcus filiã uxorẽ dat. Scottus Frãciſco Turriano neptẽ filiã collocat. Simonino itẽ Petri Vicecomitis filia deſpõdetur. Cæterę itẽ familię quæ genere & opibus in ciuitate pollebant: Turrianus per nuptias ut ſibi ar ctiſſime coniungerentur: magnopere ſtuduit. ſed fides & gratia haud diutur nior inter eos ſtetit. nanq; Muſca (hoc Turriano tyranno nomen erat) ſi ue gentis odio: ceteriſq; offenſæ memor: ſiue ut plebis uoluntatem & ſtudia propenſiora in ſe reddetet: haud ita multo poſt uniuerſam nobilitatem patria expulit: populique præfectum Gulielmum Bruſatum genere Nouarien ſem facit. Mattheus interea Placentiæ exulabat: qui ubi cognouit Mu ſcam & cæteros Turrianos in urbem receptos rerumque potiri irrita fœ dera: nullasq; conuentiones ſeruari primum iniuriam cum Alberto expoſtu lare fraudem ſibi factam uociferari multo etiã grauius quod per fidem inter

Turrianorũ reditus

Muſcę ipo tẽs impium

Gulielmus Bruſatus

posita regno spoliatus fuerit: cõqueri. Scottus hominẽ lenire mollioribus uerbis cœpit: quasi plebes fuerit: quę ueteres dominos receperit: se tñ oĩa tentaturũ ne mendicus & uagus oberret. Enimuero tũc accẽsus Mattheus ne inimici & proditores fraudẽ inultã habeant: relicta placentia: Padũ traiicit amicos cõgregat: eosq; milites accersit qui nondũ arma deposuerãt. cũ nõ exiguas copias cõparasset: Oriũ primũ quicus agri laudẽsis est puenit. inde in fines Comẽsiũ ingressus populabũdus ad Comi usq; mœnia cõtẽdit. Ferro & igni oĩa fedata erãt: multa pterea dictu acerba aduersus oppidanos iactabant: ut eos scilicet in dimicationẽ & pugnã plicerent: sed neq; ignominia & uerbis asperioribus irritati neq; populatiõe agri: aut incendiis tectorũ moti in prœliũ p dire uolucrũt. Mattheus ne cũ iis bella gereret: qui mœnibus & fossa se defendebãt in patriã arma cõuertit. Tres illius filii Ioãnes Luchinus & Marc⁹ uix dũ puberes apud patris amicos cõmutatis sæpe latebris aliquãdiu mãserant: deinde cũ se parũ tutos cernerẽt in ædes diui Eustorgii cũ matre demigrarũt. Ita maiestate tẽpli tum deprecãtibus bonis & religiosis uiris aliquantisper ab iniuria & ui seruati fuere. Sed postcaq̃ pater agros uastare cępit: tecta agrestiũ succendere neq; tã prędã ageret q̃ pdere oĩa cuperet: detrimentis populo ad ultionẽ irritato: monẽtibus amicis pueri patria cesserunt. Scribũt quidam ducẽtos mercenarios equites qui Galeaciũ & uxorẽ ubi Mattheus regnũ deposuit Bergomũ incolumes deduxerant: nõ statim finibus cessisse sed pxime suburbana diutius oberrasse: ut rei exitũ expectarẽt. horũ ẽt psidio tres fratres cũ matre piculo elapsi fuere. Beatrix & si a Borgomẽsi honorifice suscepta fuisset: ea tñ ad Actiũ fratrẽ pficisci uoluit. grauida erat mulier & Ferrarię septio idus decẽbres filiũ peperit: quẽ de auunculi noie Actiũ appellarunt. Pulsum oĩno finibus & regno Mattheũ secũdo post mille & trecẽtos annos oẽs fere scriptores cõsentiunt: nã biẽniũ cõspiratiõe suorũ & finitimorũ armis iactat⁹ uarie fuit. Sed cũ res Mediolanẽsis in iura & ditionẽ Turrianorũ rediisset: deploratag; oĩa eẽnt: dimisso mercenario & uolũtario milite ueronã Mattheus petiit: siue affinitate cũ Scaligero fretus: nã cũ res illi pspere eẽnt filiã nuptũ Bartholameo Scaligero dederat: siue q̃ (ut Frãcischus petrarcha tradit) Canis magnus ea tẽpestate un⁹ esset: q exules & inopes excipet: neq; eos a se excluderet q claro genere nati amissis opibus atq; fortunis ueronã cõfugissent. Interea Musca turrianorum maior regnum capessit: eosq; duntaxat urbi prę ficit: & præfecturę titulo illustrat: qui pridem factionis turrianæ studiosi fuissent. Repugnasse Albertum Scottum quidam ttadunt: ne statim Musca suo nutu: suaq; uolũtate publica negotia ordinaret: atq; biẽniũ ptores ab eo cõstitutos Bernardũ Scottũ Antoniũ Fisiragã: Pinnũ uernatiã q Mediolãi ius dicerent. Per hęc tpa Bonifacius octauus qui nouas cõstitutões ueteri iuri pontificio addiderat cẽtesimo quoq; anno Romam petẽtibus si pie & religiose sa

Musca Turrianus Mediolani dominus

cras ędes ſalutaſſent expiationē ſcelerū cōceſſerat. A Sarra Colūnenſi p̄ inſidias capit̄: & in uincula coniicitur. Mortuū illic quidā ſcribunt alii ſolutū uinculis Romā profugiſſe tradūt: ubi paucos poſt dies præ merore & indignatōne aut iniecta manu interiiſſe dicit̄. Benedictus undecimus genere Taruiſanꝰ illi ſuffectus fuit: q ſi diutius in apoſtolico faſtigio ſtetiſſet: p̄fecto enim in antiquū imperiū Mattheū reſtituiſſet: nō erat īmemor uolūtatis & officiorū: q bus Vicecomes redeuntē e galliis p̄ſequutus fuerat: ſed ī pōtificatu nō p̄enna uit. uacauit ſummo ſacerdote p̄ diſcordiā & cōtraria patrū ſtudia annum fere romana eccleſia: tandē Clemēs quintus Bordegalę natus princeps ſacerdotū creat̄. hic primus ī Gallias romanas opes latinosq; ſacerdotes traduxit: ut Italia & urbe roma relicta publica chriſtianę religiōis negotia in terra Gallia tractarent̄. Quę res nō ſolū de potētia & opibus Italorū plurimū īminuit: Sed cladē atq; pniciē uniuerſę fere Italię attulit. Muſca iterea uicecomitis amicos & eos oīs q in exturbandis auis opē aduerſariis p̄ſtiterāt ptim occidi īperat: alios bonis mulctatos in exiliū egit: frequētia eorū noia deferebant̄ q aut propinqui aut ſtudioſi uicecomitis fuiſſent. Quare crudelitate & auaricia tyranni multi in uoluntariū exiliū abiere. nōnulli latronū inſidiis excepti occubuere. Iam inuiſus Muſca oībus eſſe. ſęuitiā rapinas & grauia tributa populus ferre haud poterat: & q̄uis nobilitas fere ex ciuitate pulſa foret: haud tñ pauci hoīs crudeli auaritia ad noua cōſilia incitabant̄. ſed illū irę populariū & īminenti uindictæ mors eripuit. filios reliqt Caſtonū Paganū Rainaldū Odoacerum Napum Muſchinū. Guidetus fratri in gubernatōe rerū ſucceſſit: uir ſane paulo ciuilior & haud īmiti ingenio ut pote q cędibus & ſanguine ciuiū minime lętaret̄: iniurias p̄ſeq neſciebat. inimicis nō admodū grauis: una dūtaxat plus habēdi cupiditate ferebat̄: cuius īperia ſuſtineri potuiſſent: niſi noua uectigalia: atq; portoria cōſtituiſſet: tributaq; grauiora īperaſſet. pecunias undecūq; is cōficere: theſauros ingētes cogere: ex qbus mercenario milite ſtipēdia p̄ſoluerent̄ metu uidelicet pegrini p̄ſidii firmas opes durare atq; in fide & officio ciuitatē cōtineri ſibi p̄ſuaſerat. Per ea tpa facinus tetrū & memorabile in Lōgobardis accidit. Dulcinus homo nefarius & ſupra q̄ dici poſſit temerarius atq; audax cū Margarita ſiue ea uxor ſiue amica erat: criminari primū ſacerdotum diuitias & abūdantes uoluptates cœpere: tum priuatim ab illorum p̄rincipibus maledicta orſi ſine diſcrimine nobiles & humili loco natos non per uirtutem aut popularium ſuffragiis: & alio quouis merito: ſed largitiōe & gratia ſacerdotia capeſſere: ſordidiſſimū quenq; nūc diuitiis atq; interi lenocinio & flore ętatis primoribus ſacerdotū cōciliari: atq; inde ad ſummas dignitates & honoꝝ faſtigia p̄mouentū per luxum atq; libidinem ingentes ſacerdotii reddit⁹ ad templorū ornamenta ſuſtentandos que pauperes olim deſignatos: turpiter diſſipari atq; abſumi. Hæc atq; talia identidem iactantes ceu no

Muſcę Turriano ſuperſtites filii

Auaricia īm principe pernicioſa

Religionis nefandæ auctores

uí ſacrí & perfectioris cuiuſdam religionis antiſtites multorum animos errorí bus imbuere:ubí uero uulgata res fuit:uirí ac mulieres innumerabiles coiuc re:uoluptates tunc habitæ non ſolum uíní & epularum:ſed promiſcui & ne phandí concubitus mares paſſim fœminis miſcebant nullum pudoris diſcrí men erat:omnia conceſſa quę ad exaturandam libidinem conuenire uidebā tur.Iamq; multitudine ipſa defenſi propalam diſciplinā profiteri:conuenticu la in urbibus & agris haberi:deniq; in omnibus conciliabulis multa in contu meliam ſacerdotū iactari.Secta deinde excitatur legeſq; ſectatoribus propoſi tæ:magna non morum tantum:ſed etiam ſacrorum corruptela. finitimí hac uelut contagione infectí:tum etiam licentia:& illecebris adducti romano ſa cerdotii fortiter & palam contradicere cœperunt ad nouos ritus nefariaque i ſtituta tollenda.Clemens quintus pontifex primū per nuncios nefandí facti auctores & peſtiferę ſectę magiſtros & diſſeminatores admonuit:tū grauius increpare cœpit:& propoſitis diris execratus ad ſanitatem reducere conatus eſt:ut ſcilicet relictis ꝓpudioſis ſacris romano pontifici ſe obnoxios & dediti tios profiterentur.Ingens erat turba atq; eo uecordię & temeritatis uentū ut niſi ui & armis coacti ad reuerentiam romani ſacerdotis:patrumq; recta in ſtituta conuerti uix poſſent.Quare iuſſu pontificis ſublata crux fuit:ad quod ſignum innumerabilis multitudo arma continuo capit. nam pleriq; omnes alpini:quiq; padum atq; Ticinū accolunt chriſtianā fidē pollui:nefandos rit9 induci & maieſtatē pontificiā uiolari indigne ferebant.Expectauere nefarii & audaciſſimí homines uenientē aduerſus ſe exercitū:tandem abundante crucí ferorū multitudine exterriti in montana Nouarienſium refugiūt:ut anguſtiis montium & difficultate uiarum:impeditoq; ſaltu ſe aliquādiu tegerent: Sed undiq; circunſeſſi:neq; inopia rei frumentariæ:nec urgente fame ad deditio nem cōpelíi potuere.uix credibile quanta patientia & conſtantia:quaue ani mí magnitudine alpina frigora:& diuturnam inediam pertulerint:omnibus tandem alimentis defecti occidione miſerandū in modum interire maluerūt: q̄ pœnitentes facti in manus pontificis etiam promiſſa uenia deuenire. Dul cinus & uxor uiui capti ſunt:uercellasq; perducti:atq; mēbratim diſcerpti cre mant̄.In quorū cineres ēt ſęuitū fuit. Poſt nefandí ſacrí ſublatos ſacerdotes extinctisq; iis q cōſcii ſacrilegi conatus fuerāt:Glemēs tūc in Lugdunēſi gal lia agēs Arnaldū cognomine pelagurā in Italiā ad cōponēdas ciuiles diſcor dias:motusq; ſedādos q in lōgobardis & Hetruſcis quottidie oboriebant̄ mit tit.Multæ.n.ciuitates p tyrānidē opreſſę erāt.nā populorū capitanei munici pali continuato magiſterio dominium inter ſuos quiſque obtinuerāt .ſub ſer uitio & ditione Scaligerorum ſtabat uerona:Paſſariní Mantuam Paduā Car rariēſes occuparāt.Mutinæ & Regio Lepidi Eſtēſis impabat:cui9 gētis p ea tpā opes tāt̄æ fuerūt:ut Carolus ſecūd9:cuí cognomē claudo erat Neapolita

norum & Appulorum Rex non infra nobilitatẽ gentis & regii nominis am plitudinẽ existimauerat si Beatricem filiam Actio Estensi in matrimonio cõ iungeret:quas nuptias a Dante sub persona ciapetæ ceu nobilitati familiæ:& maiestati regię parũ conuenientes damnari enarratores poetę dicunt quod uidelicet Carolus nimis se demiserit:sanguinẽ suum uulgauerit:ueterẽ nobili tatem cõtaminauerit:deniq; crudelior in filiam fuerit q̃ in seruas & captiuas barbari piratæ inuenti sint.Non fuit illud Beatricẽ nuptum dare: sed potius uendere:quando ad Caroli opes quæ late patebant si respexerit:uilis & ma xime ignobilis Estensis existimari possit.auariciam Caroli & parũ honestas nuptias uates acerbius taxat.nomen generi supprimit:Carolum aperte lace rat.Estensem Actiũ enarratores explicant:quanq̃ parũ fœlices nuptiæ fuere.

Flisci impie tas

Nam Flisci quẽ Actius ex alia muliere susceperat ægre ferẽs sup sibi nouer cam inductam:dolo circumuentũ patrẽ necat:statimq; Veneto opem feren te:pontem quo Padus iungebatur:occupat.tum arcẽ Thealdi in altero pon tis capite ex aduersum urbi appositam expugnat.At oppidani parricidiũ pe rosi:hominem crudelẽ atq; fœdum quouis supplicio dignũ sibi dominari in digne ferentes:arreptis armis & urbis parte occupata:Romanũ pontificem dominũ conclamant.descendere in aciem ac dimicare de regno cum popula ribus Flisci ausus nõ est:ne tamen rebellionẽ inultam Ferrarienses haberet: ignẽ in tecta iniicit: quo incendio fere dimidia ps urbis conflagrauit. Cæde Actii succensisq; domibus permoti ciues Flisci urbe & principatu pellũt. patriam uero & sua omnia Veneto dedunt.Legatum Pellagura Cardinalis tunc agebat.hic Veneto mandat ut a Ferrariensi abstineat:quãdo in ditionẽ & potestatẽ pontificis urbs ueniisset.Venetus imperata contempsit. hunc di ris & execratiõibus quæ uisi pontificia potestate expiari possent agitare Cle mens cœpit.potitur interea arce Thealdi Venetus:& cum minas & abomi nationes flocifaceret:denunciatio crucis aduersus eam gentẽ facta est: expia tione criminium pro auctoritate summi sacerdotis iis proposita:qui arma ad uersus contumacẽ populum tulissent.quo edicto multi mortales Bononiam coiuere:quin etiam Clemens ipse ut uires Venetorũ comminueret:de Narbo nensi gallia equites in Italiam misit:atq; in proposito perseuerantes sacris in terdicit:publiceq; abominatur. Magnam & amplam mercaturã non solum per uniuersam Europam:sed etiam per Africæ & Asiæ loca maritima gens Veneta exercebat:horum bona & merces prædę exposuit:mercatorũ autem familias perpetuæ seruituti addixit:ut ceu b llo captos diuendi liceret:liber tatemq; pretio redimerent:quo nomine in Galiis atq; Britannis Veneti in genti detrimento affecti fuere. Per eadẽ tempora bellũ ciuile in Hetruscos flagrabat.urbes partim se ipsas cæde & exilio ciuium exhaurire.alię finitimo bello uexatæ in mutuas clades ruerę.Clemens pontifex ad incẽdia extinguẽ

Ferrarienses Ven. se de dunt

Veneti ex cõicãtur.

da cardínales in Italíam míſit. Hetruſcos gibellínos Robertus neapolítanus rex accepta a florẽtino pecunía agitabat. Guelphi Píſtoriã obſeſſam acrius premebant. Cardínales grauía minarí: eoſq; deteſtarí & execrarí quí partes Roberti & Florentinorũ ſequebantur: conſtituta díe qua ſine piaculo arma deponere: & ab obſidíone díſcedere líceret: neue díuerſarũ partiũ urbes & oppída íniuría aut armís laceſſerent. Robertus metu dírarũ legatorum edícto ſtatím paruit: cæteríq; Hetruſcí ab armís & íniuría fínítímorũ quíeuere. Soli Florentíní & Lucẽſes in obſidíõe díutíus perſeuerarunt. utríq; populo ſacrís interdícitur. Iam longíor obſidío aſperęq; res proter inopíam uíctus erant. Coactus Píſtoríenſis deditionem ea conditione paciſcitur: ut exuli Florẽtino & cuícunq; gibellíno íncolumí: & ſine íniuría Píſtoría cedere líceret: promíſſa ípunitate urbs dedít: & ut cõuenerat a re & maleficio pegríní mílites líberí cũ exulíbus abíere. muri ad ſolũ díruti ſunt agrum íter ſe duo populí díuíſere. foſſæ complanantur. íta Píſtoría mœnibus ſubuerſis: amíſſoq; urbís título ín duoꝝ populoꝝ ſeruítute & ditiõe alíquãtíſp mãſit. Cętęꝝ Florẽtínus poſſeſſiõe Lucẽſem fraudat. nãq; ea multítudo quę cuſtodíæ loci relícta erat: noctu atq; íterdíu nũq; ítermíſſo ope foſſam oblímatã repurgat. muros reficít: portas íſtaurat. íta Florẽtínꝰ ſolꝰ Píſtoría potítur. Per eos díes Curtíus Donatus opibꝰ & factiõe potẽs: qa í defendẽda patría ſedulo laborauerat ín díſſenſiõe populí: & cæde cíuíũ Florẽtía eiectus in fuga ſubínde cõfoſſus ínteríít. In ſuſpitionẽ affectatí regní uenerat: & qđ cũ exulíbus aduerſus factiõís ſuę cõmoda ſentíret ſuſpectũ nouandarũ rerũ & ſuís ínfenſum maxíme hoc fecit: qđ Vgotíoní Faſſíolaní fílíam quí nomíní Guelfo ínfeſtiſſímus erat augendę potẽtię gratía in uxorem accepíſſet. Verum Curtíí cædem haud ínultam ínímící habuere. nam ſocer ad obterendas guelforum opes Tarlatos Aretío pulſos ut in patríam reciperentur enixíſſime iuuit. Interea Pelagura contracta igẽtí multítudíne eorum quí cruce ínſígníti partes pontíficís ex profeſſo tuebantur: acceptoq; a Florentínís equítatu Ferrarían aggredí ſtatuit. Oppídaní ad uentu legati & íngentí multítudíne perterrítí cum pręſidíũ arcendo hoſtí nõ ſufficeret: metu etiam execratíonum permotí ín pontíficís gratíam redeunt: ualídumq; Legatí præſídíum recípíunt. ad caſtellum Thealdí atrox pugna facta eſt: ín qua maiorem cladem uenetus accepít: ut neq; uíres nec arma pelagurę ſuſtínere poſſet. decedente ueneto: deductoq; pręſidío arx legato dedít: & haud íta multo poſt Ferraría ín arbítrium & dítionem pontíficís uníuerſa redíít. Recepta Ferraría mítíor fit Clemẽs. íta Veneto culpã ígnoſcit: mox cq; dírís líberat: atq; pace ſupplícíbus data eccleſiaſtíca etíam ſacramenta reſtítuít. Inuenio Galeacium Vícecomítem Matthei fílíum ín hoc bello ſub Pelagura ſtípẽdía meruíſſe: ac fortíter & cum magna gloría cũ hoſte dímicaſſe. haud unq; accepto uulnere a pugna deterrítum: ſed grauíor ſemp aduerſus ho

Curtíus Donatus

Vgutío faſſíolanus.

Tarlatí sretíní

Venetus ferraría pellít.

ſtes inſurgebat:& quod uix credibile uidetur in certamine duobus & uiginti equis ſuffoſſis nūq̄ captiuus:ſed uictor ſemper euaſit. Viri probitatem & animū admiratus Pelagura illū earū & in ſummo honore & p̄tio apud ſe habuit.

Guido Turrianus

Guido interea exemplū patrui ſequutus eos fere urbico magiſtratu imperticbat qui inter finitimos gratia & opibus pollerent: Vicecomitiſq̄ potentiæ emuli infeſtiq̄ fuiſſent:undecunq̄ amicicias focillare:factionis ſtudia renouare:ſocios gratia & beneficiis ad officiū & fidem ſeruandam prouocare.amicicią tamen in primis Scoti colebat.Scotus itē ut perpetua gratia cum Turriano foret:euidentiq̄ ſigno finitimi exiſtimarent ſyncerā fidē:ſanctamq̄ inter utrunq̄ ſocietatē eſſe:domū cum factione ſua reuerſus ſimul ut diuerſæ etiam partis uires diminueret:largiuſq̄ inter ſuos poſſet:ante omnia curauit ut cuſtodia Placentinorum & urbana adminiſtratio biennium Guidoni turriano cōmitteretur.In tutelam igitur & arbitriū Guidonis Placentia traditur:

Paſſarinus Turrianus

Paſſarinusq̄ Turrianus prætor urbi p̄ficitur.Res ſatis firmatæ erant: niſi domo profugi:dum reditū in patriam quærunt:Scotum perturbaſſent.Nam

Vbertus Landus

Vbertus Landus:

Vicecomes Palauicinus

Vicecomes Palauicinus:&

Lancelottus Anguiſſola

Lancelotus Anguiſſola:cæteriq̄ ciues qui ex domeſtico certamine Bobium paulo ante perfugerāt:coacta exulum manu ciuitatē acrius premebant. Cęterū Guido ad otium urbis & concordiam ciuium multa procurabāt:quanq̄ ab armis ciuilibus ceſſari non poterat:niſi in urbē profugi reciperentur:ut ſine diſcrimine factionū ex ęquo ciues uiuerent.utriq̄ igitur & qui domi agebant: & qui patria ciecti fuerant componendi diſſidii atq̄ belli arbitrium Guidoni permittunt.hic ſtatim:exules in ciuitatē recipi ſtatuit:quā rem ægre ferens Scotus ſuos in arma conuocat.Pręfecerat urbi Tignagam Palauicinū Guido.accomodauerat ſe prętori gibellinæ factiōis quidam.peregrinū pręſidium Scoto auerſum erat: impetū tamen Albertus in prætorē facit.atrox pugna editur.in ea opes & libertas factionum uertebantur.mortē oppetere q̄ loco decedere utriq̄ malebant:atq̄ pro domibus & focis concidere:q̄ denuo fugati extra fines oberrare. prætor cum præſidio inſtantibus aduerſariis fortiter reſiſtere.Interficitur Rolandus Barbarubia de gente Landorū: ea cæde prætor conterritus ſtatim fugatur: ita pulſo de principatu Guidone poſt tres menſes & annū ex quo imperium urbis illi permiſſum fuerat: Scotus iuuante factione dominium urbis rurſus obtinuit.exules intra fines patrios oberrātes accerſitis auxiliis uicos & agreſtium tecta ferro & igni impune peruaſtabant.arma & milites ſocii & amici in contraria ſtudia diuiſi utriuſq̄ ſuppeditabant:loca populationibus obnoxia foſſa & uallo muniebantur: ſic Placentinus graui detrimento diutius afflictus eſt.demiſſę etiā per padum naues pontē quo fluuius iunctus erat: diſcutiunt:multiq̄ mortales dum hi hoſtilem impetum arcere: illi tela cōiice re & uim inferre parant:miſerabiliter periere. Interea Franciſcus archiepi-

Placentinæ ſeditiones

Rolandus Barbarubia

ſcopus moritur: cui extemplo prærogatiua ſuorũ tum ſuffragante plebe Caſtonus turrianus ſuffectus fuit: ſacerdotiumq; annuente Neapolione urſino: quẽ ut ſupra oſtendimus: ſanandis ſimultatibus: & tollendis inteſtinis diſcordiis pontifex ad Italos miſerat: occepit: ſtatimq; Bononiam uſq; cũ honeſtiſſimo comitatu profectus eſt: ut Pelagurã ſalutaret: illiq; gratias ageret quod ſibi in confirmando ſacerdotio fauiſſet. Lętus ſalutatione & officio archiepiſcopi legatus: illũ benigne excepit: & aliquandiu honeſte apud ſe habuit. quę res ſuſpectũ Guidoni patruo Caſtonũ reddidit. Verebatur quorſum legati liberalitas tenderet: ad quã ſuſpitionẽ certius quiddã acceſſit. clam enim atq; palam colloquia cũ Galeacio Vicecomite eũ habuiſſe quidam Guidoni nunciarant: ita ex eo fides & gratia apud patrium diminui cœpit. Cæterũ Guido nuper partum regnum non tantũ domeſtico: ſed externo etiam milite in primis munire & defendere annittebat. Per ea tempora habebat cõductitias cateruas alter Guido Delfini gallici filius qui Turrianũ genus ſe contingere iactabat. hunc tum cognationis opinione tum etiã quod dux impiger & militaris negotii non imprudens dicebatur pacto ſtipendio euocat. Exulante Mattheo in Longobardis & liguribus inteſtina odia: domeſticę ſeditiones: ciuilis rabies: & crudelia arma iam pridem inde cœpta dum Romani pontifices cum germanis cęſaribus graues diſcordias & tetra bella diuiſis i factionibus ciuitatibus gerunt: exarſere. Quare uiſum eſt hoc loco quedam paulo altius de factionũ ſcilicet origine repetere: tum quibus auctoribus importuna & funeſta prodierint nomina: unde ciues in excidiũ proprię ſuæ gentis proruerint: tũ gentili ſimultate: aiutaq; durante rabie miſeri filii atq; nepotes ferro cędibus igni atq; rapinis funditus pene ſeſe exhauſerint. Res non ſane uetus propinquum eſt malũ: & graſſante ulciſcendi & regnandi libidine uelut per manus acceptũ: quanq; nullis certis monumẽtis res tradita ſit. Credo maiores cũ litteræ: & ſi inelegantes tamen aliquæ forent: tedio ſubeuntium malorũ neue ea ad poſteros tranſirent minus curioſos in re tetra & funeſtra extitiſſe. Ita forſan putauere poſteritatis otio cõcordię ciuili: & urbiũ tranquillitati conſuli potuiſſe: ſi nulla certa & conſtans facti deteſtabilis memoria maneret. nam quę Bartholus & alter legũ interpres de factionũ origine tradũt: ea non ſolum falſa ſed ineptiſſime commenta fuiſſe dicimus. Diſſerant & reſpondeant ſi diis placet de facti iure ciuilis ſcientiæ ſtudioſi: quotiens uero de facto ambigitur: id alii exquirant & explicent. Diſcordaſſe miſeros ciues & arma in ſe ipſos conuertiſſe ſub primo Federico poſteaq; is romanos pontifices iniuria laceſſere cœpit recentiores hiſtorici tradunt. Tunc plebem ab optimatibus diſceſſiſſe: ea ut uim ac maleficia a ſe propelleret: romano pontifici ſe totam dicauit. ita humilior turba maieſtate ſacerdoti a ui & contumelia potentioꝝ tuta ſtabat. Qui uero nobilitate magnis diuitiis aut armis & longis

Caſtonus Tur. archiepꝰ creatur.

Guido Delfini filius

Gibellinę & Guelfę factionũ origo.

Bartholꝰ reprehẽditꝰ

clientelis in urbibus eminentiores erant:hi ut cęteros obnoxios sibi facerẽt: populariusq; interim imperarent:& sine metu iudciorum: aut pœnæ quicquid libitum foret agere possent:ad recentiorum cęsarũ uires & gratiam respiciebant.porro ea factio quę præsidio pontificis incolumitatẽ & salutẽ suã tuebatur Guelpha appellata fuit:Qui uero opinione & potentia cęsarũ emi nere & regnare studebant:hi Gibellini se appellare uoluere:quę appellatio ab eo Henrico:qui primus germanorũ procerũ suffragiis ad imperiũ euectus ẽ: fluxit.Gibellinus enim dictus est Henricus de uico uidelicet ubi ortus erat.q deinceps secuti sunt Cæsares præter Lotarium:ab hoc Henrico:aut progeni ti fuere:aut eum cognatione legitima contigere . Lotarius gibellinæ familiæ hostis fuit:nomen & appellatio gentis cõsenuisse per undecim Lotarii annos existimabatur:nisi eam renouasset & instauasset In Italia Federic9 iunior: qui gibellinos omnes palam coluit:quotquot a se aduersus edicta & opes põ tificias stetissent.Guelphos nũcupatos quidã tradunt:ab eoꝝ duce qui secun do Conrado in Sicilia primũ tum alibi restitissent:huic Guelfo nomen erat: quo cęso si qui descendentes in Italiã cęsares Romãque subinde petentes nõ modo intra urbes non reciperẽt:sed finibus quoq; arcerẽt eos Guelphos ap pellari inuenio. Verum (ut supra diximus) iuniores historici multa falso & secum dissidentia memoriæ mandant.Quare uix certi quicquã de origine & nomine factionũ affirmare ausim.Res durat Italiæ calamitosa & funerũ ple na.Illud tamen subiiciam me longe ab iis dissentire:qui pestiferæ dissensiõis Federicum Aenobarbum auctorẽ faciunt.nam & si infestus pontifici Federi cus foret:nulla tamen erant inter populos contraria studia:nullæ diuersę uo luntates:neq; factionibus inter se decertabant :sed populariter hi a pontifice stabant:illi cęsarum partes sectabantur .quã rem sic esse abunde testatur for mula Constantiæ pacis quã iuniores iurisconsulti instar legis receepere:socie tatẽ & amicitiam unanimes & idẽ sentiẽtes sine differentia ordinũ :& factio num Longobardi uniuersi Papiensi duntaxat excepto:seruabant: atq; Paci scendę pacis gratia ii Constantiã conuenere:qui triginta antea annis fœdus inter se percusserant:Federicũq; ipsum acrem & inexorabilẽ Alexandri hostẽ acie aliquando uicerant:& transalpes fugauerant:neq; post mortẽ Alexãdri dissolui ea societas:aut dissociari animi potuere.Sed in annalibus & actis ur biũ hæc nomina imperante Aenobarbo nequaq̃ legimus.Designatus ad im periũ uiuente & annuente patre Henricus Siciliam quã dotalem per Constã tiam uxorem habuerat libidinose & crudeliter uexare cœpit.deum tẽpla or namentis spoliauit:Celestinoq; pontifici infestus filiũ reliquit quadrimum: quẽ Rogeriũ Federicũ nominauit:ut uidelicet duplici nomine maternũ pa ternũq; auum unde progenitus erat testaretur. Mortuo Henrico Philippus primum :tum Otho ad imperium designantur. Honorius pontifex Othoni

iratus Rogeriũ Federicũ iam imperii maturum depoſito Othone regni titulo: & imperialibus ornamẽtis exornat: qui ſimul atq; imperiũ adeptus eſt. ab auo non degenerans Honoriũ armis & graui contumelia laceſſit: mox inſolens & grauis tyrannus paterni ſacrilegii hæres tẽplorũ iura & reddítus uſurpat. Gregoriũ celeſtinũ & Innocentiũ bello: & quibus potuit iniuriis affecit. Immanis ſane Barbarus: quippe qui amplitudinẽ Pontificiam uiolare nunquã deſtitit. Tunc uigure odia: cœpta diſſidia aucta ſunt: & recenti iniuria irritatis animis eo domeſticus furor atq; ſæuitia progreſſa eſt: ut miſeri mortales abiecta ea caritate: quã ſanguis & patria ingenerauit humanitatis penitus oblíti atrociuſq; feræ inter ſe dimicarunt: non uictoria cõtenti: aut inimicorum exitio ſatiati niſi iis cũ tota prole extinctis qui diuerſa ſenſiſſẽt. tũc ferox & impotens barbarus quocunq; in populo eos diſcerni uoluit qui ſuæ quiue pontificiç factionis forent. unde conſuetudo tenuit: ut in omni negotio publico nihil citra factionũ diſcrimina geratur. quæ exitialis conſuetudo fere in urbibus oppidis & prefecturis Italiæ in hęc uſq; tempora durat. Hæc aũt peſtis & pertinax hic animorũ habitus ab Hetruſcis primũ cœpit: gens ea ſedicionibus & domeſticis armis iam inde agitata: exquo romanus populus bella in Hetruria fecit. Scribit Liuius in decimo ab urbe condita Hetruſcos ab Aretinorũ ſedicionũ exorto motu de rebellione cogitaſſe. Tunc Aretio genus Liciniũ prępotẽs ob diuitiarũ inuidiam armis popularum patria eiectũ fuit: neq; Hetruria ipſa prius ab romano dictatore pacari: Aretinorũq; ſeditiões componi potuere: q̃ gens Licinia cum plebe in gratia reducta fuit. Sed piſtorii poſt mille & quingentos ferme annos Cancellarii & panciatici auſpicatiora in cladem Italiæ ſeminaria (quod equidem nollẽ) diſſenſionũ & ciuilium armorũ dedere. Quo furore Volaterani: Miniatenſes: Aretini & Lucenſes acti qui contraria ſenſiſſent eos patria eiecere. Tum prę impotenti ira efferati & Vicinorũ cognatorumq; ſanguine ſemel inquinati: miili ętati parcẽtes domos ad ſolum diruerunt. nihil non tam crudele & atrox erat quod ad internitionẽ aduerſariorũ non aggrederentur. Iam morbus p uniuerſam ſparſus Italiam dominabatur: tunc uelut digladiantium par utraq; factio & uires ſuas expiret. ad Parmã ueluti in arena ogredi & depugnare uoluerũt. Supior fuit Gregorius Montelongus. Superbus & crudelis barbarus ex inſperato uictus turpiter ex Longobardis fugatur. Hoc loco mediolanenſi iure gratulari licet in contrarias uoluntates cæteræ ciuitates diſtractæ erant: & pro diuerſo animorũ habitu arma tractabant: Soli Mediolanenſes unanimes per ea tẽpora nulla domeſtica diſſenſióc agitati propriæ ſaluti & libertati operati nullis conditionibus barbaro conciliari potuere. imo uero his ſe applicabant: q ferũ & ſacrilegũ hominẽ infenſum: habuiſſent. memores erant cladis ab auo acceptę: cuius ferociã & immanitatẽ in nepote agnoſcebant. Ergo tum recẽ

Factionum origo Hetruſci

ti patrię excidio:tum exultantis iuuenis ſuperbia ſubſidia obſeſſo legato Mediolanēſis ſubmiſit.Sed nunquid per fraudem filii in Appulis enecto Federi co ſimultates & inteſtina odia quieuere aut ad concordiā & ſanitatē reuerſi ſunt Itali? minime ſane.Grauior tunc domi diſcordia oborta in reponendaq; iniuria magis mentes exarſere.In Italiam deſcendit Conradus ut pater uide licet opes reciperet:atq; in Appulos tranſmiſſus per inſidias a fratre occidit. ita duplici parricidio Manfredus Siculis & Calabris potitur. Ad huius fidē atq; præſidium Gibellini ex Hetruria Guelforū armis fatigati confugiunt. hos primū a ſe cum exiguis copiis dimiſit. Verū cum in ſuos ſęuitum fuiſſe ægerrime ferret:maiora auxilia protinus ſummittit.Guelfi acie uicti Florētiā deſerunt.Gibellini patriā defenſore uacuā ingreſſi:de illa euertenda conſulta runt:tunc animū & ab odio atq; ira inuictum Farinata Vbertus pręſtitit:in uindictam & exiliū direpta bona ab aduerſariis exacuebant. ciuili pręterea ſanguine commaculatus in ruinā urbis ruere debuit.prævaluit tamē patrius amor unusq; interceſſit:quominus pronis & accēſis ad excidiū exulibus pulcherrima Hetruſcorum ciuitas ſubuerteretur.In Manfredi poteſtatē & ditionem Hetruria omnis deuenit:regis præſidio nixi Gibellini in nomen Guelfum debaccabantur.nullus damnis & exilia modus.ipſe quoq; Māfredus ea uictoria & nouo regno elatus pro patris & aui licentia atq; auaricia templa ſpoliat:& ſine ullo pudore aut numinis reuerentia redditus uſurpat.contempta adhuc ſummi pontificis auctoritate:ſacerdotia quatenus ſuæ ditiōis erāt adminiſtrare uoluit.& niſi res eccleſiaſtica ad nutum : & ad uoluntatē ſuam omnis facta fuiſſet:exempla & cruciatus in eos edere qui imperia detrectaſſent. Temerarii hominis & impii tyranni iniurias & ſacrilegia Vrbanus tertius (ut ſupra diximus) non ferens:ſimul etiā factioni pontificię metuens: quę in dies creſcentibus æmulorum uiribus minui exiſtimabatur ad peregrina arma conuertitur:Carolumq; Ludouici Francorū regis fratrē magnis oblatis conditionibus ad ſe uocat.Iam de Narbonenſi gallia copię in Hetruriā peruenerant.Moritur inter hæc Vrbanus:cui ſuffectus Clemens itidē Carolum hortatur ut in hoſtē publicum inuehatur. conflixere reges Manfredoq; in pugna occiſo regnum Sicilię & Calabrorū Carolus ſtatim obtinuit:mox Conradinus Federici nepos uocatu gibellinorū alpes tranſgreſſus Romam annitente aui factione deducitur:inuitoq; pontifice imperator conſalutatur tum in Carolū inuectus prœlio uincitur & ſine ullo maiorū reſpectu mox ſecuri percutitur.In uictoris Caroli tutelam & fidē omnis pōtificia factio ſe dedidit.Siculi interea ſuperbiam auariciā & ſolutiorē gallicę gentis cupiditatē non ferentes:conſtituta die gallos nihil tale timentes ſinguli ſuos adorti ad unū obtruncant:inſulāq; & ſua Petro Aragonię regi:cui Cōſtantia Manfredi filia nupſerat:dedunt.De regno inſulę certatū eſt diutius.Pontifices a Ca

Manfredus ſacrilegus & paricida

Carolus Appulię rex

Galli in Sicilia trucidati

rolo ſtabant. Petrus quod uxoris hęreditariũ erat: id ſe uindicare aiebat. tandẽ conuenere ut ſingulari certamine cõtrouerſia & bellũ tolleretur: locus pugnę ad Burdegalã deligit̃. Arago cũ ſuſpecta & infida omnia cerneret de cõditiõe loci multa cauſatus in certamen non ꝓdiit. Capitur interea iunior Carolus. Martinus pontifex indignũ ratus Petrum pontificalibus iuſſis nõ parere illũ non modo publice execratus eſt: ſed ꝓ auctoritate & iure ſacerdotii alterum Carolum ex Francorum rege ꝓgenitum Aragoniæ dominum creat. Carolus captiuitate filii męſtior dum in comparando milite intentius operatur iteriit. Poſt mortẽ patris Carolus cognomine Claudus regnat eosq; omnes qui ſub patrocinium & protectionẽ parentis ſe tradiderant: quibuſcũq; rebus poteſt in perniciem aduerſariorum iuuat. quo tempore Bonifacius octauus recentiũ legum conditor Gibelini nominis ex profeſſo hoſtis: contra q̃ ſacerdotii p̃fectura & religionis pietas expoſcebat uerba peſtifera protulit. Initio magni ie iunii cum genibus nixi atq; cernui miſeriam noſtram inſperſo ſup capite cinere. ſummus ille pontifex puluere ob Porchetæ Spinolę occulos (hoc genuenſi archiepiſcopo nomen erat) infuſo: hæc ſubiecit. memento homo quod Gibellinus es: & cũ Gibellinis in puluerem reuerteris. Sub hoc ſacerdotum principe ad annos mille trecentum idem piſtorienſis populus diſcordiarum ciuiliũ malorum ſator & auctor: iterum noua concitata ſeditione Hetruriam in contraria ſtudia: diſcordesq; uoluntates impulit: nouisque inditis nominibus: hi albi: illi nigri in tumultu ciuili uocitati ſunt. Gliſcente domi certamine Florentiani utriq; uenerunt: ut ſcilicet ꝓ arbitrio potẽtis populi: quem cõem amicũ putabant domeſticæ controuerſiæ cõponerent̃. Verum ut noſter animus i cognitione cauſarũ & dũ lites adiudicamus modo huic modo illi eſt propẽſior diſceptator ille populus cõtagione infectus bifariã & ipſe ſcindit̃ ita funeſta orta diſſenſio: crudeleq; certamen inter ciues ſuſcitat̃ domo & patria pellun tur albi quorum ẽt bona publicata fuere. noui exules partim profugo gibellino adhæſere: alii in ꝓpinquas urbes. uicinaq; oppida demigrãtes quęrẽdę dũ taxat rei. tuẽdæq; uitę occupati factionis atq; cuilis ambitiõis obliti queuere. Carolus Philippi francorũ regis frater: cui cognomẽ ſine terra Romã petẽs Florentiã forte diuerterat: & dum furorẽ domeſticũ ſedare tẽtat: nigros ſecutus: ut pars altera patria eiiceretur auctor fuit. huius perfidiã Dantes cõqueritur & accuſat (in nũero alborũ fuit poeta) & proide domo fugatus plus uiginti annos errabũdus & egẽs alienis impẽſis uitã egit. Vnũ ego hic ſubiiciã quod forſan in aliã partẽ atq; dicã plurimi acci piẽt: me nõ parum mirari duos integerrimos homines Dominicũ Calagurritanũ Frãciſcũ Picẽtẽ ſiue umbrũ diuino ſuffragãte ſpiritu duaꝝ fraternitatũ fundatores & principes cũ ſuo tempore hæ peſtes pullularent: ſęuoq; urgente tyranno urbes rapinis fuga & cæde ciuium exhaurirentur naſcenti malo non interceſſiſſe: & ut erant

Piſtorienſes factiones

S. Dominicus & Franciſcus fugillantur

intrepidi morum censores & graues criminum obiurgatores eos in primis ēt coram animose corripere debebant:qui ciuili sanguine cōmaculati miseras ci uitates funditus perdere nitebantur.hoc perfectionis christianæ intererat:hoc animos infectos & semper nouo uulnere exacerbatos mitigasset:his interpre tibus &(ut sic dicam)arbitris in sinceram & ppetuam gratiam reditum fo ret.hoc deniq; caritatis erat opus:quam christus humani generis redēptor in primis:ut colerent:discipulis mandauit: profecto enim excisę penitus radices morbi funestissimi fuissent.Sed ideo deterritos sanctissimos uiros puto ne qđ officii sui erat aperte & propalam factiosos criminarent̄:propterea quod reli gionis principes & rerum domini dum uterq; suæ dicionis Italiam facere ten tat:ciuitates in domesticas dissensiones funestaq; bella impellebant.ita neces se erat alterutrum offendere:atq; interim romano pastori liberius contradice re quod non sine piaculo & religionis macula tētassent.hæc & talia ueriti offi cio se satisfacturos putauere:si bonorum cōuenticula:& fraternitates siue col legia excitassent:sectatores hortati ut sęculo renunciantes nudi & inopes chri stum amplecterentur.ita salutari exemplo uel taciti ad cōcordiam & charita tē miseros tunc mortales in se ipsos desęuientes a cędibus & uindictæ studio auertissent.Sed proh dolor religiosi postea uiri qui a turba secesserant remoti uidelicet a rerum commertio partim uelut contagio quodam correpti ad ci uilia certamina animos applicarunt.alii ut longius a conspectu tot malorū & seditionum procella se subducerent in tranquillissimo portu transalpes philo sophantes non tam speculationi altissimarum rerum q̄ friuolis questionibus & captiunculis quibusdam uacabant quanto conducibilius fuisset:si extir pandis odiis domestico furori sanando operati fuissent:a quorum institutis & inueterata corruptela duo integerrimi uiri & usq; in senīū acres ēt scelerū ob iurgatores tū indefessi recte uiuendi p̄ceptores Vincentius Hispanus:& Ber nardinus Senensis longe abfuere . Nō solum lapsas & umbratiles religiones aliqua ex parte ad bonos mores & uera patrū istituta hi reuocarūt:Sed quo magis efferati animi cędibus & rapinis gaudebāt eo uiri sanctissimi forti9 & cōstantius repugnabāt.Inter gladios cruore adhuc madidos incurrentes sine metu supplicii aut mortis in eos inuehebātur:qui p sanguinē & suorū cædes regnū quęrerēt.Fremāt licet cæteri qui cōtemplādis cœlestibus se totos dica uere:si ueri rerū estimatores esse uolumus exutā feritatē:mites animos tranql litatē domesticā:ciuilē cōcordiā:& eā religionē:qua deū pie & sincera mente colimus:tum si quę sine fraude recōciliata iter populos gratia durat.Hęc om nia Bernardino & Vincētio accepta facere debemus.digni cœlo uiri:& uelut dei a posteris colendi. Sed ad institutum reuertamur. Post iuniorē in ap pulis sublatū Federicū:designati in Germania cęsares partim prę ignauia osci tantes:partim uicinorū bellis impliciti:neglecta Italia:umbra & imagine im-

Vincentius Bernadinus

perii fruebant. Romani uero pontifices galliis oblectati: rem pontificiam per ꝓcuratores administrari in Italia contenti erant. pastore destituti & regni moderatore Itali homines domestica arma semel capientes in se ipsos ubiq; ruere atq; sęuire. Duo Caroli pontificiam factiouem enixissime defendebant. Tũ Robertus patris & aui regno potitus Guelfi nominis signifer atq; protector: pōtificis etiam auctoritate uallatus: magnisq; copiis succinctus ea tempestate Ligures & longobardos longa discordia & perpetuis incōmodis domi exagitatos sollicitabat. In alterã factionem minacem & infestũ animum gerens triginta & amplius annos ciuitates ab intestinis malis & externo uulnere quietas esse non permittebat. huiꝰ uires & impetus Mattheus Vicecomes primũ sustinuit: tum filii & nepos ex omni Liguria Lōgobardorumq; finibus expulere. Consenuerat uetus societas: qua Cisalpini populi externam uim propulsabant: libertatemq; suam tuebantur. dissolutę confederationes erant. nihil in medium ob contraria studia: diuersasq; uoluntates cōsulebatur. Peregrino regi omnia obnoxia. fugerat ille consularis magistratus: cui cęteri socii parerēt: & cuius nutu atq; iussu rapta repeti: bellaq; raptori indici solebant. Duo interim aut quatuor & quinq; ad summũ uicinu populi societatem inter se constituebant: magis ut factionis uires & opes fouerent q̄ ut mutuo prędidio incolumes essent. Post Constantiæ temporariã pacem: qua Longobardi se dediti tios priori Federico atque Hērico filio ad tēpus professi sunt. Durabat adhuc uetus illa societas. prętores tunc primum urbibus impositi iussu populi: & ex municipali iure & ordine disceptantes iudicia litiganti ex ęquo reddebant. deinde magister populi ad libertatem uidelicet & cōmoda plebis ꝓcurāda creabatur. hunc capitaneum dixere. ita triplici magistratu cōsulibus duobus: ꝓtore: & populi p̄fecto publica negotia administrabant: militiam tñ summopere colebant: domesticum magis q̄ peregrinum præsidium domi alentes: cui ex uectigalibus portoriis & aliunde confecta pecunia stipendia persoluebantur. Semper in armis stabant: tuendis finibus appositi. Verum ut castrensis est fri uola fides: mobilesq; militantiũ animi: & plus habēdi cupiditate in rapinas & iniuriã proni: in patriã sæpe coniurarunt: atq; interim uicino tyranno auro libertatē ꝓdidere: mœnibus & patria cedētes: hostiliaq; ausi agros tantisꝑ populabant: donec aucto stipēdio uel noua cōditione cũ popularibus recōciliarent. Secũdi erāt urbani milites in omni publica administratiōe nomē ab eo deo sortiti in cuius tutela ciuitas posita foret. Hinc mediolani robustoq; societas Ambrosii: Alexādriæ Petri appellationē sortita fuit. In oī ciuili dissidio atq; certamine magni momēti erat hic miles. triplex itaq; erat i urbibꝰ ordo. nobilitas: miles: & plebes. gēs scilicet ifima & sedētaria multitudo. Nō absimilis fuit hæc rerũ ꝓcuratio grecię amphyctōibꝰ: nũc ēt Antuates: Sedũi Veragri & id genus alpinę gentes hoc statu rerum & pertinaci societate atque ami-

cicia libertatem ſuã tutantur aduerſus uicinorum regũ impetus et arma ſem per inuicti formidoloſi cęteris:finitimos plerunq; ſine dimicatione ad quaſcũ q; uoluerint conditiones compellunt.Sed fœdera antiqua:& ſanctu m ſocieta tis nomen:ac indiſſolubile illud uinculum primus labefactauit :concuſſit at- q; diſſoluit:& concordes atq; idem ſentientes Lõgobardos in domeſticas diſ ſenſiões:ciuiliaq; odia & arma traduxit ut ſupra diximus Federicus iunior ſub Canſtantia matre educatus impietatis:atq; ſæuitiæ:tum paternæ ſuperbię at q; rapinę hæres.tunc obortis ſeditionibus in bella impia ꝓruentes miſeræ ci- uitates romano etiam pontifice inteſtina damna fouente exhauſtę pœne ſunt Florẽtinus huius peſtis fons & origo uniuerſos pœne Hetruſcos ad partium ſtudia inteſtinaq; certamina cęde & exilio ciuium lætatus compulit Carolus quem urbanus utſupra diximus aduerſus Manfredi arma acciuerat duplici ui ctoria eo ſuperbiæ & arrogantiæ progreſſus eſt:ut deditione Hetruſcorũ non contentus:Lõgobardos Ligures Salaſſos & cæteras ſubalpinas gẽtes aggreſ ſus fuerit.Conciliauerat ſibi earum gentium principes iam inde cum ex alpi bus copias in Appulos trãſmitteret.nam ex itinere Caroli ductores ei factio ni auxilio fuerant:quæ Cæſarum uotis & potentiæ aduerſabatur.ꝑterea haud pauci ex urbium pręfectura dum magiſtratus cõtinuant uiam ad regnum pa rauere.hi regis pręſidio nixi cum potẽtatus æmulos patria eiicerent regis ami cicia res firmare conabantur ita pleriq; diſcordes populi & domeſtica conten tione iactati:ut quietem ab inteſtinis incomodis compararent.aut Carolis ſe dediderunt aut in eorum fidem & amicitiam ſua committebant.Florebat ea tempeſtate inter eos Ligures qui cis Appenninum accolunt Gulielmus mar chio montiſferrati.uetus erat illi nobilitas affinitates ſplendidiſſimę armis & rebus magnifice geſtis celebris & finitimis omnibus metuendus.Caroli opi- bus perpetuo & fortiter reſiſtens hic de imperio cum uicecomite aliquando prœlio dimicauit Vercellas Alexãdriam:Dertonam.Nouariam & poſtremo Papienſes ditionis ſuę fecerat:fœdus & arma metu tyranni quidam conſocia uerant:& niſi ab Alexandrinis circunuentus fuiſſet:profecto enim regnum in Longobardis is obtinuiſſet .Actiolinus in Venetis ſęuiſſimam tyrannidem exercuit:iunioris Federici commilito expeditionũ ſoc us:& poſt illius mortẽ Gibellinæ factiõis aſſertor etiam defenſor ſęuus & acer fuit.qua tempeſtate Doſſius Douarienſis Cremonam Vbertus Palauicinus Parmam & Placen- tiã oppſſerãt:neq; ſatis tuti ſibi niſi ꝑ diuerſa populariũ ſtudia:ciuileſq; furoreſ uidebant.Comites q de Sãcto bõifacio appellant Guelfam factionẽ ãplexa ti ꝑtes põtificis ſectabant.hos Verõa & pricipatu.Scaligeri exturbauer quo rũ Maſtinꝰ poſteaq; regnũ adeptꝰ iter Veronẽſes fuit:Guelfis ifeſtꝰ nõ priꝰ ab exilio cęde rapinis domorũ ſubuerſiõe deſtitit:q; eos fere oẽs ſuſtulit:q; di- uitiis potentia & maiorũ opinione & nomine inter ęteros pollerent.Succeſ-

Comites de Sancto bo- nifacio

fere Albertus & Bartholomeus utriq; Scaligeri. hi partium ſtudio & munien dę tyrannidis gratia fugandis ciuibus & cędibus modum nullum fecere. Nó minor fuit ſub Pinamonte tyranno Mantuanorum calamitas. uſum equorũ iis interdixerat qui diuerſa ſenſiſſent. capitale erat equos conſcendere: & niſi ad eius nutum atq; arbitrium cuncta tam priuata q̃ publica geſta fuiſſent cõ tinuo horrendos cruciatus in aduerſarios edere. Ita gibellina factio Mantuam obtinuit. Poſt tyranni obitum dum fratres regnum obtinere conantnr i mu tuas cędes proruerunt. In hoc fere Longobardorum annales conſentiunt: & ita eſſe Gulielmus uentura qui ciuilibus & externis per ea tempora bellis in terfuit: tradit. Cremonam hic morbus atrociter inuaſit: grauia fuere inteſtina uulnera. incredibilis profugorum multitudo. nã eiecto Doſſio Douarienſi ſub annos domini. Mcclx. Gibellini nominis circiter decem milia patria emigra uere: qui alias ſedes: aliudq; domicilium quererent. horũ filii atq; nepotes aris & focis extorres poſt annos quinquaginta ſub Henrico ſeptimo in patriã re ſtituti ſunt: neq; ſatiari cęde & exilio tot uirorum rabies potuit: niſi arces & te cta in agris aduerſariorum ſuccenderent: ad ſolumque diruerent. Bononien ſium calamitates per domeſticas contentiones inteſtinaq; arma grauiſſimæ fuere. tãdem pulſis Lambertinis & Aſinellis penes plebeios qui Guelfum no men profitebantur ſumma rerum manſit. Cæterę fere Longobardorum ciui tates & oppida in quibus inexpiabile uigebat odium: Caroliq; eos ſummiſſis auxiliis in diſſenſionem & pugnam urgerent: exitiali furore armisq; domeſti cis detrimenta undecunq; pene ad excidium accepere. Haſtam ciuitatem aut iuris & poteſtatis ſuę ut faceret: aut amicã & ſociam haberet Carolus in pri mis laborabat. Inter Haſtenſes duæ ueteres & opulentæ familiæ de principa tu urbis contendentes gentili ſanguine & cędibus fædatæ ad ulciſcendas in iurias irritatis animis in nouas ſocietates coibant: Gutuarius Solariis impar eos ſecum pertraxit: quibus opes timori & inuidię erant conflatę: ſocietati in ditum nomen Bechintinere. intra mœnia continuo decertatur: atque in area diui Secundi quem urbis patronum Haſtenſis magnifice colit: Ingens ſtra ges: dum cedere loco uterq; turpe & periculoſum putat: peracta eſt. Conſue tudine armorũ & multitudine cedium efferati animi a detrimentis & atroci tate maleficiorũ deſiſtere nequaq̃ poterãt. ſociorũ calamitatẽ miſerati Papien ſes legatos mittunt: quorũ oratiõe & opera primũ mitigatę mẽtes fuere: mox remiſſis iniuriis in gratiam reditum eſt. Opulenta tunc Haſta mercatura & diuturno trãſalpes fœnore erat: ſic domi inſtructos milites patos ſemp hẽbat: externũq; p̃ſidiũ copioſe effuſa pecunia cõducebat: atq; interim fœdera & in ducias auro ab regib9 & hoſte redimere. Albẽſes iniuriis uicinorũ laceſſiti & dãnis tũ ẽt armis a rege uexati in Caroli fidẽ & poteſtatẽ deueniunt. Albę p̃ fectus regius cum ualido preſidio plurimũ agebat. uicinas urbes ĩ regis ami

Factionum mala.

Gutuarii

ciciam ſollicitabat.Si qui uero populi ciuili contentione agitabãtur:iis primũ ſuppetias ferre:quos ad regis arma & opinionem reſpicere animaduertiſſet. tum aut fugatis aduerſariis:aut per cauſam componendi certaminis alios in iura & arbitrium Caroli traducebat.Alexandrini noua ciuitas ex romanorũ coloniis ędificata pro uetere romanę gentis diſſidio plebe a patribus diſſentiente primum agitati ſunt:tum per impia iunioris Federici arma ipſi quoq; ut cæteri Longobardi in factiones diuiſi: ita duplici diſcordia & biſariam pugnantibus animis inter ordines de adminiſtranda repu. hoc eſt plebeii ne an nobiles res urbis gubernarent:tum uero de principatu per factiones crudeliſſime decertatum fuit.exules Alexandrinos Haſtenſis pecuniis commeatu & militibus magis in excidium patrię q̃ ut fugatis aduerſariis in ſua reſtitueren tur:iuuabant.magni momenti Alexandrinus imperia iter ſuos quærenti erat ciuitas populo frequens ut quæuis alia & quia fines anguſti erant continẽter cum uicinis bella gerebant paucis iugeribus contentus quiſq; ſatis uidebatur is ſibi locuples ſi hęrediolum quod maiores in diuiſione agri accepiſſent:id ſeruaſſet.in omni uetere Longobardorum ſocietate Alexandrinus coiuiſſe legitur:atq; utinam externo implicitus ſemper bello fuiſſet nunq̃ in ſe miſeri ciues totiens & tam crudeliter manus & impia arma obuertiſſent.Papienſi ciuiles motus gentiliaq; incommoda primum domeſtici milites importarunt:& per cos in plebem arma mota fuere.Tunc diſſidentes a patribus plebeii Ioanno num Bechariam ſibi pręfectum faciunt:quo ductore cum militibus continuo decertarunt:quos patria eiiciunt.qua iniuria grauius irritati milites atq; finibus oberrantes aduerſarios quoſcunq; nacti erant alios ſpoliare:alios pulſare & occidere:uicos præterea & caſtella inuadentes hoſtiliter diripiebant: ferro & igni cuncta uaſtantes.Haſtenſes ut gratiam benemeritis ſociis referrent per legatos & diſcordiam & ciuilia certamina componere tentarunt.Sed plebes uiribus & armis ſuperior nunq̃ bona fide in graciam cũ milite redire:potuit:ingentem multitudinem ſtipendiis Papienſium meruiſſe tunc legimus. Scribit idem Ventura Haſtenſis ſe uidiſſe aliquando quinq; hominum milia quos ſua pecunia Papienſis conductos in armis haberet:& ſiue domo fugati: ſiue nouandarum rerum gratia aduerſus populares coniuraſſent intolerabili detrimento Papiam afficiebant.per quæ item tempora Haſtenſes & Papienſes metu Caroli regis qui bello & iniuriis Gulielmum marchiõem laceſſebat: uires cum eodem & arma conſociant:uerebantur ſi quidem ne debellato Gulielmo ipſi deinde in dicionẽ & ſeruitutẽ regis cõpellerẽtur. Non pmittebat qctos uicinos eẽ Carolus quos ſi nõ armis palã fatigabat:fraudibus & dolis adoriebatur.Maritimi Ligures gẽs diſcordioſa tũc maxĩe iter ſe cõtendebãt iam inde factionibus decertãtes ex quo Federicũ iuniorem Innocentius quartus proter continentes iniurias & perpetua maleficia uocatis in conciliũ pa-

Ioãnon⁹ Bechariã

tribus Lugduni imperiali iure & cęsarum ornamentis priuauit. Tunc qui Federici partes sectabantur Genuæ Mascarati:pars illis oppositа:Rampini appellati:quanq̃ sunt qui tradant post Federici mortẽ Innocentiũ claborasse:ut Genua profugi in patriã restituerentur:quorũ damna ut emẽdaret pecunias etiã liberaliter exposuit. Et quia Ligures iu nostra usque tempora perpetuo motu domesticisq; armis iactantur:nõ ab re erit quibus magistratibus atq; pręfecturis publica illorũ negotia administrata fuerint: tum uero grassante intestino morbo:peregrino quanq̃ hoste uexati ab domestico certamine nunq̃ cessauerint:exponere. Ad annos domini mille ducẽtos sub consulari imperio res genuensiũ stetit:ĩ magistratu urbico quatuor annui p̃ficiebant cõsules circũacto consulatu totidem delecti ciues sufficiebantur. horũ præcipuũ munus erat litigantes audire causas cognoscere:& de controuersiis statuere. penes consules procuratio reipu. annos fere nonaginta mansit:Peregrinũ prętorem annuente Federico primo accepere:id quod uniuersis Longobardorum ciuitatibus idem concessserat. prætoris supremũ ius erat: abs quo prouocatio nulla. unde credo prętoribus potestatis nomen inditũ: quanq̃ olim sub romanis cæsaribus id nomen legamus. Cæterũ hic magistratus & hoc urbicũ imperiũ instabile & nonnunq̃ intermissum uarie quoque iactatũ fuit:ut nũc cõsules:interim prętores ius dicerent sub annos M c c c x viii. Potestates in magistratum perpetuũ quatenus annuæ uices patiebantur uenere. & haud ita multo post indigenam pręsidem qui libertatem tueretur:& commoda populi procuraret crearunt. Inuenio potestates duos genuenses de gente duntaxat patricia domi & foris publicis negotiis aliquando præfectos Sub aduentum Henrici septimi:siue quia prætorum & capitaneorũ pertederet:siue quia annuę magistratuũ ambitiões discordiarum causa essent:duodecim uiris quoq; sex nobiles:& totidẽ plebeii erant:res summa committitur. his additur unus quem abbatẽ siue custodem populi dixere. Post Henrici obitum duplicatur regentiũ numerus ex utraq; gente Viginti quatuor delecti qui urbẽ regerent rursus ad pristinos magistratus reditum est. prętor peregrinus erat. patricii duo pręsides. ciuilia tunc aucta sunt odia. armis uniuersa ora ligustica conflictata est. pulsi genua Spinolę & Auriæ mox qui domi erant ab exulibus obsessi Genuam pontifici Ioanni ita dederunt:ut procuratio penes Robertum regem foret. rege deinde electo tedio pręfectorũ: quorum uices gubernatiõi obesse uidebantur:quidã uero ira magistratus peterent:ut cum imperio libertatem patriæ aduersus plebis commoda usurparent. Ducẽ plebes sibi creat. primus dux Simon Bucanigra. quindecim post annos a Venetis accepta clade Ioanni Vicecomiti archiepiscopo se Genuenses subiecere uix biennio archiepiscopus. tum Galeacius atq; Bernabos fratre progeniti Genua potiuntur. & inde sub ducum imperio Respu. iterũ rediit. duę opulentę familię inter se

Rampini

Genuẽsium respu.

Ptãtis nom̃ unde.

Simon Bucanigra Genuæ primus Dux.

discordes plebeiũ hominem in summo magistratu statuũt popularitati plusq̃ patriciis cõueniret indulgentes. & sane parum quieti & otio ciuitatis prospexere: qui ducẽ non per suffragia populi: sed per factionũ uires & arma creari uoluere. Placentini per discessum militaris turbæ: mox per contrarias uoluntates in seditiones delapsi sunt. Deniq; dominãte ciuili ira & glisc̃ete discordia nullũ non fuit in Gallia cisalpina oppidũ: nulla ciuitas: nulla deniq; gens quę dissentientibus ciuiũ studiis grauia detrimenta nõ sustinuerit. Exulãte Matheo moritur Ioannes marchio montisferrati eius Gulielmi filius qui Alexandrię (ut supra diximus) mortẽ obierat. nulla illi aut uirilis aut femínea stirps fuit. ergo moriens unũ Violãtidis sororis filiũ quencunq; Andronicus pater uoluisset successorẽ regni fecit. Per codicillum scribit Ventura græcũ adolescentem ab auunculo hæredẽ institutũ atq; subinde consensu procerum legatos Constantinopolim missos. Iam Andronicus Theodorũ filium primũ ab ultimo in Italiam mittere parabat: nisi illũ nuncii retardassent: qui a Monteferrato uenientes affirmarunt: Ioannis uxorẽ post uiri obitum aliquid in utero ferre: & proinde filiũ Constantinopoli retineret: quando legitimus rerum successor sperari posset. Ad hæc dubius & suspensus animi Andronicus iam legatos sine filio dimissurus erat. Tunc Iacobus cui cognomen de Sancto Stephano erat: artes sunt hæ inquit Thomę Salucięsis qui te cõmentitio partu deterrere nouaq; fabula eludere nos cogitat: ut uidelicet regnũ hęrede uacuum inuadat: & ceu caducũ excipiat. Ego tantisper nos oratores hic commorari censeo dum eat nuncius qui uterũ reginæ diligentius exploret atq; inde redierit. Placuit consilium Andronico. Mittuntur in Italiam legati qui celeriter in Thraciam reuersi ementita de conceptu reginę omnia renũciant. Tunc lætus Andronicus iis omnibus comparatis quę ad iter necessaria uidebantur Theodorum filiũ in Ligures transmittit. Genuæ prætor Vbertus de Petra papiensis genere erat. Capitanei duo Barnabas Auria: & Opicinus Spinola uterq; splendidis coniugiis & magnæ affinitati inhiabat. Barnabas filiam Thomæ Salucienſi in matrimoniũ dat. Opicinus Theodoro paleologo Argentinã a se progenitam despondet. haud parua ex his nuptiis peregrino homini ad hęreditatem adeundam accesio facta est. Inter Genuẽses Opicinus ea tempestate opibus gratia & hospitiis florebat. Oppida præterea & uicos in Liguribus possidebat. Quare soceri opibus & armis adiutus in Mõtẽferratum Theodorus proficiscitur: primumq; Casale peruenit. adiungitur Theodoro Philipponus Languscus. Vsurparat Saluciorum marchio ad quẽ Hasta profugi confugerant priusq̃ Theodorus in Italiam ueniret cum in tumultu omnia forent: Clauasle. Montem caluum: tum aliquot oppida quę sub dicione Ioannis fuerant. Græco igitur intercedunt: atq; omni ui ne regnum obtineat repugnant. Theodorus milites conducit: atq; ubi iustum exercitum

Factõnes in Cisalpia grauissimę.

Theodorus ex thracia ad mõtisferrati regnũ.

Vbertus de Petra.

coiuisse uidet Pontem Sturæ obsidet:neq; prius discessit q̃ oppidum atq; arcem in potestatem redegit:& haud ita multo post Mombello potitur.Philippus Achaiç princeps forte per ea tẽpora subalpinis populis imperabat cuius etiã nutu atq; arbitrio plurimũ Albæ & Hastę publica negotia gerebantur. hic Theodorũ in colloquium ad locũ quẽ ruptę pontẽ appellant uocauit:& primũ ut erat in omni re dissimulator.& proinde fallax:iuuenẽ amplexus ex osculatur.multa deinde quę Theodoro ad recuperandũ regnum :firmãdasq; eorũ opes qui Hastam tenebant subiecit:fœderaq; inter se faciunt:Hastenses milites Theodoro ut marchionatu potiatur ipse uero præsidia aduersus ires Salucienſis exulumq; arma qui fines patriç infestabant promittit.postri die ad ratificanda fœdera:eaq; omnia exequenda quę pacti fuerant.Hastam itur.tum conuocatis in concionẽ decurionibus de ineũda societate cũ Theodoro ut pridie actum fuerat refertur . Inclinati erant ad societatẽ animi : nisi Philippus contra quam & senserat & loquutus fuerat Theodorum miníme socium adiungi debere suasisset.nullã cum illo fidam & diuturnã societatem mansuram:quando eo sit patriç natus qui pro ingenio & moribus gẽtis nũ q̃ fidus socius aut amicus uerus fuerit.an uiolare inquit uultis iusiurandũ quo fœdera priora sanciuimus. ita enim conuenimus quo tempore ad cõmunem salutem atq; incolumitatẽ consociati fuimus nisi cõmuni cõsensu noua societas nulla ineatur.proinde si uultis duratura fœdera omnino a uobis Theodorus græcus:& peregrinus homo repudietur turbati admodum fuere eorum qui aderant animi.nam qui ex pridiano complexu:blandoq; Philippi sermone sanciri fœdus expectabant . Vnde tam subito mutata uoluntate Theodoro Philippus aduersaretur: mirabantur Dimissa concione Hastenses secũdũ ea quę ad pontem ruptę conuenerant cũ Theodoro societatẽ firmãt.ita Gręcus iuuenis nouo subnixus socio Montem caluũ aggreditur.tuebantur oppidum exules Hastenses:nec nisi obsidione capi poterat.castra itaq; circum locantur:& ad subuertẽdos muros tormenta & machinæ admotæ:obsidio paulo longior processit . per octobrem mensem partẽ oppidi noctu Theodorus ingreditur sperans oppidanos ad deditionẽ compelli .Sed in irritum res cecidit:triduum enim illic frustra commoratus relicta parte quam cœperat abiit. Per decembrẽ autẽ mensem Clauassi arcem nocte deceptis custodibus adortus oppidum obtinuit.tunc sine certamine uicina quędã oppida in potestatem Thodori uenere.Anno insequenti M c c c vii Vheodorus idẽ adiuncto comite Philippono Languſci Lugum obsidere aggreditur .Oppidani cũ obsidionem tolerare nequirent deditionẽ intra quindecim dies nisi subsidio Carolus affuerit:paciscuntur.Audito sociorum discrimine Reinaldus regios milites contrahit.adiungitur ei princeps.& haud longe a uignale (hoc oppido nomen est) castra locant:opemque obsessis ferre temptant.Philipponus ca

Mc ccv ii

ſtris cędere Theodoꝛ & in propinquā arcē ire pſuaſit:ipſe temere in hoſtem inuchitur.gallici milites uim & impetū aduerſariorū fortiter ſuſtinent:graue q; certamen editur.prementē gallū Languſcus cū ferre non poſſet terga dat: acies cōtinuo diſſipatur.dux ipſe capitur:atq; uinctus in Narbonenſem Gal liam tranſmittitur:aliquotq; dies in uinculis habitus eſt. Liberauit eū Opici nus Spinola p condiciōes. Nam Carolo Siculos debellare cupienti triremes remiges:& epibatas Liguſticos rege ſtipēdia ſuppeditante pollicitus eſt:qua ītē conditione Mons caluus & uignale Montisferrati oppida eidē Opicino traduntur:quæ is nomine dotis filiæ auctorata aliquandiu poſſedit.Oppido poritus Spinola eos omnes ſtatim domum reduxit:qui generi partes ſequuti patriaq; eiecti bona quoq; amiſerant . Vrgebat Carolus ſubalpinas gentes nouūq; legatū principio ueris Raimondū nomine in Italiam cum præſidio tranſmiſerat.Regi primū Albenſes tum Haſtenſes parucre.Per Septembrē maiores in Italiam copiæ e Galliis deſcendere: quarū metu Salucienſis mar chio confeſtim oppida quę Carolo patri eripuerat reſtituit:ſeq; regis dediti tium profeſſus eſt. Timuere Haſtenſes Caroli uim quāq; illi obediētes eſſent. quare noua fœdera cum regio præfecto interpoſito iureiurando ineunt . Con uenere ut eos pro hoſte uterq; haberet:qui alteri infeſti eſſent . ita Haſtenſes profugi iis locis continuo ceſſere quę regiæ ditionis eſſent.Rebus in hūc modū compoſitis Rainaldus pręmiſſis copiis ad regē reuertitur.Philippus pau lo ante ex peloponeſo in Italiam cognomen principis Achaiæ reportauerat.

Philippus Achaię prin ceps

fœdera (ut ſupra diximus) cū uicinis populis ita faciebat:ut per ſpeciē ferē dæ opis eorum libertati inſidiaretur .Sed hominē doloſum & plurimis inui ſum per Egidium legatū Carolus pricipatus parte mulctatū ſibi ſubiicit.Nō erat tunc ſimplex in animis Longobardorū & liguꝛ habitus.Terrebat alios Carolus grauis & aſſiduus hoſtis:horrebāt quidam principis dolos & artes: quem agnoſcebant nihil nō moliri atque temptare: ut amiſſarum rerū iactu ram uicinorū detrimentis & ſeruitute emendaret.Studebant non nulli Theo dori rebus:ut auitum regnum quod etiam auūculus legauerat aliquando re cuperaret:& quanq; peregrinus foret:cognatio tamen & matris genus illi nō ſolū ſtudia & fauores proecrū: Sed etiam populariū amorem conciliauerat . Apparebat in eo indoles magni iuſtiq; regis:neq; populos accerſiti ſuceſſo ris pœnitebat.Dū hæc in Liguribus & Longobardis gerūtur:erectiq; eſſent ad noua imperia animi:in germanis Albertus ad faſtigia rerū deſignatus iux ta rheni ripas a fratris filio interficitur.Coiuere ſubinde proceres:ut Cæſarem nouum crearent.diſcordes erant animi ſtudiaq; contraria nec quē unum re bus præponerent ſatis inter ſe conueniebant.Fuere qui dicerent Philippū Frā corum regem imperio dignum eſſe.iamq; in eū quidā inclinabant:res tamē aliquandiu non idē ſentiente collegio extracta fuit.Interea Nicolaus pratēſis

Cardinalis Gibellinę factioni metuens:quam tegere & defendere non ceſſabat Clementē pontificē periculi & ingruentis calamitatis cōmonefecit ſi Philippo cuius animus per recentē Bonifacii offenſam & contumeliam irritatus fuerat rerum ſumma deferatur: neq; eū qui potentiſſimus eſſet a ui & malefi cio temperaturum donec opes & auctoritatem Romani ſacerdotii ita dimi nueret & extenuaret:ut dehinc filii atq; nepotes maieſtati & pontentiæ pon tificum impune illuderc & aduerſari poſſent. Quare ſi ſecuritati ſuę cauerc resq; ſacerdotū incolumes eſſe uelit:ſummū imperium a Philippo auertat:in tercedatq; illorum ſtudiis qui ad potentiſſimum alioquin tyrannū inclinent. Vbi perſuaſum Clementē uidit de Henrico Luciburgi comite ſubiecit.huic paternæ opes haud magnæ ſane erant.Iuſticia prudentiaq; tum rerū geſta & gloria quam natalibus aut gentili regno illuſtrior:quod ſiquę ſit uoluntas pō tificis proceres nouerint:conſenſu omniū facile Henricum Cęſarem creatū iri:qui pontificum imperata obedienter facturus eſſet.prudens & ſalutare ui ſum conſilium atq; confeſtim per internūcios ſuffragiorū dominos hortatur & monet:ut Henrico rerum gubernacula tradant.qui ut pontificis uotis ob ſequerentur:tum etiā quia dignitatis germanæ & ueteris retinendi iuris magnopere intercrat indigenam potiusq̄ aduenam rerum potiri Henricum Romanorum regem creant:

Liber Septimus.

Henricus in Italiā deſcendēs Mediolani ornamēta regia capit:eiectiſq; Turrianis.& Mattheo in procaratione reſtituto Laudē pompeiam recipit.

GEBATVR annus a ſalutifero uirginis partu mileſimus trecenteſimus octauus: quum Henricus pro uetere in ſtituto argenteo diademate in Germania inſignitus: ſtatim uiros:partim illuſtri genere editos:alios ſacerdotio ueneran dos ad Clementē ea tempeſtate Auinione agentem legatos mittit: qui peterent:ut quod Germani principes iuſſiſſent eius pontifex auctor eſſet: atq; ita cū bona illius uenia in Italiam Henricus tranſiret:Romamque imperatoris titulū:atq; nomen eodem auctore accipe ret.Poſtulatis libens Clemens annuit:biennio prędcripto intra quod in Italiā ueniret:quando cęſareæ maieſtatis & ſalutis Italorū plurimum referret q̄ primum eas inuiſere ciuitates:quę germanis cæſaribus obnoxiæ forent. Ferue bant per populos diſcordię:uetera & inteſtina uulnera grauiora in dies renouari:quæ niſi Cæſarum præſentia uix ſanari poſſent: Quatuor e primoribus patrū deſignantur legitimę coronatōis ergo:qui nouū regem alpibus appro Mcccviii

pinquantẽ:magnifice exciperent Romamq; deducerent . Cæterũ Henricus cognito quod Clemẽs electioni annuiſſet:minime cunctandũ ratus: & ſi res graues eũ urgerent:ueritus tñ ne paulo diutius in Germania commorari eũ oporteret:Legatos ad Longobardos & Hetruſcos mittit:qui monerent : ut a ui atq; domeſticis armis deſiſterent : quando hoc in primis curet:ut Italiæ ciuitates depoſito ciuili odio iniuriarũq; oblitę:exules ſuos recipiant: atq; domo fugati cum popularibus in gratiam redeãt.iiſq; promittebat auxilia qui mandatis paruiſſent aduerſus eos qui plus uiribus poſſent .Reſpondiſſe Florentinos ſuperbius neſcio an imprudentius ferunt. Videri ſibi non conuenire ei principi qui pacem & otium Italiæ promittat cum barbaro exercitu ab alpibus deſcendere.De recipiendis autem exulibus tunc commodius tractari ubi Cæſar aduenerit. Aretinos uero:quos Florẽtini urgerent :& iniuriis laceſſerent:bello liberari non conuenire:niſi acceptis Guelphis:qui in tutelã Florẽtini populi ſe tradiderant:neq; hoc ęgre ferre debet imperator:cuius preſidio & auctoritate patria fugati in propria ſua reducti ſæpe fuere . Quare Aretinorum agros & urbem nunq̃ a maleficiis & detrimentis externorum uacaturam:niſi exules qui ad fidem & opẽ Florentini populi cõfugerant in domũ reſtituerẽtur.Imprudenter reſponſum Dantes uates haud illepidus in quadã epiſtola ſcribit:& Florentinos homines alioquin non improuidos: cæcos appellauit.Haud in totum caſſæ & uanæ ceciderunt ab Henrico denunciationes:ſiquid em Tarlati gens Aretina dum externũ ſubſidium expectãt:& propinquo Cęſaris aduentu confiſi:prœlio non nunq̃ cum hoſte decertantes:hoſtilem exercitum finibus cedere coegerunt.Sed Mediolani lõgior & grauior conſultatio fuit.Res Turrianorũ in ſummo periculo & diſcrimine uerti uidebatur:ſi:quod Conſtantiæ epiſcopus petebat:Henricus intra urbẽ receptus foret . Quid enim ſi ferrea corona negata fuiſſet: Inuidiam profecto & odiũ Longobardorum ſubire Turrianus uidebatur.præterea metuebat diuerſæ factionis uires:quę et ſi longo exilio imminutę uidebantnr:tamen multorũ animi ad noua conſilia erecti ſtabant.Incompertum item illi erat ſe an Vicecomitem magis Henricus ſuſciperet atq; defenderet: atq; ita receptus cęſar ſi urbe fugatos ſecum duxiſſet principatu Turrianum deiiceret .His & talibus curis agitatus uicinarũ urbium proceres in concilium accerſit . Sententiæ uarię tunc ac diſſidentes dictæ. Philippus Languſcus quæ magna & perpetua Cęſarum beneficia in gentem ſuam fuiſſent commemorare.tum quantaq; incommoda & detrimenta acciderent:ſi Cęſari non paruerint:cuius nutu atq; iuſſu multos annos res Longobardorum procurata foret . Quid non inquit maiores noſtri ſtipẽdiarii cæſaribus fuere.leges ab eis accepimus.honores & dignitates nobis contulere . Quid non magnam profecto iniuriam nomini cęſareo faciemus:ſi Henricum Romam petentem cũ honore reuerenter nõ

Florẽtini ſuperbę Cęſari reſpondẽt

exceperímus? Contra ſentiebant alíi: atq; Languſcũ parũ libertati populorũ & incolumitati factionis ſuæ conſulere. Quid enim extorres magis optant: q̃ ut cuncta Germanis regibus: quibus Guelphi inuiſi ſunt ſubiiciantur? ut ſcili cet cæſarũ præſidio ſubnixi in principatũ reſtituant: atq; ita acceptas ab inímicis iniurías crudeliter ulciſci ualeant. In hunc ferme modum altercantes ꝓceres concilio cedunt. Guido interea pugnantes uoluntates & contrarías ſententías procerum ſaluti rerum metuens modo in hunc modo in illum obuertens oculos: hæc identidem ſuccłamabat. Cur in medium non conſulitis? cur priuatæ cõmoditati tantum indulgetis? næ ratum nobis celeſte numen conſpicio. fortuna mentes occecat. Duo deinde religioſi uiri inuito Guidone in Germaniã per ſpeciem gratulationis profecti ſunt: qui uoluntatem Hẽrici explorarent: atq; dicerent: Ita demum a cunctis incredibili honore atq; reuerentia exceptum iri: ſi omnibus ęquus ueniat: nulli ſpem aut cauſam nouandarũ rerum faciat? eſſe nonnullos qui præoccupare animum: & gratiam noui cęſaris inire ſtudeant: ut ex illius opinione aut ſi honorifice appellati fuerint: uiam ad regnum inter ſuos comparandum faciant: atq; ita tam publice q̃ priuatæ rei detrimenta ĩportent. Ab Henrico hoc imprimis petiuere: ne patiatur Longobardorum quemq̃ duobus duntaxat exceptis Turriano atq; Languſco ſe amicũ cęſaris palã ꝓfiteri. Cęterũ Henricus cognita pontificis ſententia: per tẽptatisq; Hethruſcorũ & Lõgobardorũ aĩs: priuſq̃ biẽniũ exiret: qd̃ p̃ſcriptũ a Clemẽte fuerat: duo ſibi in primis ꝓpoſuit: ea cõparare quę itineri cũ dignitate pagẽdo idonea forẽt: Alterũ: ut domeſticas opes: quę mediocres erãt: & pinde ĩfirmæ muniret: tũ uero fines affinitate aliqua latius ꝓferret. Ad filíi ita q; nuptías aĩum intẽdit. Frat forte Vinciſlao Boemiorũ regi filia unica Heliſabet noie. Gẽs hęc trãs Danubiũ ĩcolũt. Albi fluuio diſcreti ad Occeanũ ſeptẽtrionalẽ ptinẽt. Deſpõdet puella Ioãni Hẽrici prĩogẽito. reges ãt ita nuptías paciſcuntur: atq; conuenere: ut quãdo nulla uirilis ꝓles Vinciſlao eſſet: regnũ Boemiorũ Lucimburgẽſis iuuenis p uxorẽ dotale poſſideret: Nouarũ opũ adeptione: ſplendidoq; coniugio magna uiriũ acceſſio facta. quo autẽ plus opũ atq; potẽtię quæſiſſe nouus cęſar nunciabatur: eo maiore in metu Turrianus atq; Italię Guelphi erãt. Sollicitabat itẽ Vicecomes: q & ſi inops & exul erat: cõgreſſuſq; hominũ prę pudore fugeret: tamẽ multa cogitare: atq; ẽt circũſpicere: quo cæſaris abſentis amicitiã & gratiã iniret. Itaq; utriuſq; Vicecomitis & Guidonis diſpar uotũ: diſſimuliſq; conatus maximo ĩ negotio erat. Anno q fuit milleſſimus trecẽteſimus nonus calendis octobris Guido Turrianus fa cinus aggreſſus ẽ nouũ: & ſibi gẽtiq; ſuę exitiale. Caſtõus archiep̃s ambigua fide ex his: quę ſupra dixius: erat fratres quoq; oẽs nouandarũ reꝝ ſuſpecti. In unius poteſtate & cuſtodia arx Tritii tenebat: cęteri cũ archiepiſcopo neſcio q̃d noui ꝯſilii tractare uidebant. Opportunos ſuſpicióĩ eos appropiquãs ĩ Ita

1309

Caſtonus archiep̃us ĩ uicula cõiicĩ

liam Henricus:& inuidia perpetuę prȩfecturæ faciebant.Igitur ut opes firma ret:ſecurusq; inſidiarum & propinquorum foret:archiepiſcopum:& tres cum eo fratres:qui pontificali in ęde erant capi iuſſit:atq; uinctos nocte quæ inſe

Guidon⁹ facinus ipotẽs

cuta eſt in arcem Anglerię miſit .Napinus fratrum minimus in aucupiũ forte prodierat.hic ubi fratres a patruo captos audiuit:Tricium uerſus contendit.Guido fugienrem perſequi mandauit.expediti equites Leone duce ad uicum:cui Cinuſculo nomen eſt:deſecuti fuere.Nobiles medici quominus iter ciperetur reſiſtere.Ita iuuenis uno duntaxat miniſtrorum ſaucio Tricium ꝑfugit.Guido oppidum continuo obſideri iubet.Arx erat munitiſſima & ualidum in ea prȩſidium.commodum præterea erat Borgomẽſi amico commeare:tum propinquitate fluminis frumentum arma & cætera tolerãdæ obſidioni opportuna comportare.Captiuitate & uinculis archiepiſcopi tum obſidione duorum fratrum Antonius Fiſſiraga:& philipponus Languſcus:tum cæteri factionis ſtudioſi Mediolanum continuo ueniunt:Guidonem rogant & obteſtant᷑ iram remittat:captiuos relaxet:obſidionem ſoluat.ne Turrianorũ opes funditus perditum eat.Parere recta monentibus is noluit: ino magis in uindictam accendi.Tunc ueritus Fiſſiraga ne furens homo in pueros deſeuiret:impuberes mares pagani & Moſchini filios:quos Guido in uinculis habebat ſecum in Laudem duxit.Obſidio procedebat:arxq; oppugnabatur.Interea Paganus alter patauini ſacerdotii præfectus Mediolanũ uenit. Iterum Fiſſiraga & Languſcus redeunt:Guidonem obſecrant & obteſtantur:hanc ulciſcendi cupiditatem deponat.aliquid uiri ſanguinis & naturę donet . Nefariũ eſſe ẽt regnandi cauſa in eos ſęuire:quos natura coniunctiſſimos nobis fecit: tum reuerentiam tanti ſacerdotii contemnere.immane uero & deteſtabile ſacrorum antiſtitem ceu capitis reum in teterrimo carcere contineri.His precibus ne dicam obiurgationibus magis ad ultionem accendi Guido. hoc commeruiſſe archiepiſcopum & fratres qui in ſuam & filiorum necem & pniciem coniuraſſent:nec ſe:& filios ſaluos:regnumq; tutum & incolume futurum: niſi Caſtonum & Germanos fratres captiuitate ad omne facinus irritatos perpetuo in uinculis teneat.Exacerbauerant alioquin implacabilẽ hominem Pelaguræ execrationes:qui ut nefarium conatum ulciſceretur:urbem ſacris ſe interdicturum minabatur:niſi archiepiſcopus uinculis liberaretur.Pertinax ſtabat in ſententia Guido.nihil propinquorum precibus:& amicorum conſiliis dabat.grauia Legati mandata aſpernari.Tandem timentes Paganus & Fiſſiraga ne prę ipotẽti ira & metu cõiuratioꝛis aſperi⁹ qddã ĩ ſuos is ſtatueret:ita cõuenerẽ:ut recepta Tritii arce Guido Caſtonũ & fratres relaxaret:ſpõſori ſiue ſeq̃ſtro Zõfredo Turrião arce tradita epus cũ fratribus liberant᷑ .Potitus Tritii Guido arcẽ ſubruí fecit:archiepꝰ Laudẽ primum ad Fiſſiragã:inde Bononiam petiit apud Pelaguram aliquot menſes cõmoratus id egit:ut patrui ſa-

crílega rabíes:& temeritas damnata:ímpunita non eſſet:religio nō ſolū afflícta:ſed plane preſenti inſania in eternum polluta uidebatur. Mandauit Pelagura continuo uicinarum urbium epiſcopis:ut Guidonem Mediolani Capitaneum:& duos filios pro eo quod in archiepiſcopum uiolētas manus iniecíſſent:apoſtolicisq; mandatis non paruiſſent:ab aris focis deorum & chriſtíanis cerimoniis excluderent.ſæuos homines atq; feros:religioſi patres adire nō ſunt auſi:uincula:cruciatus & publicationem bonorum his minabatur:ſi quí legati litteras:& mandata in concione recitaſſent. Verum ut ſatiſfeciſſe mandato pontificis uiderent:Comi:Marliani:& cęteris in uicis:atq; oppidis:quæ Mediolano finitima ſunt:palam non ſolum patrem & duos Turriani filios: Sed quicunq; conſilium & operam in capiundo archiepiſcopo preſtiterāt diris ſempiternis atq; execrationibus obligauere.diras Guido cōtempſit: resq; turriana ex eo labi cœpit:ſemperq; ſtudiū ulciſcendæ iniuriæ ī animis uiguit: donec Caſtonus conſociato Vicecomite patruum potentatu deiecit. Cęterū Guido cum uiolato ſacerdotio:& cognatorū fuga ſe inuiſum ciuibus uideret: ut ægras mentes leniret:atriū in dextra palatii parte ædificat:quod duodecim appellationem habuit:quia forſan illuc duodecim uiri publici negotii curatores ceu ædiles conueniant.arcem item Mōtorfani pridem a Mattheo ſubuerſam inſtaurari uoluit.loci opportunitate:tum ualido pręſidio impoſito defendi fines poterant.quod ſi aliquorū fides ambigua aut ſuſpecta arma eo in tractu fuiſſent:facile in officio contineri aut comprimi poterant. Cæterū Mattheus longo iam exilio exhauſtus & egens uitam alienis impenſis:& amicorū liberalitate ęgre ſuſtentās:nihil graui⁹ ferre q̄ qđ præ inopia is deeſſet:quē in Germaniā ad Henricū mitteret.plurimū intereſſe in opes recuperandas :aduerſarios debellādos cognoſcebat:ſi Hēricū priuſq̄ ad Italos aduentaret:aut p̄miſſo obſequio:aut ſignificatōe prompti animi eōciliaſſet.quieſcere in rerū occaſiōe:q̄uis finibus pulſus nō ualebat.indefeſſus & errectus aduerſus oēm impetum fortunę animus ſtabat.Sperabat in calamitate aliquid ſupra cæterorū ſortem:filiorum atq; nepotum fortuna q̄ propria egeſtate mœſtior:cui⁹ patientia quanta foret:& quid calamitoſus ſenex ſpei haberet:tēptaſſe aliquā do Guido ferēt. Poſt fugā:& relictos fines Mattheus ad Veronēſem Canē p̄fugerat:mox turbā & congreſſum hominum deuitans:grauiore urgente cura forſan & meditatōnis gratia in angulū Benaci lacus receſſit.Deſertus erat locus.Senē miſerū & inopē domeſtici & propinqui deſeruerāt.iam ludibrio cūctis eſſe.dies integros Benaci ripis ſolus oberrare retia interim texere atq; piſcari.Calamitate & iopia aduerſarii elat⁹ Guido unū e domeſticis:ut iopi & p̄fugo illuderet:in ueronēſiū fines mittit:q ſolo ī loco Mattheū nactus:ſcire īquit cupit Guido qd nā ſol⁹ hic mediteris & agas.Reſpōdit ſenior.retia tēdo ideo ſolus:ne quis piſcanti obſtrepat.tum ille,en qua uia:& quando redire in

Guido excō municat

Matthei exilium

patriam ſperas? tum Mattheus: eadem qua pulſus ſum: ſed nō priuſq̄ illius fla gitia noſtro (ſi quod eſt) ſcelere pręponderauerint. in præceps tūc ille forſan agetur. ego uero ſublimia repetam. Scribit alius. ſenem hęc ſubiecisſe. tempo ri me accomodo: quam rem Guido tuus agere in tanta calamitate neſciret. Hæc prudentiſſimi ſenis reſponſa ubi Turriano Mediolani renunciata fue runt: exclamaſſe unus ex aſtantibus fertur: omnia Mattheus amiſit. Spem meram atque ſenſum retinuit. proinde miníme contemnendus. Spirat adhuc ad principatum: & regna. Sapienter ad utrunque reſpondit: & futurorum ua tes fuit: Siquidem ſecretum magna meditantem procul ab hominum frequē tia agere oportuit. Poſteauero exuperante Guidonis ſcelere: qui in rerum feli citate temperare ſibi neſciebat: ut infra dicemus: Mattheus in pattiam & re gnum reſtituitur. Ingraueſcebat ętas ultima. ſenem circunſtabant incomoda: non tamen cum aduerſa ita quaſſauerant: ut ad recuperandas opes animum non erigeret: Vir autem deerat: qui noui cæſaris ingenium tractaret: illumq; Vicecomiti ſubinde & exulibus conciliaret. Forte dum peregrinatur Franci

Frācíſcus Garbagna tes

ſcum Garbagnatem offendit. Hic Mediolano pulſus accepta a Turriano gra uiſſima iniuria cędę etiam ſuorum ad ultionem irritatus: uitam pro tēpore do cendo ius ciuile Patauii ſuſtentabat. Hunc Mattheus adit. & quando inquit Franciſce calamitates: miſeriæ que noſtrę finem habebunt? opes: honores: dignitates que omnes cum patria amiſimus. inopes & egeni in alienaterra pe regrinamur. dura uita & acerba conditio nobis eſt. inimici regnant. nobis in ſultant: & miſerię illudunt. De reditu actum eſt: niſi aduentantem in Italiam Cęſarem pręoccupauerimus. Adhuc in ambiguo eſt nos an aduerſarios ma gis ſuſcipiat ac foueat. Duce & moderatore in re tanta nobis opus eſt. noſter erit cęſar ſi primi eum occupabimus: cuius fauore & auctoritate ſine cędę & ſanguine domū redibimus. Sic cōem ſortē miſerādo uirū uindictę alioqn aui dū: ut i germaniā ꝓficiſceret: īpulit. Deerāt uiatica. Mattheus oīum inops ni hil ſuppeditare ualebat. Ne tñ in tanta bene gerendę rei opportunitate ſuę ꝓ prię & exulū ſaluti Frācíſcus deeſſet: ueſtes & libros: q ſibi a fuga & exilio ſu perant: ut pecunias ad iter neceſſarias conficeret: diuendit. Tradunt quidam equos & comites a Riciardo Caminate: qui i Trauiſanis potētiſſimus erat: Garbagnati ut ſecurus ꝑ feras gētes īcederet: Galeacio rogante datos. Apud Hericū exulū cām ſapiēter hic egit. Nemo Longobardorū ꝓcerū Hérico & aulicis ꝑter Guidonē: Lāguſcū: & paucos noīs guelphi pricipes not⁹ erat. Nā religioſi uiri quos ſupra in Germaniam profectos diximus: hos dūtaxat i Lō gobardis dominari dixerāt. De Gibilinorū opibus mētio nulla facta. hoc idē exploratores affirmabant ex Italia reuerſi. Franciſcus Gibilinorū uires: & quę eſſent eorū in romāos reges ſtudia: expoſuit: & quātopere deſignati Cæſaris in Italiam aduentum expeterent. Guelphos uero maximo in metu eſſe: arma

parare:noua fœdera inire ut finibus Cæsarem summoueant.quod ita esse faci le cognoscet:si in Italiam nuncios miserit.Hęc lętus Hēricus audiuit .Reuer si oratores Turrianum & Languscum principatum inter Longobardos tene re renunciant.popularibus tamen inuisos.contra exules domoq; fugatos nul lam aliam spem reditus:aut reconciliandæ cum aduersariis gratię:nisi in Cæ saris aduentu habere.Ex eo Henricus Franciscum apud se carum habuit : at q; in consiliū magnarum rerum semper adhibuit.Hac primum uia Gibellini aduersariorum uiribus & armis oppressi subleuari & respirare cęperunt.Quo hęc gerebantur anno:Carolus secundus moritur.Sunt tamen qui tradant il lum priore anno uita defunctum.Ego Palmerio & cęteris scriptoribus magis assentior:qui decessisse Carolum.M c c c viiii.litteris prodiderunt.id quod sic esse regis diplomata:tum etiam fędera:& deditionū conditiones:quibus Ro bertus subscripsit:satis testantur. Post patris iusta Robertus in Narbonen sem Galliam transcendit:ut auorum regna inuiseret:simul ut Clementem pō tificem religiose salutaret:cui se deditituum profiteretur. Pergratus fuit Cle menti in Gallias regis Roberti transitus:cui haud grauatim pontificiæ dicio nis regna quę pater & auus in Italia obtinuerant concessit.& haud ita multo post:cum fama appropinquantis Henrici factionem pontificiam admodum territaret:ad firmandos sociorum animos:factionisq; opes defendendas per montanos Ligures in Sallassos Robertus descendit.Huic statim Mons uici siue Regalis:Sauilianum:Carascum:& Alba pompeia:tum aliquot eius tra ctus oppida pa ruere. Inter hæc Philippus Sabaudię comes cum tot popu li in ius & potestatē regis se permisissent maxime motus est.Verebatur siqui dem:ne Hastenses:qui se patrono & defensore ad propulsandas exulum iniu rias usi fuerat:regiæ ditionis fierent.Ciues in concionem conuocat : tum etiā per urbis conuenticula atq; uicinorum conciliabula:quę suæ cum Carolo pa tre:Robertoq; filio inimiciciæ fuissent:exposuit.ab Hastensibus iusiurandū exigit:quo modo astricti regi nunq̄ ut domino parerent. Erat tunc Hastæ opicinus Spinola domo & magistratu pulsus.Hic Genuam Roberto se tradi turum pollicebatur:si in patriam reductus foret.Venerant etiam per ea tem pora Hastam ab Henrico Legati.qui in frequentissima concione nunciaue rant Cęsarem in Italiam ad Calendas Septembres peruenturum:& proinde quod Imperatoribus obnoxii forent:nequaq̄ in fidem & potestatem alterius domini se traderent.In primis autem fœdera cum Roberto repudiarent. Re sponsum legatis haud acerbe.tum uero Philippo audiente palam dixere se im peratoris deditios esse:cui uni quoad uiuerēt semper obedirent.Deinde Le gati Cuneum ubi Robertus erat:inde Sauonam:Genuam:& Pisas petiuere eadem Imperatoris nomine nunciantes.Vix Legati abierant : cum de om nium consensu oratores ad Robertum deliguntur: qui fœdus & societatē cū

Carolus se cūdus mori tur

Opicīus Spi nula

eo ineant. Tunc Philippus grauia legatis minari si ad regem irēt: aut de societate uerba facerent. Minis deterriti homines accedere ausi non sunt. Res Hastensis per duos consules administrabatur. hi præter Philippi uoluntatem Albam pompeiam pergunt. quo in loco Robertus & uxor mulierū ea etate pulcherrima erāt. & cum eo circiter quingentos equites ad pugnam instructi: atq; parati quotiens opus esset. Legatos rex benigne uidit: quos etiam mensa sępius dignatus est. illud identidem in conuiuiis iactans inter omnes Longobardos Hastenses: qui tunc urbem obtinebant caros sibi esse: quorum societatem & amicitiam in primis cuperet. Tunc consules iurisconsultos domo accersiuerunt: quorum consilio fœdera conficerentur. Sed metu & denunciatione Philippi Hasta cedere consulti iuris ausi non fuerunt: Robertus tamē his fere condicionibus fœdera cum consulibus percussit: ut iis qui domi erant aduersus exulum iniurias opem sumministraret. deniq; hastenses omnes in tutelam suam reciperet: quos ubique a ui & Iniuria defenderet. Contra uero Hastenses regi & hæredibus quotannis quatuor & sexaginta argenti puri pondo se dependturos paciscuntur. Placuere utrisq; conditiones: cōfirmataq; societas fuit. Rex deinde quinto idus Augusti cum uxore & firmo pręsidio Hastā uenit. uiri atq; mulieres obuiam progressi. ita honorifice receptus in urbe fuit.

Postridie epulum magnificum in ęde minorum fratrum exhibuit. i quo auri & argenti modus ingens. nulli discumbentium epulæ nisi uase argenteo appositę. uina quoq; aut aureo aut argenteo poculo effusa. quę res ingentis Roberti diuitias indicabat. Die insequenti cum sibi animos ciuium satis concilia tos cognosceret: Alexandriam petiuit. Lunam tunc notabiliter ante lucano tē pore defeciſſe traditur: eodemq; anno pridie Calendas Ianuarias circiter horam dici nonam sydus solis hebetatum est. Cæterum Alexandrini iam diu dissensionibus fuga & exilio suorum inuicem conflictati: nunq̄ bona fide in gratiam redierant. nunc oborta inter ordines discordia certabant. Interim motis per factiones armis cruentam pugnam in urbe edebāt. Ita qui uiribus & potentia minus poterant: hi urbe cedentes: finibusq; oberrantes perpetuis detrimentis patriam & aduersarios lacessebant. Tunc forte utraq; factio ad quietem urbis tollendaq; certamina Roberto regi urbem dedunt: oblīti uidelicet odii ueteris: quo Carolum Roberti patrem persecuti fuerant. Infensissimum fuisse Alexandrinis carolum declarant uetera ut supra diximus Alexandrinorum decreta quibus nomen regis de publicis monumentis tolli & deleri iubetur. Verumtamen ad urbis concordiam & otium sub ditione & imperio regis se dedunt. Discedens ab urbe Robertus Vgonem Bautium cui etiam regie ditionis cæteri cis alpes populi parebant Alexandrinis prefecit. Henricus inter hæc Italiæ appropinquabat. iamque populi noua consilia inter se inibant. Itaq; ueritus Vgo ne aduersus regem Alexandrini coniurarēt arces

præsidio regis custodiendas:uocato in concionē populo postulauit.Sic enim posse in fide & officio eos contineri aiebat:si qui noua consilia struerent.Re gē pręterea liberalius pecunias:& opē daturum . Musare primū quidā tum paulo apertius presidi contradicere . agnoscebant inimicorū ingenia & artes uelut ex cōpacto res ageretur: ut tradita regis custodię arce non quies dome stica:sed perpetua seruitus nasceretur. Tunc diuersæ factionis principes palā dicere penes Bautium non solū arces : sed portas urbis ponendas.tum quic quid is imperasset obedienter facturos esse. Glisscente tumultu regius præfe ctus exilium publicationē bonorū mortem deniq; his cōminari: q dicto obe dientes non forent.Gulielmus inuiciatus pręfectus populi Alexādrini erat.is ubi uidit ad ugonē multoꝝ animos inclinatos e concione primū abiit.Exter riti Gibelini & in primis Lancęuegiæ :iis collectis quæ secū ferre poterant in propinquos uicos uicinaq; oppida in qbus factio sua prævaleret abiere.neq; tamen fugatis aduersariis:qui domi manserant:res lætas habuere . siquidem extorres coniunctis sociis atque amicis populabundi usq; ad patriæ mœnia progressi cuncta ferro & flama crudeliter fedabant. Deditione Alexandrino rum Henrico quando ab alpibus descendisset occurri posse uidebatur. Dū hęc in Liguribus ad augendas Guelphorum uires & constituenda locis præ sidia parantur:Florentini & socii qui regnum inter suos occupauerant:ut in columes essent etiam supra facultates milites cōducere: ueteres socios & ami cos nouo fœdere:honestisq; cōditionibus confirmare.eos uero quos infensos germanis regibus nouerant:consociare. Tum missis legatis non solum Lon gobardos:sed etiam uenetos sollicitauere:ut secum contra nouū Cæsarē con spirarent. Verebantur enim ne pacatis Longobardis exercitum ad se Henri cus duceret.pręterea Hethruscorum exules spem reditus certam & magnā in Henrico posuerant.Mittuntur ad Venetos societatis & fœderis gratia orato res.Veneti beneficio estuarioꝝ tuti: tum etiam quia ex usu suo nō erat Hen ricum noua societate inita aduersus se prouocare:fędera cū Florentino asper nati sunt. Verum qui externum hostē metuebant peregrinaq; bella uitabāt domesticis armis & coniuratione intestina periclitati:quod minime uereban tur:de summa rerū pene sunt.In uenetis ea tēpestate duę familiæ magnis opi bus uetere nobilitate potētia atq; affinitatibꝰ. Teupoli atq; Quirini pollebāt Hi ęgre ferre cęteris pares uiuere:urbana magisteria quia nulla sola & perpe tua in urbe essent querebantur.in libertate seruire se aiebant. Iam illud indi gnum ab origine urbis claras illustresq; familias nihil ab ea turba differre:q haud ita pridem conuenissent:moxq; in patriciatū ascripti fuissent.tum cre scente numero se a cōmodis & honoribus publicis quodā modo excludi.hęc moleste ferentes contra libertatem patriæ coniurant.ubi ea multitudo coiuit: quæ opprimēdę patriæ sufficere existimabatur in forum mercatorium:cui ui

Guielmus in uiciatus

Veneta sedi tio.

Teupoli Quirini

cinas domos habebant: primũ armati prodeunt. inde per uicũ: qui a mercibus celebre nomen sortitus est: ad ædem diui Marci sublatis signis otendũt. Conuenerant eo cum armis hi fere patricii: quibus salus & libertas patrię cara erat. i faucibus uici acris & atrox pugna facta. eo enim i loco potissimum uictoria uertebatur. Inibi coniuratorũ signiter deiecto a femina lapide ictus concidit. quo casu consternati qui sequebantur aliquantulũ sustitere. Existimauere pleriq; non fortuito ictu: sed telo a resistentibus demisso signiferũ cõcidisse. Tunc acrius aduersarii instare: & facto agmine occurrentes repellere. coniuratos angustiæ loci iuuere. ne retrocedentes superante multitudine opprimerentur. Ita paucis suorum amissis Boemundus seditionis auctor: cum cæteris qui impia arma mouerant: in domos se recipiunt: quas ualido præsidio firmant: ut uidelicet ingruentẽ turbam propulsare possent. Primores patrum cũ cernerẽt nõ sine multoꝝ cęde expugnari domos posse: cõsilio potius q̃ uirib9 tetrũ facinus uindicare statuũt. Ita depositis armis ciuilibus fluctuãtem statũ tranquillũ reddere parant. summo opus esse magistratu a quo prouocatio nulla futura sit. Tunc primũ Venetiis decemuiri creãtur. qui nõ statim in coniuratos graue aliquid edidere: sed in leniendis animis placanda ira reconciliandaq; inter ciues gratia aliquantulũ operati sunt. Ita sedato tumultu ciues ad negotia sua quisq; reuertunt: idemq; quietis & tuẽdæ libertatis omnibus studiũ erat. & haud ita multo post Boemundus & cõiurationis cõscii in uincula decemuirorũ iussu coniiciũtur: moxq; indicta causa capite mulctãtur. Vtriq; familiæ ignominia addita est. Erat Teupolæ gẽtis insigne coccinea arx. ea decẽ uirorum decreto in obtortum cornu quod etiãnum durat: conuersa fuit. De gente Quirina creare ad certa tempora ducem non licet. Domus eorũ qui capita nefarii facinoris fuerant partim ad solũ equatæ: aliæ ad sordidos usus & opera illiberalius edenda addictę sunt. Area i qua pisces: farcimina: casei: salsamenta: olera: & cætera id genus esculenta uenduntur cõplanata & facta ex ruinis domorum traditur. Quę manserę ædes: eas partim puellę uulgati corporis prostantes: & scorta uulgatissima incolunt. In ima alterius domus parte mensę fixę sunt Lanienię: superiora tenues quidã magistratus tenent. regionum circitores: qui uim & fraudem nocturnã inquirunt. tum triumuiri quorũ est aurum & argẽtum probum an imbrobum sit explorare: atq; publica nota signaꝝ. alii soluẽtes e portu naues paulo accuratiꝰ exq runt: his ne instructæ sint armis quę nauigationi & propulsandę iniurię necessariæ sunt. Sed neque dies qua coniuratio oppressa fuit incelebrata manet. Namq; supplicatiõe quotannis indicta: altero postridie idus Iunias die: dux & patres gratulabũdi ædem diui Viti temporario põte ad cõmoditatẽ traiiciendi facto: reuerenter salutant. mox princeps in prętorium reductus: eos fere omnes Senatores: qui in curiam ingrediuntur prandio lautissimo accipit.

Decemuiri Venetiis creati

publico item actu:& priuato opere abstinetur.Conspiratione in hunc modũ sopita decẽuirale consilium eternũ mansit:quod mercuriale a die qua in atriũ coeunt appellare possumus.Horum pręcipuum est cauere ne quid detrimenti res publica capiat.Lesæ maiestatis seueríssimi ultores:adulterinæ monetę: & peruersę ueneris inquisitores:& uindices asperi: cruẽta fere sunt huius magistratus iperia:cui diuturnã libertatẽ rerũ tranquillitatẽ:ciuiũ concordiã:imperii incolumitatem accepta facere Venetus debet. Quare parũ uera Antonínus archiepiscopus per factiones depugnatum scribit:& Gibellinos a Gradenico duce stetisse. Contra uero Teupolos atq; Quirinos adiunctis Guelphis totis uiribus:ut principatu illum deiicerent:enixos esse.Nam si certamẽ aut ordinũ:aut factionum: & non pro libertate patriæ fuisset:profecto enim memoria tam nepharii conatus neq; solemnis:nec tanto tempore replicaretur.Nulli rei curiæ proceres eque studeut:quam ut omnis penitus domestici dissidii memoria aboleatur:ne aliquando in mentibus nepotũ pernitiosa auorum certamina renouentur. De Legatorum cęde quos in tumultu trucidatos Antoninus refert:alterũ de gente adimanda:alterũ Siccum fuisse :si uera tradit.Forsan ardens pro libertate tuenda patricius particeps noui consilii illos existimauit:quando coniurati rerum potiti societatẽ cũ Florentino nõ abnuissent .nimis loquax:ne dicam fatuus & improbe mendax in omni recentium rerum expositione est iste Antoninus. Cæterum Robertus e Longobardis abiens Bononiam petiit.quo forte tempore Ferrarienses inita cũ Pollentanis fratribus societate:arcem in padi ripa occuparant:atq; Venetos ad bellum prouocauerant.Ferrariam Roberto Pelagura regendam ita tradidit: ut dominium urbis penes pontificem foret. Sub regia custodia ii comprimi uidebantur:qui nouas res molirentur.Degus Catelanus cognomine de rata cuius opes in Beneuentanis haud mediocres erant: Ferrariæ cum cohorte regia præficitur.Vix Robertus Bononia cesserat:cum oppidani superbiã:auaritiam:& contumelias barbari hominis non ferentes:alii populare imperium affectabant:alii libertatis & munificentiæ priorũ dominorũ recordati:reducendos estenses conclamabant. proinde oborto tumultu in Deghum inuehuntur.In arcem Barbarus fugit:unde statim præsidium in armatã turbam emittitur.Inter oppidanos & peregrinos acris pugna editur.Cecidere utriq; multi.Oppidani uincũtur:e quibus circiter triginta capti laqueo interempti. alii in custodia habiti grandi pecunia uitam redemere. Hetrusci interea: quanq; regis pręsentia subleuati: & recreati aliquantulũ essent:exules tamen metuebãt.quorum magna copia ad Henricum confluebat. Robertus noua fœdera promisso ad omnẽ hostiũ incursum auxilio percutit:atq; dehinc Neapolim profectus est.Iam Henricus per nuptias regna conduplicauerat:noua q; affinitate: & imperii maiestate fines tutos habebat.Venerant ad eũ Ger

Decẽuiralis ocilii ap̃ Venetos auctoritas

Antoni9 capitur

Ferrarienses sex custodia

manorum proceres:& Sacerdotum primores:qui illū Romā uſq; deducerēt. Occurrit illi iuxta alpes Ioannes Molianus ſcolaſticus eccleſiæ Tulenſis pō tificis:ut ſcribitur:cappellanus.Hunc Clemens miſerat:ut iterū iuſiurandum ab Henrico in hūc modum exigeret.Romanæ eccleſiæ deditítius Henricus eſto.maieſtatem pontificū defendito.Catholicam fidem pure & reuerēter co lito.praue de religione ſentientes inſectaro:quoſcunq; hereſeos fautores & de fenſores pontifex abominatus fuerít:eos bello & armis fatigato :donec ad re ctam fidem conuerſi pontificum iuſſis paruerint.fœdus pręterea:amicíciam & affinitatē cum barbaro diſparis cultus:aut qui armis & iniuriis chriſtianū nomen diuexet:nullam cōtrahito.Plura a Cęſare ſcolaſticus exegít:quę ideo prætermus:quia ridicula ſunt & commētitia.Indigna profecto quę inter pō tificalia reſponſa:atq; decreta annumerentur:Henricus libens in uerba Ioan nis iurauit.Clementi obſequi & parere in primis ſtatuerat. Verebatur Cle mens ne anteceſſorum ſuperbiam:& impietatem Henricus ſecutus pontifici Italiam ingreſſus aduerſaretur.Quare non ſatis habuit uno iuramento fidē aſtringere:tum quo is animo in defendendas pontificis opis eſſet explorare.

Iuriſiurandi formula

Hoc forte anno per Iulii menſem pulſo Alberto Scoto Placentini diutur no bello fatigati Guidoni ſe dedūt.Scotus in caſtrum Arquati cum amicus & clientibus aufugerat. Sub Septembris finem Henricus alpes Iulias tranſ greſſus Seguſionem primū:mox ad Auguſtam Taurinorū:inde tertio Calē das octobres Haſtam peruenit. Sunt qui tradant Seguſioni illum uſq; ſub idus Nouembres cōmoratum:atq; hi fere acceſſere:qui cis alpes & Appēni num opibus & potentatu pollerent:tum etiā qui Ligurum principes eſſent. Eporedienſes primi ſe & urbem Henrico ſubiecere. Haſtenſes:ut ſupra dixi mus:fœdere in fidem & tutelam Roberti ſe permiſerant:Cęſari tamē parue re:quē etiam intra urbem recipiunt:q̄uis ſecum caſtellanos duceret:quæ fa ctio domo & patria aliquot ante annos pulſa fuerat.ęgre Solarienſi id fuit.re ſiſtere autem uenienti Cęſari periculoſum erat.Henricus ab oppidanis dedi tionem fide interpoſita & ſacramento poſtulauit.id quod maiores germanis Cęſaribus pręſtiterant.In concione certi creantur:quibus deditionis faciēdę formula datur. Rurſusq; ex ſuggeſtu Nicolaus Senenſis non ſatis Henrico inquit ad iuſtam deditionē eſſe:quod pauci de publico cōſenſu feciſſent: niſi Haſtenſes uniuerſi ſe & ſua in uis & poteſtatem Henrici dedant. Hoc pluri mis moleſtum. Quare ſententias ſeperatim exquirere commodū non erat. Nouo itaq; more quid quiſq; uellet exploratur:ut qui ſe ſua & patriam in po teſtatē & ius Henrici tradi uellent:ii ſtantes.qui uero contra ſentirent humi ſedentes:ſententiam ſuam ſignificarent.Fremere tunc omnes:contrariæ que uoces exaudiri.clamitare alii:fiat deditio.plures palam reclamare.Nihilo ta men ſecius Henricus in tumultu deditionis formulam confici:& in codicem

Caſtellani Haſtēſes

ex tabula transcribi mandauit.prę̃ficitur deinde Hastensibus Nicolaus. hic nouis legibus populum astrinxit : peregrinoq; prę̃sidio arces & castella Hastensium custodiri uoluit:tum pecunias pro libito imperauit:quas etiam acerbius exigere:ut præsidia & peregrinum militem aleret.ægerrime hoc Hastenses ferre.maius erat tributum q̃ quod dependi a populo opulento posset. In omni cętu foro & templis querelę palam audiebantur.hinc ueritus Nicolaus ne si crebri ciues coirẽt ob acerbam coactionẽ noua consilia caperẽt :edicto uetuit.ne plusquam tres uiri unum in locum conuenirent.Ad Henricũ Hastę commorantem primi e Longobardis accedunt Tibaldus Brusatus Brixia fugatus.Philipponus Languscus: & Antonius Fisiraga:hic Laudẽ pompeiã per uim obtinebat.Papiensis Languscо parebat.Vterq; imperata Cęsaris se facturos dixere.duarũ nobiliũ ciuitatum dominatum illi pollicẽtes :res nouo cęsari grata:quippe ad reliquos Longobardorum:si obsequium abnuissent coercendos maxime idonea.quo nomine Fisiraga & Languscus Henrico cari fuere:quos etiam benignius tractauit.Dum Hastæ disceptãte Henrico exilii & fugę causas hi agunt:ut illius cognitione & iussu inuitis aduersariis in patriam recipiantur:alii magna pollicendo Cęsaris gratiam atq; fauorem aucupari studeni: Mattheus relicto Benaco in oppidum cui Nogarolæ nomen est:concessit.omnia cogitare & circunspicere:quę tutũ iter per inimicas gentes prestare possent.Aduersarii exulis consilia:& quã ingrederetur uiam obseruabant.Dispositi erant per loca custodes:qui gradientem interciperẽt.ubi autẽ Henricum fines Italię attigisse is comperit: deposito ciuili apparatu:sumptoq; gregarii milites habitu non luce aut palam : neq; per publicum iter incedẽs:sed noctu ignotas uias:occultosq; calles ingressus:quicũq; occurrissent:eos timere.quotiens illum strepitus pedum : arborũ crepitus & fragor terruit:& subsistere fecit.Nouerat in rerũ nouitate iugulum suum proposito premio peti. Tandem mutato sæpe habitu: & beneficio noctis tutus : nulli cognitus uili circuntectus amictu uno comite contentus Hastam intrauit:protinusq; ad Frãciscum Garbagnatẽ diuertit.uix salute ab equo data ad regem inquit pergas.aditus tibi patet:cui me uenisse nuncies . Importunum tempus Franciscus ait.omnia silent.Rex quiescit . Instare tamen Mattheus ut Cęsarem adeat. Ita Erancisco internuncio per intempestatem noctem in cubiculũ Henrici deducitur.Impaciens erat moræ Mattheus.desideriũ ultra ferre non poterat.In conspectum regis ubi uenit:caput aperuit.reiectaq; intergum penula:tum cancellatis manibus ad genua procumbens subinde dixit.Tu ne es illa periclitãtiũ salus? Tu ne quem ego iandiu siue uigilem : siue dormiam protectorem expecto:qui eiectos & exules recõciliata cũ inimicis gratia in patriam & domũ restituas? amplector ne & osculor illius pedes:qui opem fessis & exhaustis nobis allaturus est? tũ pauca p cõmuni exulum cau

Edicti acerbitas

Matthei difficilis deliberatio

ſa locutus:in hoſpitiū abiit.Nox ut díximus:obſcura & cæca:peregrinus habitus:ueſtis & ornatus uirum occultabant.nemo tamen unus fuit.qui generoſam faciem non miraretur:in qua plurimum priſcæ fortunæ & amplitudinis adhuc ineſſet.Nam & paucis ante horis iuxta Alexādriā ceſaries & oris maieſtas in ſeruili miniſterio & mendici habitu illum quis eſſet prodidit. Sitiens forte & de uia feſſus:ut puer ego a Senioribus accepi:aquā a muliercula petiuit.illa benigne uinum præbuit.mox manus & faciem lauit. Maieſtate uultus mota femina in homine regios ſpiritus & animum in tenui ueſtitu magna molientem agnouit.Continuo nuncii curſitantes per Gibellinorū hoſpicia aduenisſe Matthenm dictitant:cuius aduentu aduerſarū partiū quidam Lętati ſunt:quibus domi & in regno beneficia is cōtulerat.ubi illuxit ad magni exulis ędes totis uiis cōcurrit.Lęti ſalutāt.domo educunt.in publicū progredientem ſectantur.centum equites Gibellini nominis longo ordine & agminatim illi occurrunt.Princeps Riciardus Ticionus erat .Mattheum ſuſpiciunt:& præ gaudio lachrimantes in regias ędes deducūt.Germani proceres repentinū & frequentē concurſum eorum obſtupeſcunt qui tam ſtudioſe hominem aſſectarentur:& quo magis procedebat:eo magis aduolare & cōplecti.alii regi nunciant uelut monſtrum apparuiſſe:ad quod ſpectandū tam peregrini q̄ ciues undiq; confluerent.Henricus cui Matthei aduētus notus erat: rem diſſimulans ſubriſit .Forte Antonius Fiſſiraga ad Henricum primo mane uenerat:hic ſtudio & multitudine deducentiū:tum etiam ſermone aulicorum perculſus:Hic inquit Cęſar de quo tanta nunc dicuntur :Longobardorum olim peſtis fuit.factiones fouit:& auxit:& cum de potentatu certaretur ciuilia arma excitauit:diuturnoq; & grandi detrimento ceu grauis tyrannus ciuitates affecit.Ad regem introductus ubi fuit:illum reuerentiſſime ſalutauit Stabat haud longe a regis Latere Philipponus .hunc Mattheus patentibus brachiis ſi pateretur:amplexurus erat.in contrariam partem Languſcus auertitur:nihilo tamen minus Mattheus refugientes latus complectens .tempus nunc inquit & ante actorum malorū obliuiſci:ut in pace remiſſis iniuriis communi utilitati inſeruiamus. Quid enim in pacifici regis aduentu aliud debemus:niſi omni ſimultate abiecta:ſincero animo in gratiā redire.humiles Mattheī uoces atq; manſuetum animū Fiſſiraga procaci ſubinde ſermōe inceſſit Ecquis tam patiens non indignabatur ſęuos in pulcherrima Italiæ parte Tirannos:qui iniuriis rapinis & cædibus omnia fedauerunt: bella inteſtina proſeminarūt:Nunc de pace:cōcordia remittendiſq; iniuriis uerba facere. Mattheus nihil perturbatus tempus eſt inquit diſcordiis & irę finem dare.Adhęc ſubridens Rex certe iam dimidia pax facta inter uos integra conficiēda eſt. Abnuere utriq; Fiſſiraga & Languſcus :neq; a grauibus atq; criminoſis uerbis præ impotenti ira temperarunt.Ex eo Henricus Mattheū prudentem &

Riciardus Ticionus

miti ingenio prędítum exíſtimauit:quem etiam inter omnes Longobardos prędpuum habuit.Doluere admodum Fiſſiraga & Lãguſcus quod Haſtam ueniſſent:atque obſequium externo regí prędtitiſſent.Inter hæc Caſtonus ar chiepiſcopus cum Napino fratre Haſtam ueniunt.uíncula:carcerem:ereptas de manibus arces:& inſignem Sacerdotíi contumeliam impunitam manere patí non poterãt.præterea patrimonio ſpoliatí:patruo inſenſo:ac finibus ſum motí in perpetua egeſtate ſe uícturos uídebant.propoſitum illís erat quacun que uía amiſſa recuperare.Opportune igítur Mattheus aduenit:cum quo ſi coniungí poſſent:accedente Henrící auctoritate & imperio facile uel ínuíto & repugnante patruo in patríam redírent.tum ſi quíd controuerſiæ foret:íd paruo labore ſub magno arbítro:ſapientíque díſceptatore tolli poſſe.Venerãt adhuc ad Mattheum Mediolanenſes alíí quos Guído fugauerat.nobílitatem omnem ínuíſam ís habuít:neque ſe ſatís íncolumem:aut ſecurum ducebat:ſi patrícius paulo opulentior domí manſiſſet.Sic Haſtam profugerant: & quí de potentatu certauerant: & quos nouandarum rerum ſuſpectos Guído pa tría eíccerat. omnes communís commodí gratía inter Mattheum & Caſto num fœdus & amícíciam conflarí optabant.íta pronís ad ſocíetatem animís ſtatím amící & ſocíí Mattheus & Caſtonus facti fædus inter ſe ſolemní ter paciſcuntur.Tabulæ adhuc durant:quarum exemplum Iſidorus Turría nus uír ſane generoſus atq; magnífícus ex foroiulienſibus cum hæc ſcribe rem ad me miſit. Igítur pro inſtituto patríæ prímores exulum conſtituti pa cíficandí: reconcíliandæ gratíę:cognoſcendę controuerſię:atq; tranſigendæ lítís Mattheo arbítríũ & poteſtatem ín omnibus demandauere. Solemní ſtí pulatione res indígebat & communí conſenſu peragenda erat. Conſtituen tium nomína hæc.Vbertus Vícecomes Matthei frater.Creſſonus Cribellus Lodríſius Vícecomes petrí filíus.Amiragus.Oſnagus.Francíſcus Garbagna tes.Villanus Cribellus.Habítabat tunc Mattheus domum Símonís Roue rí.tabulís mandatoq; confecto Caſtonus cum fratre Napíno ad condictum locum ueníunt.poſtulauere utríq; fílíos fratres & propínquos cõuentionibus adeſſe.Archíepíſcopí fratres Moſca patre progeníti Napínus.Paganus.Rai naldus. Odoardus. & Moſchínus.Matthei filíí Galeacínus:Ioanninus:Lu chínus: Balatronus: & Stephanus.Hęc ſumma conuentionum.Iníurías:ra pínas:damna:cædes: tum quícquíd detrímenti ex fuga: & exílio ſuſtínuere: ſibí ínuícem ſub abolítione utríq; condonarunt: ut bona fide: ſine fraude in concordíam & gratíam rediſſe exíſtimarentur.quod ſi díſcordię & controuer ſię íncíderint:arbítríũ decidẽdę litís & pacís cõponendę penes archíepíſcopũ ſit.neq; decetero Mattheus quíq; cũ eo ſentíũr quícq̃ molíanť:& tẽptẽt palã uel occulte aduerſus prędentíum rerum ſtatum Mediolaní.Bergomí. Comí: Cremonę.Nouarıæ.Vercellarum.Laudís.Derthonę.Papię.& Caſtrí Cremę

Mattheus & Caſtonꝰ in gratiam

Moſcę filíí. Matthęi fí líí.

niſi prius conſulto Archiepiſcopo. ſi quí in amicíciam & ſocietatem cum archiepiſcopo coíuerint: eos Vícecomes tueatur & defendat. Dominium Mediolaní Matthęus neq; aggrediatur: neq; titulum aut nomen uſurpet: niſi annuẽte & conſentiente Archiepiſcopo. Renunciauit p̃terea Mattheus præfecturæ urbis: & cuícunq; adminiſtratíoni reípublicę: ut neq; Galeacius filíus p̃fectu ram aliquam in ſupradictís locís quęrat aut uſurpet. cuícunq; obuíam adhuc íbunt: ſi quís perpetuos magiſtratus aut dominía ſupradictis ín populís affectauerít. Liſdem ítem legíbus Napínus & cæterí fratres teneantur. publícum urbis conſilíum: præfectí collegíorum & ordínum mílites: & quí in præſidío erunt pro nutu & uoluntate duntaxat archiepíſcopí delígantur. Deníq; nulla ſit ín urbe cuſtodía: quam archiepíſcopus recuſauerít. Dímidía pars mílitum Caſtonum cuſtodiat & defendat: qui tamen quotiens ratio publící commodí exíget: rempu. tueantur. Præfectí urbis & quí ius dícent ſortíto magíſtratũ accípiant: neque ad opínionem priuatí cuíuſquã curatores reipu. deſignentur. oppída uící: & caſtella íuriſdíctionís archiepíſcopí: ea extra ſortem ſunto. nulla ſortítío de magíſtratu fiat. neque eis Mattheus publíco aut príuato nomíne uim fierí ſinat. Mattheus ítem conſilíum & opem archiepíſcopo ad recípiendam angleríę arcem dato. Tum quícquid ſacerdotíí iuris fuerít defendíto. Ius archiepíſcopus deríuandí aquam de flumínibus Tícíní: & Adduę írrígandorum agrorum ergo habeto. Caſtrum Trícíí Vaprií Brignaní & Caſtelleti Napíní & fratrum extra ſortes publícas eſto. Semperque archiepíſcopus & fratres arcem & Turrem Trícíí poſſidẽto. Agros ſíquís ín fínibus Mediolaní poſt captíuitatem Caſtoní per commutatíonem obtínuít: etiam ſi iuris ecclefiaſtící forent: eos archiepíſcopus & fratres & eorum hęredes recípiãt Mattheus ítidem quę ad eum & cognatos peruenere ea teneat. Ne uero de fínibus ambígant: & proínde lítes & certamína excítent: uícínos agros neque emíto: nec Mattheus acquírito: quí ad duo mília paſſíuum Turríano propínqua ſint. Hoc ante omnía ínterpoſito iureiurando a Mattheo exegere: ut Romanum pontíficem obſeruet: & reuereatur: neque ſummí ſacerdotíí amplítudínem ledat: aut cum hís ſentíat quí pontífící rebelles fient: archiepíſcopo pareat: cuíus etiam ímperata líbens faciat. proſcríptorum aut damnatorum utríuſque gentís ſi quí pacís conditíones abnuerínt: Mattheus cognatorum & propínquorũ bona habeto. Archiepíſcopo & Napíno ſuper ſuos ius eſto. Archiepíſcopum & fratres índemnes ſi quíd detrímentí ex huíuſmodí concordía acceperít Mattheus præſtato. Nuptías ita utraque gens cõtrahíto: ut ſiquíd in fínibus Brignaní dotís nomíne detur id uterque pecunía luere ualeto. quæcunque controuerſię ínter utranque gentem ſiue príuato ſiue publíco nomíne íncíderínt: Archiepíſcopus earum iudex eſto: cuius etiam arbítrío affínitates contrahantur. dotes ſacerdos pro fortunís & opibus nubentíũ

conficito. Rata hæc & firma & bona fide uterque seruato. de lite & controuersia archiepiscopus etiam feriarum tempore cognoscat: & pronunciet. uterq; quod alteri promisit seruato. fidem si quis uiolauerit: aut pacta non seruauerit: ei triginta milia aureorum mulcta esto. a iudicio & sententia sacerdotum neuter discedito: neque forum deuitato. Si compromissum factum fuerit sine exceptione seruato. Hęc omnia testibus uocatis per solemnem stipulationem inter Castonum archiepiscopum & Mattheum Hastæ confecta fuerunt in regione Bergonionum in ędibus Valerani Bergonioni: quas tunc inhabitabat episcopus Basilienſis consiliarius Henrici Cæsaris anno post salutē humano generi datam millesimo trecentesimo decimo pridie nonas decēbres. Archiepiscopus fratrum: Mattheus filiorum sponsores fuere supradictorum. Prudens sane in dandis accipiendisq; legibus Mattheus fuit ita obsecutꝰ Castono atq; Napino ut alioquin irritatos homines in perniciem patrui magis inflamaret. Sic suo quodam nimio obsequio Turrianus minus prouidos ad ea cauenda quę in consiliis regnorum accidere solent: reddidit. His confectis Mattheus Henrico suadere in primis cępit: uti q̄ primum Mediolanum peteret: neque Germanos milites expectandos esse. Alpes Henricus cū haud magno comitatu transcenderat. Secuti fuerant proceres quidam & Sacerdotes. militare prędidium exiguum habebat. Sustitit Hastę partim quod supra diximus: ut publicas cōtrouersias: atq; dissidia ciuitatum componeret: partim ut ualidiore comparato prędidio siqui in uia restitissent eos per uim ad obsequiū cogeret. Cęsari consilium Matthei placuit. Nouerat Philipponum languscū hoc ęgre ferre: quod se facilem & benignum Vicecomiti prębere: quem etiā in consilia magnarum rerum adhiberet. Dubius erat Henricus Papiā an Mediolanum prius peteret. Insidias Turriāi timebat: cæterę pręterea ciuitates recusassent nisi prius per deditionem Mediolanensis titulum & coronationem regni assecutus foret: & proinde rebellionem paratā uidebat. Visus est igitur Mattheus ea monere quę securum facerent & metum rebellantibus afferrēt. Hoc suadebant Pisanorum legati: qui ingentem uim auri secum detulerāt: atq; Henrico donauerant. Postridie itaq; idus decembres Casale Sancti Fuasii quod oppidum paulo ante Theodorus paleologus obtinuerat: ꝓfectus ē. inde traiecto pado Vercellas & Nouariā petiit. Prosequebat officii & obsequii gratia adhuc Italicorū procerum multitudo. populi libentissimis animis excepere: neq; solū obedienter quæcunq; is imperasset facere: Sed ꝓ auorū deditione adhibito iureiurando se Cęsaris dedititios profitebantur: munera & ad uictū necessaria affatim exhibētes. Erāt uidendi cęsaris per q̄ cupidi. Sexaginta enī & amplius annos designati ad imperiū ī Italia nisi nō fuerāt. Cōmoratus est aliquātisper Nouarię dū Mediolanensiū studia explorat: ingeniaq; tractat. Leues uidebantur animi: & fides eorum nutare: qui aduentu & fauore Hen- MCCCX

rici uires Guelphi nominis diminui:& gratiam atq; auctoritatem Pontificis
conuelli prouidebant.& proinde ab obsequio auerti.Mattheus Henricũ hor
tari quippe dicens paucos futuros:qui non cupiant:quæ is iusserit facere. Ita
Ticinum traiicit.continuo accolę fluminis adsunt magnis uocibus regem cõ
salutantes.Maciente constitit.In occasum sol uergebat egelidus erat dies .ibi
pernoctauit.ubi illuxit occurrere illi nobiles quicunq; in urbe relicti fuerant.
plebei quoq; uisendi studio egrediuntur.Conterritus Guido tam pro populi
animo prędidium disponit.milites conuocat:Cęsari in uia interceslurus. Ta
lia meditantem amici circunsistunt:orantq; saluti suæ & suorum iuxta consu
lat.docent impares esse uires & frustra Cęsari obluctari in quem tam prom
pte Mediolanensis inclinet.Satius esse odium & iram in aduersarios dissimu
lare:quando mitis & Clemens Cæsar id in primis curaturus sit:ut in concor
diam & pacem ciues coeant.Insolens erat seruiendi Guido:uerebaturq; ne re
cepto Henrico in ordinem cogeretur:atq; ex principe in priuati formam deci
deret.Legati Florentinorum per ea tempora aderant.Ingruens periculum &
imminens discrimen rerum cernebant.hi persuasere obsequium regi præstaret.
Interesse reipu.& proprię salutis:uerbis potius disceptare q̃ armis certare:at
q; populi studiis repuguare. Tunc Guido uel inuitus cum prędidio & ꝑsequẽ
te amicorum atq; clientum ordine regi occurrit:non imperata facturus: Sed
magis ut dominum se ostentaret.Aquilas & imperatoria signa cũcti uenera
bantur.Henricum dominum consalutabant.Signa & imagines imperii pro
pinqua & sup caput Guido conspicatus irę moderari nequiuit:quin ea de ma
nu ferentis raperet:humiq; sterneret.Superbum id omnibus & indignissimũ
uideri attamen regi appropinquans ab equo descẽdit pronusq; pedes exoscu
latur.Henricus in prędens contumeliam dissimulauit:illumq; hilari uultu ex
cepit:subiecit tamen.iam Guido aduersariis ignosces:paciq; & cõcordiæ ope
ram dabis.agnosces tandẽ eũ cui nõ parere nephas sit.fidelis esto.de compo
sitione rerum & cõcordia in ciuitate agetur.Ita ad suburbana uercellinæ por
tæ sine ornatu imperatorio biduo ante natale domini deueniunt.In uetus prę
torium Henricus:regina in ædes archiepiscopi diuertere.Nũdum expiata ab
captiuitate archiepiscopi erat ciuitas:neque licebat sine piaculo sacris ope
rari.Imperator suo priuilegio nixus in æde diui Eustorgii solemne sacrificium
confici uoluit'. Postridie in campo qui pro ęde diui Ambrosii late patet:Mat
theus Vicecomes: Castonus archiepiscopus: Paganus patauinus episco
pus:& alii sacerdotes deditionem Henrico faciunt.Accessit etiam per eos
dies Mediolanum Isnardus Thebanus episcopus predicatoriæ fraternitatis
prędectus designatus: & cum eo Romani populi oratores splendidissime
ornati. Misere item Genuenses Bernabam 'auream Sardinię tunc domi
num quatuor & uiginti legatos is secum de publico nomine agebat. purpu

rati omnes incedebant. Statores & administri plus quinquaginta: qui in ministerio domestico: & in uia subseruirent: Fremere interea ii quibus rediisse in patriam exules graue erat: passimque uociferari non retinendos domi Malexardos sic enim profugos tunc appellabāt: propius seditionem uentum erat: nisi Henricus interfuisset. Hic statim Mattheum & Guidonem: tum eorum cognatos & amicos ad se uocat: quibus concordiæ & futurę pacis leges dixit: ut decetero nulla inter eos iniuriarum mentio fiat: sed ante actorum oblíti sincero animo in gratiam redeāt: quod si quis offensę nomine sibi satisfieri postulet: illi ex sententia & iussu cæsaris satisfiat. in patriam reuertantur omnes qui domo cum de regno dimicaretur pulsi fuere: id haheāt in ciuitate regis iuris quod ante habuerāt: nec quisq̄ ueterem noxam ultra prędscriptum cęsaris: emendari & resarciri postulet: nullus profugo contumeliam exilii exprobret. sua exules etiam ultra præscriptionis tempus uindicent. rmittatur omnis mulcta ex quo ab urbe exularunt: siue contumaces aduersus edicta fuerint: siue offensa interuenerit. Imperatas pecunias & tributa per exilii tempora: etiā quocunque nomine damnatus pœnas non soluat: nemo unus conditiones uiolet. Si quis sententiam principis non seruauerit mille librarum auri obrizi pœna esto. præterea iratum regem sibi sciat: iisdem condicionibus & edictis teneantur. amici & sectatores utriusq; familię pacem & concordiam ueram amplexu & osculo rege spectante principes confirment. declaratio atq; interpretatio condicionum & legum quotiens ambigent sit penes Henricum: & quodcunque is statuerit id ratum sanctumq; esto. His conuentionibus atq; decretis in concordiam & pacem conuenere: & ante diuisa ciuitas in unum coiuit. Turrianorum complurium nomina subiicere nō absonum uidetur: quorū principes fuere Caston⁹ archiepiscopus Mediolani: Paganus episcopus papiuinus: Guido & Simonin⁹. amici Turrianorum zaueterii: Calices: uedani: parauesini: Iacobus Morigius. Iacobus Iudex: Zobius & Thomas Bernadigii. Barinii duo Zacharinus & Beltraminus. Vicecomitum nomina Mattheus spōsor filiorū Galeacii Ioānis Stephani atq; nepotū. p̄sentes fuere Moschin⁹ & Marcus filii: Vbertus Vicecomes p Vercellino & Otholino filiis absentibus spopondit. Ioanninus etiam filius. Ludouicus Vicecomes quondā petri spōsor fratris absentis. Hi p̄sente rege cōdicionib⁹ & legibus annuere: quas ut obseruarent bona sua cū pœna obligarūt: fides quoq; & iusiurandum interuenit. Ira palam iniurias & quācūq; noxam: tum siqd damni fieri oporteret: sibi inuicem condonantes ad euidens concordię & reconciliatæ gratiæ signū se inuicē complectūtur & exosculantur. Testes fuere sacerdotes uenerādi atq; illustres uiri. Redintegrata in hunc modū ciuitate: uocantur in consilium decuriones & cęteri: q negotiis publicis pręerant. De re frumentaria cogēdaq; pecunia refertur. ob murmurantes qui aderāt diuersa censuere. Interfuit ame

Reconciliandæ grę leges

prætor ne ſententias quidam corrigerent. Ita deſcendentibus de curia patrib9 ad arma diſcurſum eſt. Tumultum imperialis militiæ prefectus edicto ſedauit. Henricus pro templo diui Ambroſii e ſuggeſtu paucis Mediolanẽſem populum alloquitur. poſt quem Aſtenſis his uerbis: legitimum imperatorẽ Henricum eſſe: quem Germani proceres delegere: & Romanus pontifex cõfirmauit: proinde regni in Longobardis iura: & inſignia illi & coronarium aurũ cũ munere dari oportere. Ex ea concione Recuperatus prætura abdicatur: atq; Henricus nouum pretorem genere gallicum cui Ioanni calciæ nomẽ erat ubi impoſuit. huic regię uices demãdant. Statim quatuor & uiginti ciues creari petit: qui ſupremam poteſtatem de publico conſilio ſuper regia coronatiõe & munere decernendo haberent. Fuere qui pretoris poſtulata probarent: alii diuidendam ſententiam cenſebant: ut uidelicet ex uiginti quatuor duodecim de plebe & totidem catanei ſiue Valuaſſores deligerentur. Euicit hęc ſententia: atq; ita decretum eſt. Tunc pretor Matthæum Vicecomitem & Guidonem Turrianum ad ſe uocat: mandatq; ut de uiginti quatuor ciuibus deligendis qd̃ ſenatus iuſſerat id efficiãt. Delecti cõfeſtim in curiã coeũt. Tertio calẽdas Ianuarias coronandi cęſaris dies ꝓſtituit. Poſtridie nonas Ianuarias celebris erat dies adorantium Magorum: & Stellę ducentis replicata memoria. De munere coronarioq; auro primũ conticuere qui in conſilio erant: alios priuati cõmodi ratio ꝑmebat: illos ira & uetus in cæſarem odium agitabat. paucos publica utilitas & inopia tenuiorum mouebat. ita q̃is regius præfectus ut munus conſtitueretur inſtaret: nullus tamen ſentẽtiam dicere audebat. Cõiecere cuncti in Gulielmum puſterleum oculos. hic erat generoſus & potens: minime ambitioſus: uita atq; moribus integer: & proinde popularis. rogant ut palam dicat quid pecuniarum regi donãdum ſit. Inuidioſum erat: quod rogabatur. rurſus conclamant quæcunq; fuerit Gulielmi ſententia: eã nemo aut infringat aut calumnietur. Tunc ſurgens Puſterleus ſine prefatione quinquaginta aureorum milia donari cenſuit. Aſſenſum eſt continuo. Cæterum Matthæus nunquid reginam indonatam relinquemus inquit? Rege dignum ẽ munus. reginę decem milia nummum dari cenſeo. magna uiſa eſt largitio. Guido hoc ferre non potuit: & in rationem publici commodi ſurgens. boni ne uiri & ciuis eſt intolerabili tributo patriam exhaurire? & de concilio abiens præ indignatione magis q̃ quod ita ſentiret: ſubiecit: Cur non potius centum milia donamus? identidem clamitans abſolutus eſt hic numerus: atq; ceu de conſilio eiectus foret: domum contendit: ſecuti permulti aperte ſententiam laudabãt: ut pote qui tenuioris turbę & publice inopiæ rationem habuiſſet: quanquam hac uelut popularitate dominatum urbis a quo deiectus fuerat: is recuperare ſperabat. At nobiles qui quorſum uerba Guidonis tenderent proſpiciebant: ſecundum Gulielmi ſententiã munus decerni poſtulabant. fruſtrã ta-

Cæſares regni iura i Lõgobardis capiunt

Gulielmus Puſterleus

men elaborarunt. Quod enim per iram Guido dixerat: quia maior summa erat: id a regio scriba exceptū iubente prætore ex urbis consuetudine in acta relatum fuit: quanq; uiginti quatuor uiris non placeret: quippe qui uidebāt tā tum inuidię & odii se subire: si alienā rem atq; fortunas popularium proiecis sent. postulantur deinde pro uicis portaq; quatuor & uiginti uiri. Hi cōtinuo ex regionibus pridie calendas Ianuarias in statutū locum coeunt. ubi de pecu nia agi cæptū una omniū sententia & uox fuit. promissum munus ab his esse penes quos potestas nulla: qui neq; satis norūt unde tantū auri excudi possit Soluaut qui adeo alieno ere liberales in suo non. Instare magis & increpare gallicus prætor ab huiusmodi sermone desisterent: nunquid ab eorum senten tia prouocari liceat quibus permissa semel potestas foret. Sed potius de inue niendo argento consultetur. mœsti patres in atrio prætorii usq; sub occasum solis de conficienda pecunia consultantes stetere. tandem ita dimissi sunt: ut per noctem de re pecuniaria cogitent: tum postridie redeant. Res per urbem diuulgatur. Mercatores regē adeunt fere quinquaginta. collationem pecunię non modo difficilē sed impossibilem exponūt: liberius eos accusant: qui ea lar gitione urbē perditum eant. neq; ius decernendi habuerint. uocandos in cō silium septingentos uiros qui in omni magna & difficili cōsultatione fere co ire solent. Responsum est de amplitudine & iure imperii multū hoc nomine detractum iri: si quod semel decretum est turba corrigeret. Improbos p̄terea: & ingratos eos esse. an ignoratis quid Cęsari debeatis: qui patriā uestram ex dissensione & certamine ciuili diutius uexatam: quietam reddiderit: tot ciues ꝓfugos & errabundos domū reduxerit: concordesq; fecerit: nūquid muneris pe nitet: largitionē hanc ꝓfecto spōte facere debuissetis. Quare satius erit de re digendo auro tractare: q̄ inopiam causando tempus terere. Ita mercatores di missi sunt. Diuulgabatur interea tumultū in urbe excitari: atq; in omnibus ui cis castellis & conciliabulis aduersus Cæsarē homines grauia loqui ut de con spiratione timendum esset. Tunc Henricus nescio quid mitius dixit. suę men tis non esse ut quisq̄ ciuium muneris nomine pręgrauetur. itidem responsum est iureconsultis. exposuere & ipsi ciuium inopiam: & quantis malis atq; per petuis incōmodis ex intestino bello ciuitas afflicta foret: & magis regiæ am plitudinis referre: si ex arbitrio bonorum pecuniam & munera acceperit: q̄ si ex paucorum uolūtate uniuersos Ciues affecerit. Inexorabilis stare Hēricus neq; precibus: nec lachrimis flecti poterat. nihil mercator. nihil iureconsultus nihil cæteri lachrimantes ciues exorare poterant. magna animo is cōceperat. quæ nisi ingenti pecunia efficere non ualebat. ideo nihil ex his: quę semel pro missa fuerant precibus & inopiæ condonare uoluit. perstabat in sententia: at q; increpare quod qui olim in externo ciuiliq; bello non centum. sed biscentū milia dependissent: nunc pacata ciuitate centum milia donare ei domino per

negent:a quo tranquillitas & salus urbis pẽdeat.Non est hęc inopia:sed auaricia:atq; quædam in cęsarem mala mens:maluscq; animus.excudatur argentum:atq; huiusmodi uerbis aliquando finẽ facite.Responsum est uectigalia atq; portoria rex licitetur:atq; a redemptoribus eã pecuniæ summã quę promissa est:exigat.representent argentũ ciues inquit:quod in tempus exacturi sunt.presenti pecunia regi opus est.Magis obdurati hoc responso animi fuere:atq; liberius conqueri:& ceu desperata res esset fame & ieiunio nos conficiat aiunt.nunq̃ quod ab aliis promissum fuit id per nos conficietur.fortiter resistentes & licentius obloquentes ita dimittũtur:ut rursus quatuor & uiginti uiri qui pro suprema potestate concessa munus statuerant in consiliũ uocarentur.Aduenerat coronationis dies.ad solemne sacrum alii officii causa:alii rei uisendæ:quam nunq̃ alias uiderant.Sacerdotes Itali atq; peregrini conuenerant.Affuit etiã dux Austrię.Delphini gallici duo.Theodorus palcologus & Manfredus.hic Saluciarum:ille Montisferrati marchio.Ciuitatis itẽ Longobardorum legatos ut se dedititios Cęsaris profiterẽtur:misere:præter Alexandrinos & Albenses:qui nuper in deditionẽ Roberti uenerant. Cattonus archiepiscopus sacris in æde diui Ambrosii rite peractis:eaq; subinde prefatus:quæ pro recenti instituto legitimã coronationẽ facerent & Cæsari atq; regno felicitatem portenderent ferream coronã super caput imposuit.Ita Henricum Longobardorum regem declarauit:Sceptrumq; tradidit aureo præfixum pomo I quo breuis asię Europę & Africę inerat descriptio.fastigiũ crux ex solido auro decorabat.Assidebat regina solutis crinibus:cuius item caput aureum insigne illustrabat:Ferream coronam Theologus quidam:& iurecõsultus:quorũ nomini parco:ideo designato cæsari dari scribũt.proterea quod Longobardi gens bellicosa sit quę iuga pati non uelit:& nisi ferro domari & in officio contineri non possit.Ego hanc illorum opinionẽ neq; refutare:nec approbare ausim:illud autẽ dico puerile hoc uideri talia litteris mãdasse:quæ uix risus captandi:& somni arcendi gratia dormitãtibus ancillis aniculæ narrarent. In ea perstamus sententia:quam supra diximus.Cæterũ ut memoria facti celebrior ad posteros transiret:siue ut obsequentiores populos nostros cęsar haberet:octoginta ex proceribus qui astabant: militaribus ornamẽtis donauit.primos Mattheum & Gulielmum Pusterleũ parazonio tribunitio accinxit:muneribusq; ampliter psequutus est:qua liberalitate in factionẽ cæsarum multos pertraxit.Iam ciues mandatis regiis parebant.Gallicus homo inuisus omnibus.durus erat inelegans atq; difficilis.ita magistratus summouetur.controuersię atq; lites statim obortę.Repetebant exules bona:at qui possederant:ea sine iudicio reddere nolebant:conuentionesq; spernere.ad tribunal regium itur.Henricus penam centum libras ei constituit: si qui exuli sua repetenti non restituisset.quod si iudicio certari oporteat:de causa regius

Ferrea corona

uicarius cognoſcat.tum audita utraq; parte:actorē ſi iniuſte petiuerit:eſtima ta lite ad impenſas reo ſoluendas condemnet.reus contra ſi rem petitam de negauerit mulctetur.Hanc regis ſentētiam ſine contradictione quidam acce pere.Veniſſe ad Henricū tūc Opicinum Spinulam:ſellamq; argēteam quæ tres caperet illi donaſſe apud auctorem idoneū inuenio.Interea Moguntiaci ad Henricum gratulatum uenere. Intelligere ſe ſe debito : & uetuſto honore fraudari . Cęſares recentiores reges demum appellari ſi opulentiſſimi regni inſignia in æde Baptiſtę Ioannis ſumpſiſſent :ędes manet preciosis ornamē tis & Theſauro ditiſſima:Carolus cognomento magnus Francorum rex de ſideriū debellauit:tertio illo titulo non prius deſignatus fuit: q̄ regnum Lō gobardorū adeptus eſt:Extant adhuc apud nos priuilegia & diplomata ſub hac inſcriptione.Carolus diuino ſuffragio Francorum:Longobardorūq; rex ac romanus patricius.Lege pontificū decreta:ſi uana nō ſunt.profecto enim inuenies regni Longobardorum appellationē patriciatu romano & impera torio nomine priorem fuiſſe.Cæteri quoq; cæſares deinceps hoc titulo ornati fuere indigniſſimum profecto eſt & ut liberius loquamur legitimus ille non erit imperator:qui coronationis ordinem perturbauerit.Vetus eſt conſuetu do a Cęſaribus ſeruata.cur nos hoc honore:& ueluti iure fraudas ?Nihil ad hæc Henricus.Verum ut inani quodam honore dignatos Moguntiacos re conciliaret ius coronandi regis reſtituit.quod beneficium haud gratuitū fuit Quinq; millibus aureorum priuilegium eos redemiſſe conſtat. Redeuntem in urbem Henricū ciues adeunt. iterum inopiam exponunt : tum q̄ difficilis ſit pecuniarum coactio.rogāt pręterea ut urbis calamitoſæ miſereatur.Nihil effecere.Auidus erat pecunię Cæſar.belli & itineris impendia ad corrogādas undecunq; pecunias urgebāt.Superbe reſpondet ingratos eſſe homines:qui Cęſaris beneficia nō agnoſcant:qui domeſtica arma ſuſtulerit :ciuitatē quie tam reddiderit:ſuprema dignitate illuſtrauerit :quod uoluerit Mediolani po tiusq̄ Moguntię ferreo diademate inſigniri.Reclamabant ciues inſignia re gni illuſtriora & Cęſari ampliſſimum inter Lōgobardos Mediolani potiusq̄ alibi regio nomine inſigniri:Cæterū Henricus ne ciuitas magiſtratu careret: apud quem ciues de cauſis & lite certarent:Nicolaum Senenſem prætorem urbi conſtituit.Improbus hic uir arrogās & inſolens domi in mercaturę ma giſterio æs alienum grande conflauerat:quod cum diſoluere non poſſet:ſolū uerterat . In prætura conſtitutus ceu dominus non pręt or ciues acerbius tra ctare cępit:cruciatus & ſupplicia leuem ob culpam minari:penasq; ſtatim ſu mere:ſi quis contradicere aut iuſſis intercedere auſus foret.Ita metu pœnę cō territi ciues quæcunq; is mandaſſet conteſtim faciebant. Vocat hic continuo eos uigintiquatuor:qui cōdendis nouis legibus:ut ſupra diximus: delecti fue rant.pleriq; nouas leges ceu libertatem expetebant . Miſeri plane ne dicam

ſtulti qui non intellígerent quorſum uocatio tenderet:& quid condendarum legum poteſtas data damni allatura foret. Exiſtimabant ſe liberari ſeruitute ut æquo iure degerent:ne ſemper paucorum imperio parerẽt. Reſiſtebat Paganus Moſchę filius:ſiue qa hominis cõtumelioſam ſuperbiã ferre nõ poſſet ſiue quod uideret per cauſam nouandarum legum:grauiorem ſeruitutẽ afferri. Proter acerbius cominatus eſt Pagano :ut pote qui ne ſalutares leges con

Stepha. Vi comercatꝰ.

derentur:impedimento eſſet: neque promiſſis ſtaret. Hoc ſermone perculſi qui in conſilio erant nihil cõtradicere. Surgens tandem Stephanus uicomercatus nos inquit unum habemus dominũ qui & idem eſt Legum conditor: iuriſdictionem ille tibi in omni negotio publico tradidit. illius uices obibis. tantum tibi deferimus poteſtatis:& itidem ſicut rerum domino parebimus. Quid enim tibi polliceri aut preſtare de nobis paganus poteſt? nunquid illi ſoli condere leges nouas:aut ueteres antiquare licet? Nicolaus iræ impatiens: uix me contineo inquit quin manu mea caput recidam. te truncum ignobilẽ faciam :quod niſi e ueſtigio ſponſore caueris te quæcunq; iuſſero obedienter omnia facturũ capite mulctaberis. Expauere qui in cõſilio erant ceu uno ſequi hominis nutu trucidari omnes poſſent. Vnus paganus uerba collegæ intrepidus laudauit:ſubiecitq; non unius Stephani: ſed omnium qui conſidemus hæc eſt ſentẽtia. cõmunis agitur cauſa:cõmune periculum pariter ſubibimus nũquid putas nos adeo ignauos ut tibi uelut domino ſeruiamus? & ne putes nos uilia mancipia quaſi aduerſus minas tuas inſurgere non audeamus:ego Stephani uadem me conſtituo. Tunc cæteri ſe idem facturos dixere. Timorem tam & ignauiam prætor agnoſcebat:quanq; talia dicerent:atq; id poteſtatis ſibi dari depoſcit:quod retro prętoribus conceſſum de publico conſilio fuiſſet. Sine prouocatione alii leges uiolabant: & pro arbitratu tollebant quorũ libidini obuiam nunq; itum eſt. Hæc acerba uerba & grauia imperia cunctos ita pterruere ut ſeruitus morte potior uiſa fuerit. Ita prętimore libertatem & opes publicas proiecere:neque poſt hac reſiſtere: aut luctari mandatis & imperio præfecti auſi ſunt. Tunc ſumma petitæ pecuniæ ut exactio

Taxatio tributi.

tolerabilior fieret ad quinquaginta numum milia in præſens diuiditur. nullus in urbe cenſus:neq; bona aut fortunæ ciuium deſcriptę erãt. Certus pecuniarũ habitus non habebatur. taxandæ pecunię hic modus inuentus eſt. ut ſumma maior quinq; & uiginti aureos non excederet:altera penſio quindecim: tertius ordo decem conferret. Ita trifariam diuiſa coactione tria hominũ milia deſcribuntur & pro triplici miliario quiquaginta milia nũmum quæſtori pernumerantur. Partiendi oneri & exigẽdæ in hunc modum pecuniæ auctorem Neapolionem quendam fuiſſe inuenio. Iniquum uidebatur ex paucorũ arbitrio id exigi :aut in ſolos tenuiores a diuitibus tributa uerti. Pecunię tamen aſperius exigebantur. nulli ucnia, nihil inopi remittebatur auctiõe facta

agri:domus:& res mouentes diuendebantur.passim pręco sub hasta & arbi trio quæstoris ad emenda bona turbam uocabat. Vix exacta quinquaginta nūmum milia erant:ecce Philippus Sabaudiensis quem Henricus: ut uxoti morem gereret(huic reginę soror nupta erat)procurādis rebus præfecerat: ne Cæsaris commoda neglígere existimaretur:cētum & uiginti ciues (legiti mus hic numerus in publicis negotiis curandis habebatur:uocat.In atrium conueniunt.Hos primum regis nomine hortatur ut quod reliquum muneris foret id expediāt.defixi stare ciues.nam qui se immunes una depensa pecunia existimabant:ubi rursus tributum imperari: neq; laxamēti quicq̄ exactionibus dari uident:ad Henricum confugiunt gementes & lachrimātes huius pēsiōis gratiā peter:clamar exhaustā priori exactiōe urbē:bōa multoꝝ uenū data:domos spoliatas:& eorū uidelicet qb9 pecuniæ copia nō erat.ꝯquestio grauis erat.lachrimę manabāt.inopiā q̄ta foret oñdebāt.nihil miserat9 ē Hēricus.Sic mœstiores discēssere. Postridie iteꝝ in consiliū ueniunt.tūc noua habendę pecuniæ ratio excogitatur:ut per capita ciuiū & ex descriptione cēsus ad perficiendū munus pecunia exhiberetur.Indicitur trigesima uniuersis pariter ciuibus siue urbem siue agros incolerēt.hi duntaxat exempti uere: qui paucos ante dies quinquaginta milia nūmum persoluerant .Querelę multorum passim audiebantur.auaritiā alienigenę gentis omnes accusare.aliterq̄ sperauerant accidisse.aduentus Cæsaris quē ante expetebant omnibus inuisus.accidisse sibi aliterq̄ sperauerant.domestico domino seruiebant.& si quid extortū erat:id oē in patria remāebat.nūc externos tirānos rapinis ditatos: spoliis onustos abire.quę secum in longinquas terras abducant.homines implacabiles feros atq; inclementes:quos nullæ lachrimę:nullæ querelę: nullæ deniq; supplicū uoces commouere aut flectere queant).nulla profecto speranda libertas:imo intolerabilis & calamitosa semper habenda seruitus:a qua liberari quidem nepotes possint.Stipendiarii cesari stipendia non inuiti pendimus. Hic nouus cęsar munera grauiora stipēdiis exigit:nostræq; urbis principes antea discordes secumq; pugnantes nostro sanguine gratiam & amiciciā a Germano rege modo ineūt minime ad inopiā patriæ respiciunt . Triū uirum ingenti largitione tam diuites q̄ inopes exhauriuntur.si florentissimæ nobis res essent:uix quod pecuniæ petitur expedire possemus:nedum longinquo dissidio diuturnoq; bello fere absumpti perpetua sub ditione:& imperio esse non recusamus: modo predę auarorum hominum subiecti non simus: nostręq; fortunæ arbitrio paucorum nō diripiantur . His querimoniis nihil imperiosus & egens dominus donauit .imo argentum paulo acerb us exigebatur.Fremere tamen ciues & grauiora de Cęsare obloqui non cessabāt.ita timens Henricus ne ob extortas pecunias quidam rebellionis consilia facerent:sub specie officii utriusq; factionis principes secum Romam ducere cō

ſtituit:centumq; nominauit:ut ſcilicet honorificentior & ſplendidior eo comi tatu incederet:citati nominatim fuere Mattheus Vicecomes:Galeacius: Lo drifius Vbertinus Vicecomites:eiuſdem pręterea ſectę quinq; alii Gulielmus Puſterleus:Creſſonus Cribellus:Landulfus Burrus. Turrianę familiæ Guido & filii.Paganus & frater.Gaudere tũc plebes quaſi ciuilibus malis defuncta: his abductis qui antea certaminis & diſſenſiõis auctores fuerant Quis enim poſthac diſcordias ſerere:aut inteſtina certamina mouere audebit? Gratula ri deo in templis humilior turba cœperat: ceu hac uia ocio urbis conſultum fuiſſet.Nobiles contra de cetu & conſpectu popularium ſe ſubducere:publi co abſtinere:infrequentes in aula uerſari.Quæ ubi Henrico nota fuere conti nuo ad ſe uocari patricios iubet.pauci accedere:alii imperia detrectare:quidã clandeſtina conſilia iniiſſe: & contra Henricum coniuraſſe dicebantur.Tũc is anxius conſilia quæ forent nobilium:& quid in urbe ageretur exquirere di ligentius cœpit.multas agnoſcebat coniurandi cauſas: primum quod mole ſte ciues ferrent tantũ pecunię extortum fuiſſe:deinde quod Guelphus a Ro berto & Florentinis ſollicitaretur qui partim uidebant: ſi diutius germani in noſtra gallia uerſati fuiſſent:opes ſuas opprimi & debellari poſſe:partim leui tate eorũ qui ſemper nouis imperiis ſtuderẽt. Rumore & his ratiõibus Hen ricus optimum factu ratus Mattheo & Guidoni qua ſe ad iter accingerẽt:diẽ preſcribit.Hoc ubi diuulgatum fuit Galeacius Vicecomes:& Franciſchinus Turrianus in cõmuni diſcrimine ingenioſi:uidebant Henricum amandatis primoribus patriam occupaturum:extra Ticinenſem portam proxime pon tem cretarium in pratis eunt:remotiſq; arbitris longiorem ſermonem de no uãdis rebus habuere. quippe a colloquio diſcedentes:dextras taciturni iun xere.Hoc circũſtãtes obſeruaucre:& enim niſi de rebellione tractauiſſent de ſertum in locũ non ueniſſent:neq; tãtopere fidẽ porrecta manu aſtrinxiſſent. Poſtremo ex geſtu & Franciſchini uerbis deprehenſa cõiuratio fuit. Geſtiẽs hic & lætitiæ plenus neſcioquid enunciauit: unde conſenſiſſe urbis principes aduerſus Germanos appareret:quanq; contra Galeacius omnia diſſimulare & ſilentio tegere nihil ex uultu aut ex ſermone demonſtrare:unde ſuper nouo conſilio ſuſpectus eſſet.Guidonẽ filio referenti quid ſecreto cũ Galeacio trac taſſet dixiſſe ferunt.Conſilia ſummę rei cum eo iniiſti:qui ex uſu rerũ plura te nouit.Interim plericq; eorum quos Henricus comites delegerat:regẽ adeunt: ſe paratos dicunt quocunq; uoluerit ire:neq; quicq;:& ſi longius ſit iter:recu ſare:modo uiatica adſint.Indignum profecto eſſe ſuis ſumptibus eos tantũ uiæ conficere:proinde ut dignus cæſare & urbe comitatus progrediatur:de publico copię prebeãt.Iuſta poſcere uiſi ſunt.nã ſiue naſcẽtes motus ſopire: ſiue magnificentius rex incedere uelit: quando id publicæ ſalutis cõmunisq; utilitatis interſit publicitus etiam pecuniæ exhibendæ ſunt. Sed quid rex fa

Coniuratio in Henricum

ceret inops erat:populum intolerabile tributum exinaniuerat. Negotium tamen pecuniæ Nicolao de quo supra diximus dedit. Hic continuo decuriones tum eos omnes:qui urbicis negociis pręerant in curiam uocari iubet:sententiam regis de argento his erogando qui Romam cum eo profecturi essent:exponit. Ad hunc sermonem conticescunt omnes. Nihil rogando:hortando deniq; minando is proficiebat. Tunc clausis foribus ad Henricum progressus elingues inquit & muti sunt qui in concilium uenere. Si me audies inedia eos macerabis tum uero comites uię in uinculis tenebis. tibi:mihi crede illudūt. An ignoras Galeacium & Francischinum occulta colloquia iter se habuisse? consilia quæ fuerint nemo nouit:rebellionis & infidelitatis signa dederunt. tu pacem urbis & ciuium concordiam procuras:redintegratis animis principē pati nolunt. aduersus te coniurant:in cuius manu libertas & salus sua posita est:te auaritię atq; rapinę insimulant:ut obiter tumultus causas faciant. Henricus magnifice neq; inclementer respondit. rumoribus non decere regem credere:& ita animaduertere in eos si qui proditionis aut coniurationis insimulantur. exploratores nostri uicatim quid loquantur homines obseruant. hi nunciant plebem & infimam turbam aduersus nos grauia loqui:& proinde conspirationis suspectos esse. Mattheum uero & qui cum eo consentiunt contra nos nihil fraudis moliri. exploratius quiddam in tanto facto expectamus. proinde dimitti eos uolumus:qui clausi ieiunio macerantur ita breui utrius sit ambigua plebis an patriciorum fides comperiemus. mox constricti decuriones relaxantur. Lenitatem & clementiam Henrici pleriq; laudauerunt:quippe ignorantes unde cōstans paulo ante Henricus tā subito lenis factus esset. Nā haud ita multo post ficta fabula fuit reū mortis igne cōbustum iri. In publicā aream extēplo ingēs Germanorū multitudo armata cōcurrit. ita locus cui brolio nomē est:ualido p̄sidio munitur. Vrbauæ cohortes uelut subsidiarię in foro stabant. Sic paratis in statione militibus equitatus iperatorius per urbē discurrere cœpit. uicos & domos nobiliū inuisere:si quis palā aut clā armatos haberet. Mane acta hæc fuisse pridie idus februarias q̄dā scribūt. Matheus ubi appropinquare germanus audiuit:potentiorūq; domos obire:i penitiore ædium parte Galeaciū cū iuuentute delecta occultat:ipse in uestibulo cū paucis familiaribus ceu facti ignarus deambulabat:interim sedebat:intro gressi equites nihil armoꝝ uidēt:& si qui cū Mattheo erāt inermes esse:ut poteq salutādi gratia uenissent. Mattheus quasi oia placata forēt placido uultu q̄d querāt rogat:uinūq; afferri iubet. bene poti Germani cōtinuo ad Turrianoꝝ ædes pgunt. cōplures in armis offendūt:illuc enim tanq̄ ad factiōis nidū ii aduolauerāt:q̄bus cū Frācischinus cōsilla cōiurationis cōmunicauerat:hoc ipso decepti quod pridie cōstitutū diē arma sumpsissent. Post meripiē p uicos ad arma clamatur. Ingēs tumultus excitari. Cursitātes q̄dā per urbē amicos

& uicinos:ut arma aduersus barbaros caperent:concitare:clamitare alii Vice comitem:& Turrianum in gratiam & fœdera uenisse:coniunctosq; esse utrosq; in excidium germani regis:signa consociata pro turrianorum domibus uisa.uoces præterea audiebantur frequentes.nimium patiētem fuisse populum qui tantam rapinam sustinuerit.Summouendos ex urbe germanos:alii edocti a Guelphis qui Mediolanum uenerant:ut maiorem turbam suscitarēt per sancte iurabant Galeacium Vicecomitem & Frācischinum pro turrianis domibus armatos se se exosculari:quod scilicet in cædem germanorum concordes essent.quid ergo ociosi sumus?cur barbaros non aggredimur? Deleatur omnino gens rapax & infida.quid nos timere debemus si principes nostri cōcordes sunt?his uocibus etiam qui medii stabant sumptis armis in societatē prodeunt.nobiles quoq; nonnulli & si res mira uidebatur in concordiā Matheum & Guidonem uenisse:qui de uita & imperio tot annos dimicassent:tamen frequenti acclamatione commoti Turrianis se applicant. Germani equites in regionem nouam unde & porta nomen habet agmine facto contendunt.Obstat Turrianus:nam tum beneficio uici:tum multitudine armatorum barbari agminis impetum sustinebat:atq; interim urgentes repellere. Hēricus laborantibus suis ex turmis: quas paratas habebat:subsidium emittit.pugna acris facta est.complures interfecti.Constituti in præsidio equites locum deserunt.Interea hi nobiles:qui ut supradiximus: initio tumultus falsis uocibus moti Turriano se aggregauerant:cum nullum factionis suæ principem uiderent:sed turrianorum satellites atq; clientes duntaxat arma tractare:nunquid & nos duces quos sequamur habemus?cur nemo ex nostris concordiam & pacem nunciat?cur pauci uel plane nulli de nobilitate ad tumultum accedūt?ante turrianas ædes armis res geritur:nisi forte quisq; & domū & uicinia suā tuetur.talia inter se iactātes a pugna abstinent. Duo fratres Riciardus & Philippus ex ea familia ꝓgeniti quę Petrasanctę nomē habet arctissima ꝓpinqtate Castonū archiepiscopū & reliquos fratres cōtigebāt:patrū nobilitate atq; propria uirtute nobiles.hi ubi audiuere concordes Guidonē & Mattheū esse:cōfestim arreptis armis nimiū crediili coacta amicorū manu germanos adorti ad domos usq; turrianas insequunt.quo in loco cū neq; uiperā neq; ulla insignia nobilitatis uiderent se deceptos clamant:atq; obuersis equis in regiones suas reuertunt.uicinia est Braidę populo frequēs & turrianis domibus cōtermina.hi siue metuētes ne germanus uictor preda turrianorū nō contētus in se arma cōuerteret:siue qđ factōis turrianæ nimiū studio si forēt:uniuersa ad barbaros debellandos accurrit.Ex oibus deniq; nouę portę uicis in pugnā itur.Cęteri Gibilini relicto turriano:quē p errorē sequebantur:abiere.Decubabat tūc forte Zōfredus Turrianus:is strepitu & clamore excitatus:q̄uis morbo grauaret:de fenestra quanta uoce potuit exclamans:

Petrasanctę familia

cur inquit insani hæc armā temptastis? cur pugnam huiusmodi cietis? an hoc certamine uobis & mihi tum propinquis & patriæ cladem ingruentem non cernitis? Nihil talia identidem clamando proficiebat occecauerat seditiōis auctores uindictæ & regnandi cupido. Zōfredus hic minime factiosus erat: odii ciuilis & contentionis iuxta expers. his semper aduersus quicunq; imperium in urbe quęrerent. Ad tumultū & certamen duo primi accurrere Ioannes calcia quem primum urbi rex pręfecerat: & Henricus aulæ magister: cum haud magno equitatu. Iam porticum & aream: quę pro templo diui fidelis patet p transiuerant. proximę erant templo turrianorum ędes. uiso hoste utriq; subsistunt. Tunc hippoctoxotę germani in oppositum agmen contento arcu irruūt multi uulnerantur. Ciues pugnę alioquin inexperti fluente sanguine trepidarunt atq; pturbati ut sagittarum ictus deuitarent pone ędem sinistro latere propinquam refugiunt. dextrum latus nudauerant sinistrum paries defendebat: quos inermes Germanus eques cōspicatus cursitando cōfodit. ita lauctii in fugam conuertuntur. Instans tergo hostis magnam peditum occidionē fecit. Franciscus & Simon cōiurationis & pugnæ auctores de periculo & imminenti cæde fuga se subtrahunt. equorum ornamenta ne fugientes retardarent: recisis uinculis deiiciunt urbe decedentes. in arcem Montorsani iam præ nimio cursu deficientibus equis se recipiūt. Cęteri equites qua tutior & breuior uia ad fugam uidebatur: eam euadunt. Redierant in pugnā Riciardus & Philippus cognatorum precibus uicti. hi dum irruentem barbarum sustinere conantur: saluti suę parum prospexere. Philippum lætali uulnere transfixum & semianimem barbarus expoliauit. Riciardus occupato in spoliis hoste de pugna recedens in Guidonis domū abiit: atq; occlusis foribus trepidus & exanimatus Guidoni in cubiculo decubanti abeūdum inquit est. Succubuere tui. fugientium terga premit hostis. restitui res non potest. sola fuga seruari possumus. nec plura locutus infirmum hominem e lecto sustulit. uicinam maceriā transgressi per hortos religiosarum mulierum in interiorē ædium partem penetrant. ibi quoq; cū pax tutus esset Guido transmutatis latebris ad Iacobū magnę uirginis tribunum transiuit. Distabat domus longius: & proinde minus suspecta & inquisitoribus parum obuia. In tanto rerum turbine & ciuiū strage Mattheus consilium prudens & sibi & suis salutare capit. Domi ut supra diximus Galeacium cum magna amicorum manu occultum habebat: mādaueratq; ne in publicum nisi uim & iniuriam repulsurus prodiret. si quā ciuis aut barbarus sibi & uiciniæ inferret: ipse p posticū inermis & cū tenui comitatu in ppinquū Tridentini episcopi hospiciū cōtēdit. Hic unus secretorū regis pticeps & ab epistolis magister erat. Ad Hēricū inquit me deducas ad cuius iperiū uiuim9: p quo uel libēs mortē oppetam. uim & arma eorum me tuo: qui uoti & studii nescii sunt. quare nisi te deducente accedere non ausim.

Ita epiſcopō duce Mattheus inter frequentem germanorum cohortem: quæ pro ædibus excubabat ad cubiculum regis deducitur. habitus & facies hominis ſpem magnam dubiis germanis dedit: Statimq; conclamāt: Mattheum fidelem & cæſari obſequentiſſimum eſſe. Rex uiſo Mattheo admodum gauiſus & quid inquit ubi Galeacius tuus eſt? quem affirmauere quidam cū Turriano arma coniunxiſſe: nobiſq; pariter infeſtum eſſe? De te iam nihil metuo: & in fide atq; obſequio quanuis titubes manere certum habeo. ſuſpectum conſpirationis uulgi ſermo fecit. ego autem uix credidi te in nos coniuraſſe: & noua conſilia cum his communicaſſe: qui nos infenſiſſimos ideo habent: quod te exulem & egenum in patriam reſtituerim. Sed cur obſecro tam ſero huc ueniſti? quid non pugnantium clamor per uniuerſam fere urbem ſublatus & diſcurſantium fremitus te mouit: atq; excitauit. Ad hæc Mattheus. Regum maxime me tuo præſidio ſeruatum: & tua benignitate honoratum ſiquid nunc ſum profiteor. hoc idem ſentiunt & predicant: qui me ſequuntur. a te ſtamus quæcunque imperaueris facturi. quod niſi pro ſalute tua & maieſtate imperii extrema quæque pericula ſubirem: grande profecto admitterem nephas. quid ſi cum aduerſariis aduerſus te conſenſiſſem. Serius ad te: nempe ueritus ne peregrini milites per uicos diſcurſantes me: quem non ſatis norāt: pro hoſte tranſfixiſſent. ita ut tutus & ſecurus accederem Sacerdotis hoſpitium adiui. rogaui & obſecraui: ut me ad te deduceret. Hic ſi quid mentior coarguere poteſt. Epiſcopus ut Mattheum ſubleuaret atque defenderet illum apud ſe in initio certaminis fuiſſe affirmauit. ita morę cauſam facile rex credidit. Interea Galeacius contra patris mandatum arma capit. in publicum cum ea manu: quam ſecum habebat progreſſus in uicinitate quoſcunque nobilitatis ſtudioſos conuocat: extemplo in aream quę Piſcinæ nomen habet ingens armatorum turba aduolat. tum quod regio opulentior foret: tum quod incolæ aut nobiles eſſent: aut Gibilinum nomen profiterentur: acceſſere de ticinē ſi porta ad ſigna Galeacii plurimi in unum glomerati: quid agerent & quos ſequerentur ambigui erant. Leuitas & auaritia barbarorum inuiſa omnibus: ne germanis equitibus adiungerentur faciebat. Verebanturque ne tributi nō pridem depenſi iacturam preda emendarent: atque ita promiſcue ciues predarentur & occiderent. Dum talia ſecum tractant de ticinenſi & Vercellina regione altera manus ad uiperina ſigna accurrit: Galeaciumque ducem facit. Inſtructa acie in locum deſcendunt: quem ducis curiam appellant. Stabant illic germanorum cohortes: quo ſe uerterent haud ſatis certę. quoſcunque in armis aſpiciebant extimeſcentes. frontem aciei Boſchinus Mantegatius ſeruabat: quem nuper ab exilio in patriam Henricus reſtituerat. propius Germanos acceſſit. hunc barbarus cum ſermonem noſtrum non intelligeret ceu hoſtem gladio uerberabat: atq; tranſfixiſſet: niſi ſublata galea uultu hi

lari & ſubridẽti ore ſe amicum ſignificaſſet.ita cum eo ad Germanorũ agmẽ acceſſit:quos per interpretem edocuit Galeacium Vicecomitem Matthei filium & cæteros armatos regis dedititios eſſe.pro quo uel mortem non inuiti obirent.nos ille patria profugos inopes & errabũdos domum reduxit.noſtra ſeruare & incolumes ab omni iniuria & detrimẽto eſſe niſi rege incolumi & dominante non poſſumus.tunc læti & alacres hoc ſermone fuere Germani. Boſchinus deinde ad Galeacium reuertitur:eoq; internũcio Vicecomiti Germani conciliantur:dextras que firmandę amicicię & fidei gratia contingunt: atque eueſtigio utriq; conſociati per uicos predabundi diſcurſant. Turriano rum amici a Vicecomite ſe proditos:& quod in coniuratione fidẽ non ſeruaſſet clamitabant.illorum domus direptæ:permulti quoq; obtruncati ſunt. In uenio tunc primum tetra & pernicioſa factionum uocabula ¡Mediolani audita Gibilini a Vicecomite ſtabant.hi ut germanos ſanguini & predę alioquin imminentes in aduerſarios magis incitarent eos Guelphos dictitabant. Guelphum nomen Cęſari inuiſiſſimum ea ſocietas & amicicia reddebat: quam illa factio cum Roberto rege fecerat.Iam in campum peruenerant:qui de ponte ueteri nomen habet.Agmen anteibant Galeacius & epiſcopus germanꝰ. hunc quid agendum ſit rogat Galeacius.At ille Auſtriæ dux in comẽſi ſuburbano haud paruas copias habet.Diui ſimpliciani Cęnobium tenet.foſſa & muro intercluſus diſtinetur quominus ſubſidio nobis eſſe poſſit.porta milite noſtro firmanda eſt:ne Guelphus illam occupet.portę Creſſo cribellus cum peditatu cuſtos imponitur.hũc fidũ rebus ſuis & turriano inimiciſſimũ exiſtimauere proter cædẽ patris quẽ Turrianus iuxta torrentẽ guazã pugnãdo interfecerat.ex eo quãuis nurum turrianã domi haberet ardẽs tamẽ in uindictã erat.Galeacius paulo poſt ad portã cõtendit:& quingẽtos eqtes introduxit. hi de ſalute ducis admodũ ſollicíti adoleſcẽs incolumis ne eſſet ſtatim exquirũt.Vix puberẽ egreſſus etatẽ Henrico Italiã petẽti comes datus fuerat.Secuti ſunt adoleſcentem nutritii.his ſalutem filii & uitam mater commendauerat.Ex ſuburbano paulo ante tumultũ ad regẽ uenerat:a quo diſcedẽs pene interemptus fuit.obequitãtis ſecus tẽplũ diui Marcellini iniectũ miſſile inerme latus hauſiſſet:niſi accurrens nutricius tellũ ſubiiſſet:uulnuſq; repuliſſet. Ora ueſtimẽtorũ dũtaxat pſtricta fuit:nulla corporis parte fauciata.trepida uer germãi ob pclitãtis reguli caſũ:atq; ꝓeſtim alacres i põtẽ ueterẽ redcũt. magna pfecto fuit nutricii caritas:q p ſalute alũni i aptã mortẽ incurrerit. Cęterꝙ furens Cribellꝰ ubi ſuſos Guelphos uidit ad Galeaciũ & Theutones uoce alta clamitat.Perdat pẽitꝰ i urbe guelphus.Excipiẽtes germani uerbũ gladios ſtrigũt.Oſtẽtãtq; ſubide dicẽtes his ura res agit.hi a ui & iniuria ad uerſariorꝙ ſecuros uos faciẽt.barbarorꝙ ſẽtẽtiã plericq; oẽs atq; i primis ductores ordinũ pbabãt.At Galeaciꝰ cęteris natu mior ciues miſatꝰ quos pituros

Creſſo Cribellus

Caritatis exemplũ

Galeaci Clemẽtia

crudeliter uidebat:ita audientibus cunctis clara uoce inquit in locum ubi certatur properemus.ita siquid periculi reliquum est:id totum nostris armis tolletur:simulq; eos confirmabimus:quorũ fides in ambiguo certamine nutat'. proditionis capita:& eos qui inimica arma aduersus regẽ mouent puniẽdos censeo.Mutauere consilium extemplo armati: & subinde parendum Galeacio aiũt:ut pote qui mitiora & salubriora moneret.Sic protinus in agmẽ Coacti ad regiones turrianorũ contendunt.cæsos & cruentos humi iacentes cõplures offendunt.pars magna a cæde fugiendo subtracta erat.Germani cum deessent cũ quibus dimicarent domos ingressi quoscũq; obuios habuere trucidant.alios spoliant.neq; solum Turrianorũ bona diripiunt:Sed etiam eorũ q procul a studio partiũ & a certamine aberant. Lanificio magnas opes Sagazoni quesiuerant horum domos barbarus irrupit': diripitq;.iure belli omnia sua dictitabat:neq; eos seruauit Galeacius quanuis bonos ciues & imbelles esse homines:quibus parcendum foret: inclamaret.magnitudine predæ captus barbarus abduci non poterat.ita crescente in dies damno domos :& quę in eis erant pacto precio redemere.Sex dies a direptione & rapina cessatum nõ est.Guidonis domus succenditur:& qui contigui erãt detrimẽta accepere:q̃uis medii & neutro inclinarẽt. Venerat ut supra diximus: Mediolanũ Paganus patauinus episcopus: ut discordias inter cognatos & certamen obrecentem iniuriam obortum componeret: ubi tumultuari cæptũ est: clamore pugnãtium attonitus sacerdotali ornatus amictu:dextra pastoralẽ lituum gestans ante Zonfredi fratris ædes constitit. a consilio cognatorum uterq; semper abfuit ab omni ciuili seditione auersi.Aderant quidam Gibilini nominis:ut sua prẽsentia sacerdotis & fratris bona defenderẽt: sed nihil ueneranduus ornatus:lituus & pastoralis apex iuuere:irrũpẽs in ędes barbarus equos uestes preciosa & sacra uasa diripit.Cæterũ ut primum ad arma concursum fuit:acciitu cęsaris Castonus & tres fratres ad illum ueniũt.Ad hos Cæsar:& cur armati ciues concurrũt:' Quid iste uult tumultus:' respondent se insciis rẽ tantam actam fuisse:& quæ causa motus excitauerit penitus ignorasse : eos quanq̃ non inuitos apud se Henricus habuit.Interea Mattheus permissu cęsaris domum reuersus equum protinus conscendit:atq; in eas fertur regiones ubi tumultus maior audiebatur:magisq; barbari deseuire nũciabãtur : suos hortari ut in partibus perseuerarẽt:cędibus parcerẽt.tã ciues q̃ peregrinos ut a preda & uindicta abstinerẽt'hortari:forte ad Iacobũ accessit:i cuius domũ ut supra diximus Guido delitescebat:quãq̃ id ignoraret.fores famuli pulsant accurrit Iacobus:seruis & domesticis minime credebat ne scilicet qsnã in domo lateret:manifestarẽt. Viso Mattheo haud pauẽ timuit. anxius eius uicem erat:q fidei suę se cõmiserat . Verum dissimulato metu:placidoq; uultu quid nã inquit Matthee queris:' domus tua est. Tunc ille :ut te & tua serues istuc

Direptio crudelis

Sagazoni

uení:protinuſq; famulos armatos oſtendit. tuum Iacobus preſidium inquit non repudio. Verum illud te rogo quando tuo conſilio tuaq; opera furor iſte ciuilis:& tanta ciuitatis clades finem habere poteſt:innocentes ſerues:iratos hominum animos mitiges:ferri licentiam corripias:barbarorum arma comprimas. Salubria uerba:Manſuetum ac mite Matthei ingeniũ erat. Cæterũ barbari dulcedine predę;a ui & direptione nihilominus abſtinebant. omniũ bona promiſcue diripiebantur:hiiq; ſpoliati ſunt tam qui in Cæſarem conſpirauerant:q̃ qui pro maieſtate imperatoria depugnabant:neq; tantũ in urbe inteſtinum malum uagabatur:ſed in ſuburbanis & urbi propinquis oppidis: atq; uicis pro libidine & auaritia barbarorum omnia miſceri. permittebatur cuiq; iniurias & accepta damna aut emendare aut inimico reponere. Cęterũ Henricus Guidonem & filios tum circiter uiginti quos nouarum rerum:& armorum auctores cognoſcebat:conquiri iuſſit. his diem dixit qua datis ſpõſoribus urbe cederent:finesq; terminauit:quos eggredi nõ liceret. Riciardus petraſancta edicto paruit:& quo imperatũ erat dato ſpõſore abiit. Frãciſchinus & Simoninus contumaces in arce Montorſani cum aliquot ſuæ factionis ſe continuere. Guido Alexandriam proficiſcitur. in exulum tabulas relati ſunt:qui imperia detractauerunt:aut nullo ſpondẽte urbe ceſſerunt. Poſt hæc exilium publico preconio iis inciditur:qui pro cenſu deſcriptas pecunias non ſoluiſſent. Interea Venturinus:Bencionus fori noui comites:tum alii qui antea Crema exulauerant ultro Otthorinũ Soreſinam cęſaris Vicariũ deligũt: id quod Henricus comprobauit. ita illo prętore aliquot dies Cremenſes pacata omnia habuere. Res perturbarunt fori noui comites dum ſua uindicare ſtudent quę ipſis exulantibus errepta fuerant. ita denuo certamen ciuile excitatur. Venturinus conuocatis amicis comitibus occurrit: quos dimicando uicit atq; eiecit. prætor ſine noxa oppido cedens Mediolanum uenit. Cremẽſium motus & arma Henrico exponit. Rem ad proceres is refert. Statuere ut duo Mediolanenſes Cremam legantur. Delecti Gulielmus Puſterleus:& Caualchinus Moguntiacus. hos Cremenſes haud inuiti excipiunt. Rogauere quidam ut in magiſtratum Othorinus rediret:iura ut cœperat:regio nomine dicturus. Bencionus contradixit:legatiſq; reſpondit ſe non cęſaris tantum amicitiam colere:ſed cuiuſcũq; finitimi amicum eſſe. at nequaq̃ ſe paſſurum ut peregrinus quiſq̃ in oppido cum imperio ſit. Factioni ſuæ hic metuens cõtumax ideo aduerſus mandata fuit. eum ſæpe ad ſe Cæſar fruſtra uocauit. Cæterum haud ita multo poſt is Crema pellitur. Per eoſdẽ dies Vitani a Ruſconibus quos pridẽ domo eiecerant Como pelluntur. exules prętor & peregrinum præſidium in oppidum introduxerant. Studebat Henricus ciuitatẽ redintegrare & concordem facere:quod haud efficí poterat niſi domo fugati in patriam redirent. Cęterum Guidonis reditus ad quietem & pacem perne

Vitani

ceſſarius exiſtimabatur. Philipponus itaq; Languſcus Simonem Colobianũ Gulielmũ Bruſatum ad ſe accerſit: mandatq; ut Guidonem ubicunq; is ſit inueniant: protinusque ad ſe deducant. Forte Cremonæ inuentus eſt Guido. Illuc enim ab Alexandria profectus erat. De reditu longa conſultatio. dies fere octo habita. Henrico renunciant Guidonem ita demum reuenturum: ſi obſide idoneo a ui & noxa ſecurus & tutus fuerit: præterea ita fidem imperatoris exigere: ut Valeranus illius germanus frater ceu fidei obſes in arce Mõtorſani a filiis ſeruetur. Maieſtate cæſaris res indigna uiſa fuit. ita Guido in patriam non rediit. Ergo ſub idus martias Nicolaus urbis præfectus Zonfredinum & Zaninũ fratres tum Angeſoſlum & Iacobinum Turrianos: & alios circiter ſeptem de eadem familia accerſit. his mandat ut ſponſoribus caueãt ſe illuc ituros quo Cæſar relegauerit. Sponſione continuo fidem firmant: uiaticaq; pręparant. Pręſcriptum ut ante ſolis occaſum patria cedant. Poſtulauere de cæſaris familia comites: ut indemnes eant. datur a Nicolao unus ex pręfectis prętorianę cohortis. Iam ad portam quę romana appellatur: uenerant. Germani milites qui eos obſeruabant: impetum faciunt. iumenta apprehendunt. Sarcinas diſſoluunt: cunctaq; diripiunt. pretoriani reſiſtere & repugnare acrius. turpe erat eos non defendere qui fidei & cuſtodiæ ſuę traditi fuerãt ut incolumes patria cederẽt. Barbaros preda ſtimulabat. gladios utriq; ſtringunt. depreliantur acrius: ſuperat germanus. Turriani amiſſis omnibus alii in prætorias ædes: quidam ad uicinos amicos confugiunt. In hoc rerum motu ciuiliq; pugna Mediolani renouatur ea ſocietas: cui ut ſupra diximus: credentiæ Ambroſii nomen erat. Conuenere mille & ducenti ciues mercatores: & ſi qui alii a ſtudiis factionum procul eſſent. ſuſtulere ſignum ex nigro & albo in cuius medio aquila uiſebatur. Factio hæc imperatoria appellata fuit: iureiurando adacti quatenus imperatoris partes defenderent atq; tuerentur. tum eos accuſarent: ſi qui de Henrico obloquerentur: aut aliquid noui conſilii inirent. Præficitur huic ordini Legienſis epiſcopus. Mattheo Vicecomiti: Gulielmo puſterleo: & magnę parti nobilium ægre hoc fuit. Videbãt Motę factionem pridem ad frangendas patriciorum uires initam hoc nomine inſtaurari. Itaq; imperatorem adeunt: & quo plures diſcordi in populo cæſarũ defenſionem profiteantur eo quietiorem urbem futuram: nouisq; conſiliis neminem operam daturum & proinde munitiores Henrici opes futuras: ita altera ſocietas conflatur: cum hoc tamen ut nullus de gente Vicecomitũ aut Turriana nomen in eam daret. Signum erexere pannum croceum in cuius medio paſſis alis ſtabat aquila. Conſtituta iu hunc modũ duplici factione iterum iuſſu imperatoris turrianis graui indicta pena ut urbe abeãt edicitur: ea loca petituri: quæ Henricus uoluerit. De fuga item per ſponſores cauerent. quod ſi feciſſent in relegatorũ non exulum numero haberentur. Poſtridie itẽ

Credẽtia renouata

Mattheus & Galeacius relegantur.hic Taruisii: pater uero Hastæ: siue hoc eleuandę inuidię gratia fecerit Henricus ne partem ciuiũ fouere & amplecti: alteram uero aspernari & deprimere diceretur: siue ut his morem gereret:qui aduersus Mattheum cum turriano senserant:parum constat. Vrgebat Henri cum pecunię inopia.principes uiri dona deposcebant.ita undiq; argentũ con ficiebat. Fœnore agrorum ditissima est ea religio in longobardis: quæ humi liatorum cognomen habet.a prędectis Cœnobiorum nomine mutui argentũ petiuit.pernegauere fratres & mutuum:& si quicq̃ tributi ab eis peteretur:au dax responsum indignatus cęsar cõtinuo egenos & Latrones in possessiones illorum immittit. tecta agrestium predantur: & subinde euertunt. agros ua stabant:undiq; ad predam concurrebatur.damno & detrimento affecti: uix pecunia clam data ueniam redemerunt. Dum hęc Mediolani geruntur Ma cioni uctus & potẽs familia cũ episcopo Brixia pelluntur.Sacerdos uix quin tum & uigesimum amicum attigerat Bartholino Madio progenitus: Brixia nos & Bergonienses maxime omnium Longobardorum pernicios is seditio num nominibus cõmaculatos & infectos fuisse scribit Blondus: & quod ple riq; gentium obtestantur & execrantur:duo hi populi pertinacissime tenere gloriantur:& ne unq̃ longo tempore sanari possit hic morbus filios & nepo tes ad pernicialia studia parentes instituunt.publica negotia aliter q̃ sub titu lo factionis administrari apud eos nephas est:& quod abominandum omni bus publica signa quotiens in prœlium prodeunt factionem indicant.herbæ arbores:terræ fructus colores:uestium habitus:incessus hominum: digitorũ crepitus:oris hiatus suam propriam partis quam quisq; sectetur significatio nem habent.Interfectos fuisse ab hospite aduenas uiatores: qui allium quod natura diuisisset cultello scinderent:ceu diuersarum partiũ forent. Hæc Blon dus uidit.Alius de hac gente duos in sacratissimo & maxime uenerando die mysticum panem cum manducassent per transuersum oua rescindere: cum cęteri qui in mensa erant in oblongum scinderent.Correpti saltem ea die per nicios os affectus & odia dissimularent gestientes respondere:ab institutis pa trum discedendum non esse:& quę domi didicissent:ea pertinacius ceu ma ternos amictus custodienda esse. Petebant ab Henrico Brixia profugi ut in sacerdotiũ & patriam restituerẽtur.Cesserat paucis ante diebus Brixia Mat theus Madius episcopi patruus: quẽ Henricus honorifice apud se habebat. ita iuuante patruo cæsar præsidium ad episcopum & exules reducẽdos decre uit.Deligitur Mediolani iuuentus. præficiuntur Comes Sabaudię & episco pus Legiensis.Adduam traiiciunt.Extemplo his aggregatur magna transad duanorum manus.Olium qua uadari licebat pedibus transeunt.Vrceos pri mum perueniunt inde uicum:quam arcem liberam uocant:inuadunt atq; di ripiunt.uicina omnia ferro & igni uastauere.Romanum per uim capiunt.op

Macioni

Brixiani factiosi

Mattheus Madius

pidanos ſpoliant: & quantis maxime poſſunt detrimentis afficiunt: inde in Cremonenſium fines reuerſi: Soncinum oppugnant: cuncta præter arcẽ populantur. tecta ſuccendũt. Bruſſatorum factio Brixia potiti diuerſæ partis homines partim domo & aris eiecerant: in uinculis alios cõcluſos habebant: ſuis & uicinorum damnis conterriti cum premente Henrico de imperio & uita periclitarentur: neq; enim ad ſua tuenda uires ſuppetebant: captiuos relaxãt atq; Imperatori urbẽ dedunt. Prætor imponitur Marullus marchio malaſpina. Hunc Bruſſati honorifice ſuſcipiunt. Per ea tempora Mediolanũ accitu Cæſaris Reinaldus Concoritius Rauennas archiepiſcopus uenerat. Exulante Mattheo Henricus eos in conſilium uocat: quibus cũ archana cõmunicare ſolitus erat. Conſultant de iis ad obſequium redigendis: qui imperia detrectaſſent: ne alii qbus inuiſi proceres germani erant: rebelles fierent. Itaq; dies octauus a reſurrectione domini cõſtituitur: quo auxilia ſociorum & amicorũ in certum locum coirent. Venere Mediolanũ ſexcenti equites: quos deſultorius equ⁹ ſequebat. his mãdatũ ut ceu in ꝓpinctu expeditionis inſtructi atq; armati ſtarent. Ita comparato equitatu Papiã ad ſolemne feſtum Henricus ꝓficiſcitur. Sabaudię comes cuſtos Mediolani relinquitur. hic inſtabat uehementer ut iumenta & plauſtra ad frumenta conuehenda q̃ primum cogerentur: quoſdam grandi pecunia mulctauit: qui ad conſtitutũ tempus non uenirent: aut negligentius mãdata curaſſent. Inter ĩ Auſtriæ duces Mediolani ut ſacris diebus populus lętior eſſet: conuiuiũ magnificum apparant. Generoſę matronę: uiriq; nobiles inuitati: ut celebratior memoria epuli duraret. circiter duodeuiginti ex familiarib⁹ & domeſticis ad militiæ auſpicati⁹ tirociniũ gladio atq; haſta militari donãtur. Per coſdem dies Franciſcus Garbagnates: & cęteri nobiles apud regem inſtare: ut Mattheus & Galeacius in patriam redirent. In euidẽti erat utrũq; odio magis ex uetere ſimultate tum quorundã inuidia: q̃ quod publicũ comodũ proiicerent: aut conſcii cõiurationis fuiſſent: ſed ut in magnis urbibus fere accidere ſolet: potentes uiros tenuioribus inuiſos fuiſſe. Hæc ita eſſe rex credidit: atq; confeſtim exulantes patrẽ & filium per litteras ad ſe uocat. Reuocatus ab exilio Mattheus Papiã uenit. quẽ imperator placido uultu excepit prandioq; dignatus eſt. Diſcumbenti Lompoldus Auſtrię dux ferculum obtulit: ſubinde inclamans hoc tibi promotionis magnæ ſignum Matthee ſit. Vera ſane regulus ominatus fuit. peractis ſacris poſtridie idus apriles Hẽric⁹ Mediolanũ reuerſus Mattheũ reduxit. Tũc anona difficilis Mediolani erat: ꝓterea qd agricolæ undiq; cõparata frumẽta ĩ caſtra cõducere cogebant: quanq̃ ſegetes maturæ meſſi eẽnt. triticũ tñ Zea & fœnũ qd raro alias acciderat caro uẽdebant. Archiep⁹ Rauẽnas rebelliõis ſuſpectas ciuitates: ut Hẽrico ſe ſe dederẽt: magnopę laborabat. Tres p̃cipue uicinæ ciuitates Laus pompeia: Cremona: & Brixia, urgentibus factionũ prin

Bruſſati

Mattheus ab exilio

cipibus obsequiũ palam abnuebant. Cæterum fugatis domo & patria turrianis Henricus formidolosus uniuersæ Italiæ esse. contra anxii uicem suã ii potissimũ erant: qui pridem germanis Cæsaribus obstitissent. Venere Mediolanum ea tempestate duo pontificis Legati Archiepiscopus Salernitanus: alter de collegio eorum qui sacris operanti pontifici subseruiunt: & proinde capellani dicuntur. Erat apud Henricum Antonius Fissiraga cum de subigendis rebellibus consultaretur: is clam de consilio digressus Laudẽ contendit: quid rei frumẽtariæ in urbe foret exquirit. horrea tam publica q̃ priuata inuisit. inopia frugum deterritus: uidebat enim breui fame rebellem populum ad deditionẽ compelli: cõsilium defectionis omisit. Regẽ quem offenderat per aduocatum & precatorem lenire & placare tentauit. ita a comite Sabaudiæ per literas & nuncios patrocinium aduersus iratum cæsarem deposcit: neq; nisi accepta a Comite fide Mediolanũ uenire ausus est. Ad irã Cæsaris mitigandã legatos secum duxit: qui in cõspectu cæsaris humi stratí: genibusq; nixi: obortis lachrimis de publico nomine petita uenia: claues portarum uelut certissimum deditionis signũ in medium iactant: magis indignatus tunc cæsar nihil supplicibus respõdit. Seuerus erat aspectus. de uindicta cogitabat. Comes ut ei patrocinaretur: qui in fidẽ & tutelã suam se permiserat: Fissiragã exanimem ad reginam deduxit. huius Soror comiti nupserat. Clemens mulier mitiq; ingenio prędita humi iacentem & lachrimantẽ subleuat. ad uirum deinde conuersa rogo inquit supplicibus culpã ignosce: certissimumq; ueniæ signum in nobilissima corona dabis: ut timenti bene sperare liceat. Comes in patrociniũ perstabat. ita coniugis & comitis precibus rex non nihil donauit & cõuersus ad Antonium inquit longe te ea fallit longobardorum opinio: qui te ideo infactione principem fortem & animosum uocant: quia pertinax mãdata nostra detrectas: fidem tuam & an dictis mansurus sis experiemur: etiam animos ciuium tentabimus: si obedienter te procurante urbem tradiderint. hoc si effeceris nõ modo saluus eris: sed inter aulicos egregium locum promittimus: sin uero aliter animati ciues nobis nõ paruerint: quas meritus es perfidię penas dabis. Ab his uocibus Henricum aulæ & militiæ pręfectum ad se uocat: quę agi uelit exponit. Tum Bassianum Fissiragam Antonii germanũ fratrem & alterũ Antonium cognomine de laqua custodiendos tradidit. donec laudensis imperiale præsidium portis receperit. Henrico cũ equitatu appropinquanti portæ clauduntut. aliquantulum is sustitit. armati pro mœnibus dispositi stabant: quę rebellionis non deditionis manifesta signa erãt. Tunc cõmotus Henricus arborem suspendio delegit: Legatosq; subinde superiore detracta ueste sic allocutus est: si uel amicus uel alius hic adest: cuius sermoni populares credant: hic in patria nunciet: uos atq; alterum Antonium: tum cæteros qui relicti apud regem sunt: nisi nobis cõtinuo portę patuerint: supplicia gra

Antonius de laqua

uia paſſuros atq; demum morte ignominioſa affectum iri:agrum pręterea ui cos & caſtella ferro & igni ſtatī euaſtabimus.Poſt hęc cōuerſus ad miniſtros: Lictor inquit laqueū collo iniice.Conterritus Laqua cruento imperio:pluri mū tamen conſtantis & generoſi animi exhibuit:qppe q prudenter & libere reſpondit.non hac uia urbe potieris.longe is fallitur quicūq; putat noſtra ne ce: noſtroq; ſanguine ciuitatis portas aperiri. imo uero magis hac fœditate ſupplicii animos irritabis.Obſtinatius profecto ceu deſperata ſalute pugna bant.extrema omnia potius ſuſtinebunt:q̄ deditionem faciant.uos in ſtatio nibus armatos conſpicis eos non inhumana crudelitas aut conſperſa noſtro cruore arbor:ſed lenitas atq; clemētia regis ab armis ad deditionem auertet. hoc mihi credas uelim: quanq̄ in accerbiſſimo caſu miſeris uix credēdum ſit. In patriam me mittas:quicunq; enim alius apud deditionis contumaces uer ba fecerit:is profecto omnia fruſtra tētauerit.ſolus ego ſum qui male anima tos & obſtinatos ciues placare:tum ad deditionē ſine armis redigere poſſim ut cunq; autem ciues reſponderint ad uos redibo:neq; fidem eluſero. Regis uoluntatem & mandata efficere in primis percupio.haud ea incredibilia ui deri.Ita iureiurando aſtrictus Antonius in patriam dimittitur: qui ſimul ac ingreſſus eſt hilari uultu obuiis bonam ſpem obtulit: mitigatū regis animū nuncians.hoc uno ſermone cunctos lætos reddebat .propinquis & familiari bus eorum: quos uelut obſides Henricus tenebat quā calamitoſa ſors foret enarrare.iam quiſq; ad flectendos multitudinis animos pro ſalute ſuorū ope ram pollicebatur.tamen quia efficacior illius oratio uidebatur in frequēti cō cione huiuſmodi uerba habuit. Quid cladis Guido turrianus & cæteri noui conſilii aduerſus Henricum populares acceperint: neminem ueſtrum latere poteſt.Res aſpera nunc nuper in uicina metropoli edita eſt. hi pręterea bo nis & fortunis ſpoliati:principatu deiecti:patria & finibus pulſi ſunt :quibuſ cum fœdus & arma coniuncta erant temeritas ſua & in conſiderata tanti fa cinoris ſuſceptio illis cladem & excidium attulit.non uires ſua nouere.non ſa tis uoluntates popularium periclitati fuere eo ſcilicet dementiores quod exu libus & Henrico intra urbem recepto non prius explorauerint qua fide cum emulis & inimicis reconciliati forēt q̄ coniuratio iniretur: & an occulte quic q̄ fraudis ſubeſſet:quod ſi de potentatu rurſus dimicari oportuiſſet utri rex propenſior futurus eſſet.ita dum properātius parumq; inſtructi Germanos adoriuntur Cæſari rebelles:quem fide & obſequio alioquin conciliare debue rant:ſuperbæ nunc dementiæ penas luunt.nihilo tamen ſecius uos rebellionē oſtenditis haud ita multum canibus abſimiles:qui ſiluas & nemora perluſtrā tes ad aprum allatrant: quem propinquum & irruentem expectare mini me ſuſtinent.in tanto ſociorum diſcrimine ne dicam clade ceu opes adhuc & uires ſuperſint:ferrum retractatis:niſi forte turriano prudentiores ii ſunt qui

Oratio Antoni ad populares.

Guidonis uiso excidio uereri scilicet ne de propinquo arma in se obuerterentur:nescio an magis de rebellione cogitarent:clam domum refugerunt: quid rei frumentariæ quid armorum in urbe:quę multitudo arma ferre posset:exquisiuere. Tunc iis omnibus fere defecti:quę tolerandæ obsidioni:summouẽ doq; a mœnibus & finibus hoste idonea sunt:temerarii consilii penitentes ad cæsarem nos mittunt.ut uidelicet nona consilia dissimulando deditionem faceremus.Infensus rex nobis uindictã de rebellione cogitabat. remolliendus & placandus erat .ita deprecatorem parauimus Philippum Sabaudiæ comitem:cui per arctissimam affinitatem rex multa concessurus existimabatur. Reginę soror illi nupta est.causam Philippus suscipit.ad regem deducimur ut Laudensi ignoscereturoramus:ueniam denegat.in deditione spes una reposita erat.dedititios auersatus est.Supplices & gementes contempsit: atq; eo irritatior sæua & horrenda minatus est.perculsi tunc animi:pauor consiliũ omne de pectore excusserat.quid potissimum tentaremus inter minas iratissimi principis incertum erat. Verum siue hoc fortunæ uestræ siue consilii alicuius fuerit ad reginam deducimur.hinc initium bene sperandi humi stratos & lachrimarum plenos clemens & misericors domina erigit:spem dat. ad uirum deduxit.implacabilis atq; truculentus acerbe in primores nostrę urbis inuehitur:Antonii Fissiragæ tum fidem tum inconstantiam uehementius accusans:rursus infimis precibus & fluentibus lachrimis ad genua prouoluimur: ueniam petimus.duriorem & magis ferocem in nos regem inuenimus. Quid hic referã Reginę studium iteratas preces:uirum quodam modo arguere uisa est:quod tantis lachrimis nihil concederet .uerum ille i proposito acerbo & duro perseuerans tristissima quęq; identidem nobis minari.Fissiragam pduellem postulare:generosissima domina uirum mollire & mitigare precibus non desistebat.mitior is aliquanto factus benignius nos sic alloquitur .Fidei pariter & salutis uestræ uos admoneo si imperata obedienter feceritis:si in fide & officio manseritis:si quod uerbis nunc dicitis re ipsa egeritis:tunc pacem dabimus:magnaque populo non reluctanti pollicemur: Contra uero & urbis euersionem & internectionem gentis promittimus:perfidiam Fissiragę nobis opprobrare non cessabat:Illud subinde iactans.experiar tandem aliquando Antoni deditionem facturus ne sis.ut scilicet urbs:deum templa: humanaq; omnia in Cęsaris ius & potestatẽ:ut par est deueniãt.Impia nostra cõtumax populus detrectat:pœnas profecto fraudis & perfidiæ statim dabitis:nunqd pręsentẽ uidetis exercitũ & militẽ nihil aliud expetentẽ:nisi ut bona uestra diripiat:porro q̃ pertinax & rationibus tuis Fissiraga inimicus es: obsequiũ abnuis:an quæ tibi pro fide & officio promisimus oblit9 es:fortunas saluas & honestissimũ in aula locũ quo tandẽ animo estimas:hęc ceu uilia:ut uideo reputis:beneficiaq; nostra aspnaris:irã deniq; & bellũ paci & amicicię pręuer-

tis.Sub hæc præfecto aulæ custodiendi ueluti fidei pignora tradimur.ut si ap propinquanti ad urbem portę non patuerint sub oculos rebellantis turbę.ab ea quę prima occurrerit arbos suspendamur.deinde per agrum discurrens ho stis uicos ædificia rusticorumq; tecta diripiat:ferro atq; igni omnia euastet p̄ das abducat:nulli rei pcat q̄ diruí eucrtiq; possit:ut uestra clade cęsari populi si quí ad coniuratiou̇ē forsan inclinarunt:ii discant quid sit Cęsari resistere:il lius imperata non facere.ardet in uindictam hac recentissima prouocatus in iuria:fidei ruptores impunitos manere non patitur.Inexpiabile est odium & sane iustum si funditus subuertere urbem non dabitur :in legatos desæuitu rus est:quorum sors q̄ tristis & acerba sit nunquid ignoratis?Barbarus cathe natos habet crudelissima quęq; minitādo excruciat:& forsan p̄sentia supplí cia pro gentis feritate intentat.hos pertinacia uestra & rebellio non regis in dignario enecabit.quod atrox legatorum nex:qui nihil commeriti sunt : non mouet:ac duo imminenria mala fames & pestis uos moucant.fames macc rabit obsessos:altera grassante morbo fere ad unum interficiet.In strage ruē tium & multitudine funerum fero deditionem facietis.oratores uestri interea: tum alii non ignobiles ciues ob contumaciam & rebellionem uestram excru ciabuntur:mortem immeritam forti animo sustinebimus:quando fraus alie na nulla in uobis causa cędis:illud autem longe miramur unde hoc uel rebel lioniis uel contumaciæ cōsilium ceu salutare tam repens obortum sit. heri ua cua horrea aspexistis.nihil defendendę urbi aut summonendo periculo prouí sum erat.frumenta arma pugnę idonea decrant:nunquid diuino aliquo bene ficio repleta horrea fuere?aut unde noua iuuentus aduenit:nouaq; sobales suc creuit?unde quęso ad bellum animi tam subito erecti? ego ne mecum fidei non seruatæ agatur quanuis paratum sit supplicium:ad regem tamen redi bo.par discrimen atque periculum legatorum est:Malo clementiam externi regis experiri:q̄ inter perfidos annumerari:& abeuntem circunspectabitis.nō ueniet uobis in mētem supplicii quod iratus Imperator sumpturus de nobis est?an ignoratis in quę fata nos proiecerit?latronum more strāgulabimur. iam uideo:placet.uestra pertinacia ne dicā perfidia peribimus.penes uos om nis culpa.Vtinam ante hanc diem mortui essemus quāq̄ in acerbissima mor te illud nos solabitur:quod ruinam patrię non spectabimus:non stragem ci uium nō famem atq; pestem:quæ mala in mortis limine ita ominamur:ut ea deus omnipotens a uobis auertat:defectiōis & cōiurationis ueniā desperatis? ceu iratus dominus leniri nō possit.facessat hic obsecro metus.mansuetū cæ sarem uobis pollicemur:si in illius fidem & ueniā uestra pmiseritis.ignoscere nouit ubi ex animo uenia petitur.aderit generosissima matrona.ea si mutatā mentē cognouerit causam nostram apud lacessitū uirum fortiter aget.ita ico lumitas & uita certa est.forsan alter metus uos exagitat.ne peregrinus miles

maleficiis & predę assuetus a ui & rapinis tęperare nequeat :uos incolumes futuros & ab iniuria tutos spōdeo.Iā edixit Henricus ut nemini uis fiat.nihil hostile in quenq̄ miles aggrediat̄.hospitū domus tutæ.mulieres & pueri seruati ab iniuria erunt.uictui necessaria exponite.ea miles nō rapiet:sed emet: nisi forte inopem aut egentem germanum putatis.mediolanensi auro plenas Zonas gerit:pecunia loculos uestros replebitis.Hæc eo dicente stupor oēs qui aderant:defixit.tum manantibus lachrimis subiicit.Statuite nunc utrum fædo & crudeli supplicio corpora nostra dare:patriāq; simul perdere uelitis: an magis per deditionem nos & patriā simul seruare. Oratiōe & lachrimis uicti ciues portas extemplo pandunt.Imperiale præsidium recipitur.extorres quoq; reducti:quorum pleriq; ob longinquum exilium uix domos & agros proprios agnoscebant.Cęterum noua soboles aliena in terra progenita patrum & auorum bona quę nunq̄ uidisset perlustrare gestiebat.

LIBER OCTAVVS.

Cremona & Brixia subacta in Ligures Henricus cōcessit.Inde Pisas mari delatus Romā petiit:ubi repugnāte Roberti factione nō in Petri sed in Lateranorum templo coronatur:mox in Hetruscos reuersus moritur.

EDACTA siue metu siue uolūtate in deditionē Laudę Vēturinus Bencionus qui paulo ante iugum detrectauerat:fratrē cū clauibus ad Hēricū mittit:q̄ ī ius & arbitriū Cæsaris Cremā oppidū subiecit.Cremonēses & Brixiani in rebellione pseuerabant.Cæsarē duę ciuitates angebant q̄d adeo cō tumaces iussis cōtradicerēt.Thebaldus Brustatus beneficio regis in patriā nup receptus Brixianos ad defectionē sollicitabat.In utrunq; populū Cæsar ducere cōstituit.Cæterū regis magna clemētia fuit:qui Laude potitus rebellionē populo ignouit.In facti quoq; auctores nihil quicq̄ succensuit.At Valeranus longe a fratris māsuetudine & clemētia abfuit .Diuersabatur forte is apud honestū ciuē minime factiosum.Ministeri interiorē domus ptem penetrauerat.Aquila appicta parieti inerat:de cuius collo laqueus carbone signatus pēdebat.Improbus ne dicā iniquus famulus dominū illuc pertraxit.& heus.Specta q̄so q̄ malignus & pfidus sit hospes.uix agnosci crimē: ul agnitū risu absolui debuit.extra culpā is erat.forte Crēonēsis q ī famulitio legatoꝝ uenerat collū deuixerat.Sic.n.postea cognitū fuit.In obscuꝝ & tertꝝ locū ccu lęsæ maiestatis reus hospes demittit̄.Cōcurrūt ꝓpinq & amici:morū laudatores:& Innocētię testes.Nihil testionia & laudatio ꝓfuer̄ quomin9 absolutionē ccu ꝓpetrati criminis q̄ngētis aureis redimeret.Mediolani iterea

Veturinus Bentionus

regiõatim milites ſcripti & ſub uexillis ordiatim cõcẽturiant᷑.uexilla crux rubra interſecabat:in cuius medio paſſis alis Aquila inerat:ut ſic coniuncto ſigno iunta maieſtas imperatoria & urbis dignitas oſtenderetnr.Cęterum Hẽricus plauſtra & iumenta ad commeatus atq; frumenta comportanda ex urbe & agris contrahit:atq; Mattheum expeditioni præficit:mandatq; ut Adduam uerſus copias ducat.ipſe cum regina aſſumpto Antonio Fiſſiraga:quẽ in libera cuſtodia habuerat:ne ſi ante admiſſus foret rurſus populares ad arma concitaſſet:Laudẽ petiit.Poſt diſceſſum imperatoris Germani milites q in preſidio relicti Mediolani erant:licentius per urbem uagari:in uicos etiam ſępius prodire:prędas quarũcunq; rerum frequentius agere.omnibus promiſcue uis inferri.Rapiebant:ſpoliabant:uerberabant.maleficia & rapinas hoc nomine importuniſſimi barbari prætexebãt quod Guelphorũ qui cæſaris hoſtes forent bona & fortunas diriperent.Interim tamen leno alcator:aut ignobilis aliquis fur ne omnia impunita haberentur:ſuſpendebat᷑.Cęterũ opulentior quiſpiã uinculis aſtrictus quaſi Guelphus uitã auro redimere cogebatur. oppreſſis non licebat ſuam calamitatem conqueri.poſtulati iniuriarum & rapinæ aut abſoluebantur aut contumaces prætorem non adibant. quod ſi qs uel iniuſte damnatus eſſet pena ab eo exigebatur.Ita mulctatitia pecunia plenos loculos germanus habebat.Tunc etiam fartores caupones:piſcatores:& id genus homines ſi quid eſculenti aut poculenti uenale propoſuiſſent:id eripiebatur.pretia repetenti:ceu omnia cęſaris eſſent:nihil raptor impendere:at q; interim grauia minari. Duo collegia:quæ ad libertatem populi conflata diximus magis iniuriam fouere:q̃ uim propulſare:qui ſub imperatoris titulo cõueniebant:hi credentię ſancti Ambroſii in omnibus aduerſari.poſtremo contumelioſius ſi inconuenticula coiuiſſent minari.ita libidini & auaritiæ barbarorum omnia patebant:atq; impune ciues uiolari ſpoliari:atq; interim uerberari.Iam centuriati domeſtici milites atq; urbe digreſſi Adduę ripas contigerant:quẽ in locũ plericq; ẽt papienſium:Placentinorum:Borgomẽſium:& eorum fere:qui Imperatori deditionem ſponte fecerant:conuenerãt .Acceſſerãt ad Henricum Brixia & Cremona fugati. Thebaldus Bruſſatus factionis princips q̃is hoſtis Cęſaris eſſet:auxilia miſit.magnitudine exercitus in ſe comparati:factio quę Cremonam tenebat admodum trepidauit.Satiusq; exiſtimarunt precibus & ſupplicum modo petita uenia:& deditione facta iratum Cæſarem lenire:q̃ pertinaci rebellione illi obſiſtere:quanq̃ aperta eſſet coniuratio.Nam cum finitimis quos cęſaris hoſtes nouerant:in illius contumelioſum excidium ſocietatem & amicitiam compoſuerant.Poſt pulſos atrociter ex Cremona Gibilinos finibuſq; fugatos duę familię nobilitate & opib9 ꝑs potẽtatũ in urbe diuerſis moribus:diuerſaq; uia affectabãt .Caualcaboues & Amati:uterq; Guelph9.Gulielmo Caualcaboui diuitię ad quæcũq; tẽptaſſet

Caualcabo ues & Ama ti

ſuppetebāt.hic iopes primū ſubleuare:alios iuuare criminis & capitalis noxæ reos defendere:iudicia perturbare.in negotiis amicorum diligens & intentus nihil cuiq̄ denegare:cuius induſtriam & operam ſibi aliquādo cōmodā agno uiſſet.Sic inter ſuos largiter poterat q̄uis tenuioris turbę inuiſus a maiorū in ſtituto non diſcederet:qui ciues quacunq; ui atq; iniuria ſibi ſubiicere ſtude bant.Contra uero Supermons:hoc Amato nomen:manſuetiore erat īgenio. nihil eum nobilitas & opes efferebant:publici commodi a iuuentute ſtudio ſus:quos potentiores opprimebant:eos ſubleuare:& quāuis una eademq; fa ctio urbi dominaretur:tamen ita cum factioſo certabat:ut miſeros & oppreſ ſos erigeret:& a ui defenderet.ita multitudini maxime gratus:& parti nobiliū non inuiſus erat.temperare a maleficiis Caualcaboues neſciebant:q̄uis Ama tus conſtanter reſiſteret.pulchrum eis uideri per iniuriam creſcere atq; p uim cęteris plus poſſe.Amatus in propulſanda iniuria popularis erat .Interea lex lata eſt qua Gulielmus & cęteri Caualcaboues urbe duntaxat cedere cogun tur.ita uelut tirannis exonerata ciuitate cum nullus metus ab exule Gibilino eſſet:conuerſis ad rem quęrendam cunctorum ſtudiis Cremonenſium opes floruere.Cęterum poſteaq̄ Mattheus Vicecomes apud Melcium tedio bello rum ciuilium procurationi renunciauit:Turrianus in urbē receptus:ut factio nis uires firmaret cum Gulielmo fœdera fecit.Caualcabos externis opib9 & noua ſocietate ſubnixus legem de qua ſupra diximus abrogauit.Fœdus inter ſe Guido Caualcaboues:& cæteri Guelphi nominis principes ita ineunt: ut Henrico in Italiam deſcendenti fortiter reſiſterent:neq; paterentur regia inſi gnia Mediolani accipere.alii romam petenti occurrerent:atq; ita regio & Im peratorio titulo deiectus apud germanię proceres:quaſi cęſarum maieſtatem ludificatus contemptui atq; deſpectui maneret.Iuſtam ergo regis iram in ſe Caualcabos agnoſcebat.domo prętera profugi cædes maiorū & ſpolia:nec non ēt graues contumelias ulciſci magnopere cupiebat.Hi regem quottidie ut cōes hoſtes aliquando ulciſceret inſtigabāt.Ergo cōſcientia ſcelerū tactus Gulielmus deſperataq; uenia:cū ingentes copias in ſe armatas uideret patria pfugit.Sequuta eſt fugientē ſtudio ptium ingens populariū turba.At Super mōs Amatus & cōplures nō ignobiles uiri tum ēt plebei Guelphi nois propu gnatores:qui in pellendis domo & urbe Gibilinis minus acerbi fuerant: neq; aduerſus cęſarē cōſilia iniuiſſent ſordibus & ſquallore obſiti:regi aduētāti oc currūt.plurimis laqueus e collo pēdebat.fluētibus lachrimis urbē uix egreſſi: humi miſerandū in modū procumbunt.Flebilis erat uociferatio:uitā ſibi do nari poſcebant.Ad Padernū uſq;:id uico nomē eſt:hoc habitu progrediunt. Debuit rex ſupplicib9 & caſum ſuū miſerātib9 aliqua ī pte ueniā dare.iclemē tior fuit.gemit9 & lachrimas nō reſpexit.hūilia uerba & p̄ces audire:aut mœ ſtos uultus ſpectare noluit.ueniā expoſcētes cuſtodiēdos tradidit.ita ī duab9

arcibus Castellioni & Paderni concluſi multi miſerabiliter periere. Cæterum qui domi manſerant nihil clade populariũ deterriti: appropinquãti Henrico occurrunt: Vmbellam & cætera ornamenta proferentes. quæ omnia Cæſar aſpernatur. Ira accenſus & auidus uindictę Cremonam cum Mediolanenſi milite ingreditur. Exulum ingens numerus erat: quorum maior pars in exilio ſuorum procreata fuerat. Iacobus Radenaſcus quęrẽdis opibus intentus prę diues factus mercatura erat. Hunc Gibilinus Cremonæ quia diuitiis affluebat principem factionis habuit. Henricus aliquãtiſper Cremonæ deſedit. Expectabat ab iis auxilia qui imperii uectigales erant. Exules interea illũ orare atq; hortari ut inultas iniurias non ſineret, ita rex ut rebellionis ſcelus & clades amicorum ſuo damno hoſtes luerent: priuatorum turres & urbis mœnia diruí mandat: nihilo tamen ſecius quottidie rei multi fiebant quaſi non bona fide deditionem feciſſent: neq; ſincero animo cum aduerſariis in gratiã rediſſent. Iterum exules exemplo eorũ qui rem turrianam funditus euerterãt: ab Henrico petunt: liceret ſua recuperare: atq; occidiõe aduerſariorũ ita opes firmare: ut poſthac maleficii & exilii ſecuri forent. Henricus quia imperii & maieſtatis referebat ueteres amicos ſubleuare atq; tueri: plurimum exuli gibilino permiſit. ita noua ſoboles in reponendis iniuriis ſartiendiſq; detrimentis modum ſeruare neſciuit. Nanq; tam Italus q̃ externus miles cũcta ſine diſcrimine diripiebat: & qui aliquid habuiſſet: quod rapi poſſet: is pro Cæſaris inimico habebatur. Deinde Henricus aſpera pro concione locutus: ducentos ex iis qui aderant in compedibus teneri iuſſit. eorũ uero qui patria ceſſerant incenſæ domus ad ſolum diruuntur. Mulctam centũ milia aureorũ Cremonenſi ſtatuit. portoria & uectigalia quę iuris populi fuerãt Impatorio fiſco in perpetuũ addixit. ius præterea ſanguinis & cędis etiã p leges faciẽdæ ſuſtulit: oía ademit. ex quibus urbana iuriſdictio cõtinetur. nimis atrociter in eos ſęuitum eſt: qui ad clementiã cęſaris confugerant. Nanq; ſi impunita nõ erat relinquẽda cõiuratio: ſatis erat de iis ſupplicium ſumere: qui auctores facti fuiſſent: reliquos ſeruare oportuit: neq; ciuitatẽ penitus pdere ut uidelicet haberet: unde annuos reddítus exigeret: neq; cęteros q illi in Italia obſiſtebãt: eo deſpatiõis induceret: ut extrema quęq; pati mallẽt: q̃ ad fidem & ueniã illius confugere. nanq; horribili ſæuitia & immani uindicta pterriti qui ſponte domo aufugerãt: Brixiam petentes in obſtinatiſſimam rebellionẽ: Brixianos alioquin male animatos impulere. Recepta Cremona Brixianorum fines hoſtiliter inuadit. Erãt in exercitu cũ Hẽrico Brixiana auxilia: ut ſupra diximus: his imperatur ut aut domum abeant: aut in patriam cum cęteris arma inferant. Brixianus ubi ingreſſum fines Henricum cognouit: paciſci deditionẽ temptat. Cæſar conditiones non accepit. de facienda deditione tũc agi poſſe dixit: cum peregrinũ prędidiũ recepiſſet. Reſponſum eſt nunq̃ in ciuitatẽ Germanos milites

Iacobus Radenaſcus

Cremonenſiũ ſæua conditio

receptum iri. Marolus Malaspina: quē Henricus Brixię prefecerat propalā rebellante populo urbe abiit: cuius discessu perterriti oppidani sunt. Censebant in desperato ueniam esse: & iusta in se ceu in hostes arma inferri licere. Cęsari perspectissimum a Brixianis in se odium erat: quos nisi maximis detrimentis & obsidione subigere nequiret. Vicos igitur & castella concessa militi præda diripit & euertit. Oppidum Romanū nomine: uel ut alii tradūt: Rosate primum adoriuntur: obsident atq; oppugnant. Cecidit in pugna germanus homo quē cæsar ob egregiā uirtutem militari honore atq; ornamēto dignatus fuerat: cuius cęde conterriti: qui presidio erant noctu ex oppido profugiūt. postero die oppidani defensoribus destituti deditionē faciūt: atq; portis egrediuntur. pendebāt e collis lora: mœsti uultus uoces querulæ cancellatim manus iunctæ erant: quo sane habitu ueniam si quid peccassent mereri potuerunt. Verum immanis barbarus quoscunq; obuios promiscue trucidat neq; pueris aut feminis pepercit. nec a cæde destitisset: nisi spes ingentis prædæ oblata fuisset. Ita oppidum ingressi omnium rerū prædam nihil Italo militi impertientes: egere. Impuberes & feminę ab ira & immanitate barbarica in statiua Mediolanensium profugientes seruati fuerunt. Barbara crudelitas

Post hęc Hericus Brixiam uersus proficiscitur. aduentanti nulli aut priuatim aut publico nomine obuiam uenere: propius castra admouit: Oppidani uicinorum clade perterriti obsidionem quantacunq; ea foret sustinere statuerunt. Sic cōtinuo muros reficere: propugnacula struere: ea omnia parare. quę summouendo ab oppugnatione hoste usui forent. Accesserant uicinarum urbium Guelphi: qui studio factionis magisq; iniuria lacessiti in Henricum coniurauerāt. neq; se satis tutos domi putabant: prævalente diuersa factione. hi ut impetum & arma germanorum sustinerent hortabantur. maxime autem populares Brussatus in odium Henrici concitabat: atq; etiam obarmabat: ut æquo scilicet animo detrimenta ferrent. nam & si graue acerbumque sit colonos abduci: uicos diripi atq; incendi: ędificia subuerti: deniq; quicquid in agris esset corrumpi. at q; destrui: illud multo grauius estimarent liberos & coniuges in libidinē barbarorum dari: domos nō spoliari: sed ad solum euerti: patriam muris denudari: deniq; se ipsos aut i carcere teterrimo morituros: aut crudeliter a barbaris: & a domestico inimico trucidari: neq; duraturum in obsidione peregrinū regem posse: cui non admodum ea suppetant in externa terra quæ alendo exercituí opus sunt. urbem pręterea naturali situ & opere munitissimam esse: & a ui atq; periculo tutam. Non poterant nisi cum magno dolore ferre incendia: quæ in omnibus partibus conspiciebant: fugam agricolarum & rusticorum: prædam ingentem abduci. tamen hoc se solabantur quod si a mœnibus repulsus hostis re infecta a Longobardis recederet: celeriter amissa se recuperaturos confidebant. Cæterum Henricus pertinacissimam in rebellione urbem

Brussat⁹ cohortat' pop. ad sust. ob.

obſidere cœpit:cui tam diutius aſſidendum eſſet undiq; milites accerſit:pecu nias quoq; imperat primum epiſcopos & cæteros ſacerdotes paulo opulẽtio res tum Cataneos & ualuaſores & id genus homines qui ſtipẽdiarii & uecti gales cæſarũ eſſent:ad ſe uocat diẽq; præſcripſit Idus Iunias:qua in caſtra ue nirent.Archiepiſcopus continuo paruit.Cæteri Sacerdotes auaritiã agnoſce bant.ita fortiter mandata detrectantes contradicunt.non egere ſubſidiis regẽ:pecunias quoq; ſuppetere.Verũ ut ſub ſpecie noui conſcribendi exercitus: religioſos patres quorũ reddit⁹ habundantes eſſent:ſi contumaces forent:ſa cris ædibus exturbaret:& proinde expoliaret : præterea mille & ducentos ho mines urbis præſidio relictos eſſe:quibus ſtipẽdia de publico ſoluantur:neq; inculumem exiſtimari patriã ſi longius illi abierint.Hoc ſermone regius præ fectus de pecunia in aliud tempus agi ſatius exiſtimauit .tum urbanos mili tes ita partitur:ut uicibus ne incuſtodita ſtaret ciuitas ad regem commearẽt. Per eadem tempora Papia ii pelluntur:qui Manfredi bechariæ partes defen debant quo nomine Mediolani trepidatum eſt. prẽcipue autẽ extimuere qui fauore Henrici rerum quodamodo potiebantur præfectum adeunt.conten tioſius petunt:ut noui milites in patria retineantur.diſcrimen & periculum a nouitate papienſium imminebat.Verũ tamen ut incolumitati ſociorum con ſulerẽt:nouum equitem:atq; peditem deligunt : quos Nouariam mittũt.Tu multuabantur Nouarienſes:ciuileq; bellum inter ſe agitabant:atq; ex oppido Bruſſati & cauallacii ueteres familiq; oppido pulſi erant.Inſtabat præfectus: ut milites noui ad regem irent.Contra Catanei & ualuaſores nunq̃ in caſtra ſe ituros dicere:quod ſi tãtopere nouo militc opus eſſet: uicarios ex iis qui ad cuſtodiam delecti erant:promittunt.ægre aſſenſus prẽfectus extemplo man dat:ut expediti uicarii trãs Adduam eant.procedebat obſidio .pro muris fre quentes pugnẽ fieri alii capti:complures cæſi: obſidiõis belliq; mala utroſq; urgebant.Thebaldus Bruſſatus omnia circunſpicere & moliri ne Brixia Hẽ ricus potiretur.Mons Brixiæ imminet rupe & impedito ſaltu alioquin inac ceſſus:ex quo urbs omnis & hoſtilia pariter caſtra ſpectari poterant .Hunc Thebaldus cum haud paucis militibus:qui prẽſidio eſſent conſcendit.cõſpi cati in cacumine montis aduerſarios barbari:confeſtim propius ad montem accedunt.neq; radices tantum obſident:Sed in iuga euadunt.prœlium com mittttur.Germanus uictor ſuperiora tenet.Diffugiunt Brixiani quacunq; ad ſalutem & fugam uia oſtendebatur.Thebaldus in pugna ictus proſternitur. Germani hoſte deiecto atq; fugato in caſtra ſe recipiunt.pauci : ut cæſos ſpo liarent:remanſerant Hi inter cadauera Thebaldum adhuc ſpirantem offen dunt.ſe mortuum ſimulabat:ut e manibus hoſtium elaberetur.hunc ad regẽ ducunt:quem acerbiſſimis uerbis ita inceſſit.Sceleri & proditioni aſſuete ſer uandæ fidei neſcius:omnium porro ingratiſſimus:nefaria bella aduerſus eum

Bruſſati
Caualacii

concitaſti:cuius armis & fauore reſtitutus in patriam eras:quid tibi profuit ad Turrianos confugiſſe:nunquid illorum ope & auxilio perditas opes recuperaſti:minime ſane.regnabāt Brixię Macioni.tu uero exulabas.Hi iuſſu noſtro te & ſceleris populares in ciuitatem recipientes etiā in regenda re publica:ſocium admiſere ut tecum ſcilicet ęquo iure uiuerent.Recens erat beneficium:nuperrime gratia recōciliata. Tu perfidus & nepharius homo minime deum quem iuraueras ueritus:quos:ī pacis & cōcordiæ ſignum:noſtro in cōſpectu amplexus & exoſculatus eſſes:patria domibus & aris eiicis.iā tuo ſupplicio homines credent ea ſancta eſſe quæ uiolaſti:neq; in populares atrociter deſęuiant.uulnus lætale erat.Quare ueritus cęſar ne ſuperueniente morte ſupplicio eriperetur:illum diligentiſſime curari uoluit.Depoſcebant ad crudele & immane ſupplicīū exules Thebaldum. atrox atq; nefariū facinus illius commemorabant qui in Federicos propinquos & filiæ coniugio ſociatos aliquando ſeuiſſimus generum & eiuſdē gentis aliquot ad ſe uocauit.epulas apponit.exaturatos nihil eognationis iura & ſacra menſæ ueritus: in conuiuio obtruncat.contrucidatur etiam gener:qui bene monenti uxori infelix nō paruerat.diſcedentem uirum mulier perfidię & crudelitatis paternæ haud igna ra deprecabatur ne ad letale conuiuiū accederet. Inſtabāt itaq; exules ne tot parricidia:proditam fidem:& exilia Henricus inulta relinqueret.Octauus iā dies poſt captum Thebaldum erat.remedia corpus aliquātulum firmauerāt. illum cęſar equo aligari iubet.ita perfidus per exercitum raptatur.in quatuor deinde partes diſſectus eſt.tum ex aduerſum urbis perticæ longiores defixæ ſunt In quarū faſtigio caput pedes & manus deligant.Triſte ſane & luctuoſum ſuis ſpectaculum.eadem etiā hora Brixiani quatuor aliquot ante dies capti bobus alligati dilacerantur.Oppidani nece ſuorū exacerbati portis egreſſi.ſine ſpe ſalutis frequenter hoſtem laceſſere:atq; ne Thebaldi cædes inulta eſſet quinquaginta ciues diuerſę partis:quos in uinculis tenebant de mœnibus ſuſpēdūt. Dum hęc ad Brixiā gerūtur Henricus Mattheo Vicecomiti in uniuerſum ſine prouocatione rem procurandam tradit. qui magiſtratu inito per preconem edixit:ut quicūq; per etatem arma ferre poſſent:ſe ad exercitū ſequerentur:penam quoq; iis ſtatuit:ſi qui preſto non fuiſſent: aut imperia detrectaſſent:& haud ita multo poſt mercatoribus mandat:ut certam pecuniam conficiant.Verum hi priore tributo exhauſti ſimul etiam quod uidebant finem nullum petendę pecunię futurum niſi ex uinculis tribuere quic q̄ uoluere.ad octo milia nūmum confecta ſunt.Sed cum ea ſumma non ſuffi ceret:ab Turrianorum amicis duodecim milia nūmum exiguntur.Ita Mattheus cum magno equitum & peditum numero ad Henricum proficiſcitur. Brixiani magnitudine copiarum foſſa & uallo circunuenti opera & munitiones aliquādo euertere tētarūt.Turres duas ligneas Valeranus Henrici frater

Macioni

Perfidie exemplum

ad mœnia promouebat. In eas oppidani erumpentes ignem iniiciunt agerẽq; subuertere conantur. Germani contra ne opera absumerẽtur obsistere. Oppidani acrius instare: & quo difficilius incendia a turribus repellebantur: eo maiore ui hostem premebãt. Iã fusi Germani atq; a munitiõibus fugati erãt. Turres & castella defensore uacua flagrabant. Valeranus dum fugiẽtes suos sistere atq; incẽdia auertere studet: sicut erat inermis in cõfertissimos hostes incurrit. Sequuta est iuuentus germana: prœliũq; restituitur. Oppidani retro cedere cæperunt. Suos Valeranus ut fugientes premerent hortatus: gladium lateri comitis inherentẽ deripit. neq; prius refugientes insectari destitit q̃ propius mœnia compulsi fuere. ibi ceu uictor dum exultat: & quasi rem magnã fecisset incaute agit. forte emissa ex oppido sagitta letale uulnus accepit. Germani percusso duce subsistunt. Spacium retrocedendi hosti datur. Cecidere in ea pugna permulti Theutonici. Valeranus Veronam defertur: ibiq; paucos post dies moritur: atq; honorifice sepultus est. Per eos dies legati tres Mediolanum ueniunt: quos pontifex ad Henricum legitimæ coronationis gratia mittebat. Inde Brixiam uersus pergunt. Henricum prẽterq̃ quod lõgioris stationis tedia & nõ seruata a Brixiano fides quẽ non uulgari beneficio affecerat in ultionem concitabant: Fratris cædes plurimũ exacerbauit: propiusq; mœnia castra admouit. muri pãlti erãt: dispositaq; tormẽta stabãt: defensores aderãt: urbẽ tñ ab omni pte aggressus milites hortari: ne uiolatã fidem: maiestatem imperatoriam illusam: demum fratris mortem inultam sinerent. proditores identidem Brixianos appellabat. cecos & in sua damna pertinaces: ut pote quacunq; pena non defuncturos: uix etiã si uniuersi obtruncarentur neq; tot hominum cruore fratris manibus parentari posse. Miseratione & luctu regis permoti milites a lachrimis non temperabãt identidem & ipsi expetentes pugnã: ut in ulciscẽda fratris cæde quæ sua foret alacritas aliquãdo cognosceret. Mons ab alpibus diuisus in uallem quã Camonicam dicũt: porrigitur. in cuius summo planicies extenditur. uertice urbẽ supereminet. p hũc cõmeatus & frumenta importare licebat. Si rex priusq̃ oppidani uallo & munitionibus circundedissent illum occupasset: quod facile erat: omni commeatu: subsidio: & cæteris rebus quæ producendæ obsidioni usui sunt: Brixianos intercluisset. montem itaq; aggreditur: uallum quod ab radicibus ad urbẽ usq; perductum erat: Mattheus Vicecomes adiunctis liguſticis sagittariis: q nuper in castra uenerant subuertere parat: Opidani contra pro uallo & fossa pugnare: nihil reliqui utriq; faciebant. proterea quod si barbarus uallum subuertisset: ciuitas capta foret. ita prompti i apertam mortem incurrere: & munimenta tutari. Contra instabat Henricus. suos in pugnam urgebat. Iam uidebat si monte potitus foret rebellem populum debellatũ esse. Genuenses sagittarii pro uallo stare neminem sinebant. multi cecidere. ita multitudine sa-

gittarum obruti defensores locũ & uallũ deseruere. In urbis medio turris erat ingẽs ex qua quid hostis moliretur & faceret prospici poterat. in ea specula tor positus perticam linteo prefixam in eã partẽ iactabat: qua premẽte hoste sui cederent. ita momẽto tẽporis quo mitti subsidia oporteret cognoscebatur dato signo continuo oppidani illuc conuolant: unde sagittarum ictibus defensores depulsi erant. iamq; ascendentes ab aggere deturbant. alios occidũt. pugna denuo renouatur. utrinq; sub uallũ plurimi cecidere: Oppugnabãt. ex altera parte Albuinus & Canis grãdis scaligeri fratres. habebant domesticũ & uoluntarium præsidium. accesserant etiam mercenarii milites. hi latus mõtis adoriuntur. ascendentes oppidani deiiciunt. inaccessus alioquin erat locus ita cum frustra ascensum tentassent: signo receptui dato in castra reuertunt. hoc uelut successu elati oppidani recedenti hosti plausu & sublato clamore insultant. Interim in diuersa parte defensore pulso Victor germanus fossã transgressus uallum interrũpere: res i extremo periculo uerti. insultabat barbarus Resistite clamant obsessi. deest ne animus: ac fiducia quos integros superauimus: nunquid eos pugnando fessos: atq; saucios non deiiciemus? in hac die fortunarum nostrarum euentus constat: quid reliqui ad conandum uidetis? Salus patriæ in manibus & uirtute uestra posita est. His uocibus confirmati præsidiũ constituunt: ne redintegrata pugna Scaliger ascensum montis obtineret: tum in agmen coacti ad uallum perueniunt. Iam Mediolanensis ascenderat: atq; ex editiore loco repugnantes deiecerat. In hũc uelut de improuiso impetũ oppidani faciũt. tũc comminus pugnatur. cædes in ipso uallo facta ingẽs. ex uallo complures deiecti atq; suorũ strage obruti. cruor e fossa manabat. Genuenses sagitarii ne maior cædes fieret effecere parũ: nãq; tuti ab ictu sagittarum oppidani de uallo descendunt. Satis enim ea die se fecisse existimarunt: si hostem prope uictorem & a monte & a uallo deturbassent. In hac pugna Rebella Grimaldus fortissime se gessit: ultimus a certamine discedens clara uoce suos increpabat: si terga darent. Mediolanãsis quoq; in oppugnãdo uallo uirtus spectata fuit. In Mattheum Vicecomitem Brixianus inuehebatur proterea quod non solum turrianos potentatu & patria expulisset: sed quod Languscо & Fissiragæ excidium pararet. Interea Mattheus in periculo fuit. Nellum is quendam cognomine de massa familiarem & militaris negocii non expertum cũ mercenario milite in statione collocarat: nt scilicet excubaret ne incauti aut de improuiso sui opprimerẽtur. Cæterum Nellus nihil ab obsessis timẽs securo somno se tradidit. Speculatores castra abeũtes: ubi negligentius se habere uigiles & custodes cognouerunt: ciues docent facile somniculosos hostes opprimi posse. tunc agmine erumpentes in Mediolanensium castra perrumpunt: dormiente opprimunt. inermes occidunt: ignes iniiciunt. tenebræ magisq; hostis timori erant. timor maior q̃ periculum: quippe

neſciebant quo fugerent aut quo nam in loco hoſti ſe opponerent. Saluti fuit riuulus per Mediolanenſiũ caſtra defluens. hunc tranſiuere quidam: propiuſq; Matthei tentoria progreſſi ſentiunt illuc armatos concurrere, nam in trepidatione & repẽtino tumultu ad prætorium ducis fere confluere milites ſolẽt. ita ueriti ne tranſitu prohibiti inſurgente hoſte ex aduerſum atq; a tergo circũuenirentur iniecto in multas partes incendio in patriam ſe recipiunt. illud identidem clamitantes haud inultam quam intuliſſet Mediolanenſis cladem ſtetiſſe. Obſidente Henrico Brixiam Franciſcus petrarcha ſcribit prodigia multa & in Italia & apud exteras gentes ſpectata fuiſſe. In Galliis ſol & luna notabiliter defecit. Inſoliti ſyderis terribilis facies apparuit. Luna tergemina. faces præterea uariæ. Circuli cœlo ſparſi cum crucis imagine inſpecti. In Italia Septentrionis partes deflagrarunt: puro & ſereno cœlo ſine ullo fulgure horrẽdum intonuit. In patauinorum finibus equam pullum nouẽ pedes habentem progenuit. In Ciſalpina Gallia inſuetæ aues deuolarunt: quarum cri ſtatum erat caput: pluma cinericio colore ſanguineis maculis diſtinguebat q̃q̃ grandiores natu quo tempore ſecundus Federicus ſeditionibus & impio bello Italiam uaſtabat: ea ſpecie alites uiſas dicerent. Per idem etiam tempus intra ueſtibulum Matthei Vicecomitis prodigium in admirationem homines conuertit. Vir ſupra uſitatam magnitudinem equo qui excederet naturalem habitum inſidens prima ueſpera per horę ſpaciũ armatus obambulauit attonitis prodigio qui aderant: raptim ex oculis aufertur: interiecta deinde tri duo eodẽ habitu pari mole corporũ eodẽ in loco atq; tempore horã fere unã duo depugnarunt. nouitate monſtri conſternati omnes: ſed magis ubi ſimiliter uterq; euanuit. Res uix credibilis niſi Franciſcus teſtem prodigii Muſatũ patauinũ afferret. Ergo igitur ne exiſtimatio facti in ancipiti foret: quod alius tradidit: ipſe repetit. proinde fides penes curioſum nouarum rerum inquiſitorem q̃ ſuo tempore acciderunt: maneat. Cæterum Henricus ubi munitionibus longa obſidione & cædibus ad deditionem compelli Brixia non poteſt: frumẽto commeatu prohibere obſeſſos in totum ſtuduit: foſſam itaq; ab mõte ad urbem perduxit. tum perpetuas munitiones facit: ne quo loco intrare ſubſidia poſſent. Ita circunuallata Brixia ab inopia rei frumẽtarię plurimum premebatur. proinde Henricus exiſtimabat fame confectos ſine conditionibus deditionem facturos. Inedia plurimi deficiebant. fuere qui cum non haberent unde uiuerent ad hoſtes profugerent. quos non adeo crudeles exiſtimabant: ut ſi panem fameſcenti minus porrigerent: ſaltem liberam fugam concederent. Sed miſeris aliter accidit. Deprehenſi ante urbis portas laqueo enecabantur: neq; tamen ſęuo ſuorum ſupplicio eſuriens turba: quæ defendendæ urbi minus idonea erat: contineri intra mœnia poterat. minus malum ducebant iram uictoris ſubire: & manibus hominũ perire: q̃ domi deficiente cibo

Prodigia

Obſidionis crudelitas

miſerabiliter cõfici. Ita in dies Lãguſcẽtiũ ingẽs numerus in caſtra ueniebat. Demũ Rex ipſe in eſuriẽtes ſequire deſiit. Venerãt ad Henricum utſupra diximus duo Cardinales. hi neceſſitate obſeſſorũ moti paciſci deditionẽ fruſtra tẽtauere: quibus diſcedẽtib⁹ Lucas Fliſc⁹ iterum uenit. Hũc ẽt Clemẽs in Italiã miſerat. Aduentu Fliſci Cardinales in caſtra redeũt. Proceſſerat obſidio ſub octobrẽ. neceſſitates oẽs ptinaciſſime obſeſſi nõ ſolũ indigenæ Guelphi: ſed utſupra memimus: externi tolerabãt q metu Hẽrici illuc uelut ab armis & ui aduerſariorũ tuti cõfugerãt. hi ꝓpoſitis eorũ cladibus in quos ſequitũ fuerat: ne ꝑ cõditiões deditio fieret ſuadebãt. poſtremo ſpe & alimẽtis defecti dedendæ urbis negotiũ trib⁹ Card. nalib⁹ dedere. ita ex arbitrio Sacerdotũ Brixia Hẽricus potit̃: quanq̃ cõtinuo urbẽ nõ ingreſſus eſt. Sex dies: ualido tñ preſidio ipoſito: in caſtris egit. ꝑ quod tẽpus Guelphi fere oẽs quibus inuiſus iperator erat in montana refugere: poſt quorũ fugã muros ſubruit: & ad ſolũ equari iſſit: ſiue ut magnificẽtius exiſtimaret cõplanata foſſa diſiectisq; mœnibus ingredi ſiue qđ ſepius dũ Brixiã obſidet iactaſſet: ſe nunq̃ ꝑ portas intraturũ. Veniſſe ad Henricũ inuenio ꝑ eos dies Gibertũ Corrigiã cũ ꝑmenſi auxilio. ſecũ is tulit coronã: quã ut ſupra ſcripſimus: Parmẽſis capta Victoria ſecũdo Federico eripuerat: eãq; Hẽrico donauit: q munere & inſigni cęſareo recepto Giberto Guardaſtalã eius curię rem ꝑterea ꝑmenſem procurãdã tradidit. Cęterũ cũ quidã apud cæſarẽ de corrigio obloquerent̃: clamq; eũ ꝓditiõis inſimularent: ueritus ne iperator obtrectatoribus obſequẽs illũ in uinculis teneret: clã cæſare pmã reuertit̃. Potitus Brixia Hẽricus ſexaginta milia aureorũ nũmũ ad ſuſtinẽda belli ipendia depẽdi ab oppidanis uoluit. tũ ſexaginta & amplius ciues delegit: qui ſe Romã uſq; officii gratia ꝓſequerent̃. His peractis Cremonã rediit. inde Placentiã petiit. Placẽtini ſtatim iperata fecere. prętorẽ Lãbertũ Ciprianũ urbi ipoſuit. Ex placẽtinis ꝑ Appẽnini ptẽ: quæ cotiæ alpes dicunt̃ Genuã ꝓfectum quidã ſcribũt. Ego cõtra inuenio Papiã de Placentinis ueniſſe. ciuili cõtentione agitabãtur Papiẽſes. eiecto utſupra diximus Mãfredo Becharia Lãguſcus urbe potiebatur. Hẽricus quod iuri ſuo cõueniret: cõtrouerſias cõponere: papię paucos dies egit. futurũ uidebat: ut inter ſe Mãfredus & Lãguſcus armis decertarẽt: niſi ſe diſceptatore cõtentões cõpoſitę forẽt. Mattheũ Vicecomitẽ & Mãfredum ad ſe uocat. uterq; amicos & mercenarios milites ſecũ hẽbat. Papię appropiquãtes multitudie copiaꝝ ꝑterrit⁹ Philippon⁹ igreſſu urbis ꝓhibuit. Verũtñ ne Hẽrico aduerſari exiſtimaret̃: eos igredi cũ pua manu pmiſit. Triduũ cõmoratus Papie Hẽric⁹ ẽ. uenit ad Lãguſcũ ꝑ id tẽpus Gibert⁹: gẽtiles & ꝺoductitios eqtes ſecũ ducẽs. fœdus & amicitiã facere cũ Lãguſco is affectabat. Lãguſcus Giberto filiã nuptũ dedit. ita ꝑ nuptias publicũ & priuatũ fœdus firmat̃. Tũc Hẽricus ſtudiũ & fidẽ i ſe Matthei pulchre cognouit: laudauitq; hoiem: quod copiis ſuccictus ue.

Brixiæ mœnia diruunt̃

niſſet.ambigua erat Lāguſci fides:quem infenſum ſibi ob reſtitutos in regnū & patriam Vicecomites:pulſosq; Turriãos reciderat.milites pręterea amiſe rat:dum Brixiam obſidet & oppugnat.Ita Languſco facile fuiſſet Henricum mœnibus clauſum perdere:aut quicquid libuiſſet in illum moliri & perpetra re:niſi Matthei pręſidia uicina fuiſſent.Diſcedens Papia Henricus:ut comi-ti Sabaudię morem gereret Philippum illius ex fratre nepotem titulo dunta-xatten9 Achaię principem:papiæ Nouariæ & Vercellis præeſſe uoluit.mox Genuam uerſus ire pergit.Mattheus Mediolanum reuerſus ne Henrico Ro mam profecturo Mediolanenſis officium ceſſaret:duodecim uiros delígit q illum comitarentur.pecunia deerat.uocati decuriones:quos ſapientes appella bant trium menſium uiatica conſtituunt.Hoc item tempore ſexcentis ciui-bus arma & equi de publico data ſunt.impenſis pleriq; grauabantur.his op-tio datur:ut centum tertiolorum libris equeſtris militiæ diſpendia lucrent.mu tui nomen habebat.Hæc ſumma quam ſi quis ſponte expoſuiſſet:is ab omni belli onere liber eſſet.donec ea reſtituta foret.triduum ſoluendę pecuniç præ-ſcribitur.Tunc haud pauci conditionem accipientes pecunias repreſentaue-re.Verum quia ut ille dixit:bellum nō ordinata ſolum & decreta comedit:ſed etiam extraordinaria depoſcit.In urbe uicatim & extra per dioceſim atq; præ fecturas omnes cenſus deſcriptus eſt.coactioq; ita indicta eſt ut pars decima eius ſummę quam cenſus quis fuiſſet exhiberetur:cum hoc tamen ut qui cen tum antea libras dependiſſet:ei pro rata parte decima detraheretur.Sic noua certe & haud ita multum importuna extorquendi argenti excogitata rō fuit. Henrico petente interim Genuam Philippus Achaię princeps eas ciuitates: quibus pręerat ad nouitatem rerum concitat:quanq̄ Nouarienſes in fide Cæ ſaris conſtanter manſere.Cæterum Guido comitis Flandrię filius:cuius pręclara fuerant facinora.in eo enim bello quo Philippus Francorum Rex Bel-gas grauiſſime premebat:is regnum defendit:& patrem a fœda captiuitate poſt cędem procerum liberauit:demum qua potuit condictiõe pace facta de ſcendentem in Italiam Henricum proſequutus:contracto ad Brixiam mor-bo Papię moritur.Interdicta ſacris erat urbs:& ne ſepulturę honore careret iuſſu Hērici Derthonā cadauer deferē:ibiq; magnifice & religioſe funeratur. Placētini tumultuātes ab Hērico deficiūt.Guelphi opulētiores cū p̄fecto Gi bilinos de urbe expulere.& haud ita multo poſt Gibilini Albertū Scotū in ca ſtro Arquati exulantē uocāt:cuius ope & armis Guelphos eiiciunt.ita rurſus Placentia ſub arbitrium imperatoris rediit Paucos autem poſt menſes Alber tus Scotus fugato Vbertino Lando cum iis omnibus: qui partes illius tue-bantur dominus Placentię factus eſt.In Liguribus inteſtina certamina ob ci uiles diſcordias grauiſſima fiebant.Grimaldus Aurei atque Fliſcus Genuam in medium tenebant.Opicinus Spinula exulabat.Hic congregata exu-

Bellū & ex-traordinaria poſcit.

Genuēſes fa ctiones

lum multitudine simul etiam Theodori Paleologi generi ope nixus: Ligusti cum tractum qui Padanos Ligures contingit: euastat. uicos castella & agros aduersariorum diripit: tecta succendit: magnoque detrimento eos afficit: quorum armis domo eiectus fuerat: neque hi finem damnis aut pacem ab Opicino nisi auro dato impetrare ualuerunt. Verum quia is nouarum rerum appetens erat: ut longius a patria cederet inter condictiones explicatum imprimis fuit. Decertabant Spinolæ & aurei de potentatu Flisci: & fere Liguriæ Guelphum omne nomen Aureos iuuabat. Hi Henrico dum Brixiã obsidet sagittarios etiam miserant: cum ad appenninum ueniisset obuiam Legati uenientes Genuam & omnem Ligusticum tractum quatenus sub dicione Geuuensis esset: uiri & potestati Henrici subiiciũt. Venerat Derthonam Opicinus, hũc rex munere antea delinitus benigne excepit. Accessit & Bernabas Aureus, ita utroque deducente: tum gibilinę factionis studio Henricus Genuam maximo cum apparatu honorificentissime ingredit. hiemis sęuitia & maris asperitas tres amplius menses eum in Liguribus remorata est. per quod sanæ tẽpus uxorem illic amisit. in cuius morte multum iacturę rex ipse: & religiosi uiri passi sunt. rei diuinæ nobilissima matrona apprime studiosa sacerdotes liberalitate & munificentia fouebat: egenos & mendicos datis alimentis sustentabat. aulæ proceres & qui a rege honores & dignitates expetebant: iuuare: si quos abalienatos & infensos Cęsaribus agnoscebat: eos bona spe aut beneficio & interim liberali opera uiro conciliare. uirum Romam petentem sequuta: fœlix profecto fuisset: si illum imperatoriis ornamentis insigniri uidisset. In ędem minorum fratrum sepulta est. Nomen Margaritę fuit. Hic illud subiciam haud sane absonum narrationi rerum. Riciardus quidam Marlianus fatidicos libros ceu a Sibilla editos domi diligenter asseruabat: ut pote qui a maioribus ad se per manus ueniissent. In his contineri iactabat Henricũ priusquã e liguria solueret moriturum. Hic ubi regem incolumem Pisas delatum cognouit: sortibus iratus: libros combussit. Illud subinde dictitans. ista profecto uaticinia alium posthac non fallent: quanq̃ si euentum spectasset morientę regina in Liguribus prędictio in totum uana non fuit. Cæterum ad Henricum Genuę agẽtem peregrini milites: & si qui in Italia Gibilini nominis paulo opulentiores erant: partim uoluntarii uenere alii mercenarios misere: ut facile eorum desideria qui in Cęnomanis occubuerant: is supplere posset. omnibus pro liberali obsequio atque opera rex honorificam gratiam retulit: quippe noua hos dignitate & munere ditauit. illos comitatu & famulitio regio nobilitauit. Gulielmo pusterleo insulæ fulcheriæ quam nunc adduę glaream uocant. Cressoni Cribello Leuci: & uiciniæ quæ emissarium larii attingit iura contulit. Ludouico Vicecomiti: quem postea Lodrisium appellauere Seprium & iura in prefecturã tradidit. Iam tempus Mediolanẽsib9 Legatis prę

ſcriptum abierat. Princeps erat Luchinus Matthei. Quare ne populus legato rum impenſa plus equo prægrauaretur: octo ex eis Imperator a ſe dimiſit: qua tuor duntaxat retinuit: qui illum Romam uſq; proſequerentur. Interea Anto nius Fiſſiraga data abeundi uenia: dum Laudem repetit Vicheriæ: uel ut alii ſcribunt Baſlignanæ a filio Manfredi Becchariæ: qui præſidio ea oppida tene bat captus in uinculis coniicitur. Tunc Philipponus Languſcus Sabaudien ſem prefectum docet: Fiſſiragam inter Laudenſes cognatione & opibus ma iorum largiter poſſe: quem eximi e uinculis quocunq; modo oporteret. Hoc facile factu eſſe ſi Manfredum: qui tunc forte Papię erat in cuſtodia ſeruari iuſ ſerit. quippe filius ut patrem liberaret Antonium relaxabit. ita Manfredus in uinculis continetur. Enimuero tunc primores factionis gibilinę: qui Henricũ aſſectabantur palam Philippum cęſari & cæſareæ factioni infenſum dictita re: quippe qui eos inſectaretur: quos ſtudioſos Cęſarum cerneret. Aderat for te Petrus Sabaudię comes. hic ęgerrime ferens cognatum apud cęſarem gra uius accuſari Franciſcum Garbagnatem: qui paulo acerbius in Philippum in uehebatur: alapa percuſſit. Interea a nouis conſiliis factionis Guelphæ princi pes uix & ægre quieſcebant. nam qui olim inter ſuos potentes fuerant ii amiſ ſa dominia recuperare: & acceptas iniurias ulciſci cupiebant. ita Guelphum omne nomen in Longobardis: Hetruſcis tum etiã in Flaminia aduerſus opes Henrici conſpirauit. Vrgebant Gibertus Corrigia: Regienſes: Bononienſes Caualchaboues: poſtremo ii fere omne qui Cremona & uicinis oppidis per Henricum electi fuerant. Ita inſtante Turriano atq; Florentino Robertus compoſitę ſocietatis et coniurationis princeps & Dux creatur: ut ſcilicet Hẽ rico Romam petenti intercederet. Interim nouæ coniuiurationis opibus Gi bertus Corrigia & Gulielmus caualcabos adiuti Cremonenſium fines inua dunt. Vaſtatione agrorum oppidani permoti deditionem ad tempus niſi ſub ſidia affuerint paciſcũtur. Galeacius Vicecomes ſero uenit. Ita Cremona Ca ualcabos potitur. In Gibilinos ſęuitum fuit. Iacobus Radenaſcus occiditur. Iacobus Radenaſcus

Cæterum Galeacius Cremam profectus Cremonenſes quos Henricos per arces Cremonę uicinas cuſtodiẽdos diſtribuerat: eos omnes in cõtinenti Me diolanũ deduci iubet: qui teterrimo in carcere diu macerati miſerabiliter mor tẽ obiere. Enimuero tũc ii magis q fortunis & bonis ſpoliati fuerãt: patriaq; eie cti res nouas quottidie moliri non ceſſabãt. ad quietẽ itaq; populoq; Hẽricus Philippũ Sabaudiẽſem ambiguę fidei hominẽ: q noua cõſilia cũ hoſtibus ini re ferebatur præfectura primũ priuat. tum uero Guarnerio Aſpurgẽſi procu rationẽ uniuerſam in Lõgobardis demãdat: ut penes eũ ſumma publici nego tii ſine prouocatione foret. ita cõtumaces animos per hominẽ peregrinũ Im peratorię maieſtati ſubiici poſſe cõfidebat. nihil tamẽ de Matthei poteſtate & iuriſdictione diminuit. Cõfirmauit præterea quicqd iuris & poteſtati ante

Guarnerius

ceſſores Mediolanenſi populo coutuliſſent. Papienſes uero rebelles & imperii hoſtes pronunciat: ut ſi quis rebellem ciuitatem expugnaſſet: is in eam & fines imperium perpetuo haberet. Cremæ Simonem Philippi Piſtorienſis filium. Laude Henricum Flandrienſem ſine prouocatione præficit. e plebe qui buſdam Catancorum titulum conceſſit. Ex Genua eodem iubente Florentię mercatores eiecti ſunt quorum merces & opes ceu rebellium partim prædæ expoſitæ partim confiſcatę fuere. Multa ad florentini populi contumeliã ibidem Cęſar ſtatuit. Interea Guarnerius cum haud magna manu per martium menſem in Laudem primum uenit: ibique denunciat quid iuris & auctoritatis ſibi Cęſar dedelegaſſet. per quod tempus Soncinates pulſo cæſaris prefecto: oppidum Gulielmo caualcaboui dedũt. prefectus in arcem profugit. arx in oppidi angulo poſita manu & operibus munitiſſima ſtabat: ita qui ea cõtinebantur a ui defenſi oppugnantibus fortiter reſiſtebant. Mattheus ut obſeſſos liberaret militem Mediolanenſem ſummittit. Guarnerius item Borgomenſes & Cremenſes: qui Cęſaris beneficio reducti in patriam fuerant ad ſe conuocat. Soncinumque protinus pergens illud oppugnare aggreſſus eſt. Defendebant mœnia Borgomo & Crema ſugati: hos & oppidanos ceu in præclarum facinus: ſi hoſtem repuliſſent hortari & urgere Gulielmus non deſiſtebat: quippe ſi oppidum ſeruaſſent illos liberos a metu ætatem acturos: ſe uero Cremonæ perpetuo poriturum. Forte inter oppugnãdum ſpeculatores ab arce cohortem peditum ab Cremona uenientem proſpiciunt. clamatur ſubſidium aduentare. circiter centum & quinquaginta pedites erant: in quos inuectus Guarneri⁹ eos extemplo fudit. Germani equites cęde gaudẽtes multos occidunt. Victor Guarnerius Soncinum reuertitur. Cęde Cremonenſiũ Soncinates perterrefacti: tum qui pro uallo & munitionibus ſtabant: relictis ſtationibus in domos quiſq; ſuas diffugiunt. Caualcabos ubi mœnia deſerta defenſoribus uidit: portam continuo aperiri iubet: ſuos in agmen cogit ut ferro per ſtationes hoſtium euaderet. Admonitus fuit Guarnerius: eo cum equite germano properat. iam egrediente preſidio in porta pugnam facit. Caualcabos in cęde ſuorum ad Guarnerium ſupplex acceſſit: quis hic foret petit: ubi Caualcabouem intellexit: rebellionis & nouarum rerum auctorem: illum ſtatim obtruncari iubet. Cecidere in eo certamine Cremonenſium permulti: cęde caualcabouis & ſæuitia Germanorum qui nemini parcebant perterrefacti Borgomo exules ad populares ſuos: qui auxilio Guarnerio uenerãt: accurrũt: rati eos mitiores inter barbaros q̃ ſi domi fuiſſent. hoc idẽ fecere: qui Crema pulſi fuerant. ita miſeratiõe popularitatis cõplures ſeruant. Bencionus uiuus capitur. hunc ſupplicem & ut ſui miſereſceret rogantem: Nazarius Quinzonus in factione altera potens iugulari uoluit. Guarnerius in uindictam pronus cæteros captiuos ſiue diſcrimine obtruncari mandauerat: & eos in pri- Nazarius Quinconus

mis qui ſubſidio Caualcaboui uenerant. hos etiam precibus popularium do nauit. cur enim uita mulctandi minime rebelles: cæſaris pręfectos receperant neq; per malitiam ita domo ceſſerant: ut bellum Cæſari inferrent: ſed factiōis nomine fugati: iis ſe applicauerant: quorum uiribus in ſua reduci & patriam recuperare cōfiderent. Ita Guarnerius ſiue ut ſociis & amicis gratificaretur: ſi ue quia non admodum iniuſta arma mouiſſent: culpam ignouit: cum hoc ta men ut in cuſtodia ſeruarentur. Captiui Soncinates ſupra triginta ſtrangu lantur: & haud ita multo poſt Galeacius Vicecomes cum mediolanenſi equi tatu aduenies Cremona atq; Borgomo adiunctis exulibus caſtrum Baſſani in finibus Cremonenſium adortus: illud per condictiones recipit. Inuenio in quibuſdam annalibus priuſq; Henricus Genua ſolueret: comitem ſancti Boni facii procurante Imperatore acceptis centum milibus librarum minuti æris quicquid ditionis & gentilitii iuris ueronę poſſidebant: id omne Scaligerę gē ti tradidiſſe. quod factum Henricus ſubinde confirmauit. Interea Brixianos fines perpetuis latrociniis exules infeſtantes: ſalem merces & ęctera quę plau ſtris uehebantur intercipiunt: prædamq; inter ſe diuidunt. iacturam haud par uam Mediolanenſis & Borgomenſis: horum enim ferme merces erant: acce pere. Cęterum Guarnerius Laudem pompeiam uerſus uenit: Mattheum Vi cecomitem: & cæteros urbium principes ueluti in concilium aduocat: dolis & inſidiis ſe fatigari uidebat. nam qui obſequium præſtiterant: partim imperia recuſabant. mutare fidem alii: & proinde omnes defectionis ſuſpecti erant. po ſtremo iniurię & maleficia popularium complures ad noua conſilia irritabāt. Guarnerio perexiguæ erant copię. peregrinus miles locorum & Sermōis iux ta neſcius: ad hæc ferox pluribus infenſus erat. Ducem igitur indigenam om nes expetebant: qui conſilio & clementia hos in fide & officio contineret illos ad ſeruitiū traduceret pro ingenio & factionis cōmodo. Sententię dictę ſunt. omnium tamen una uox fuit: neminem Matthęo Vicecomiti anteferendum eſſe: ſiue nobilitatem hominis prudentiam & populorum ſtudia ſpectaueris: ſiue quod amicicias Cęſarum ſemper bona fide is coluerit: a quibus nunq; de ſciuerit: quippe qui & ex illorum auctoritate atq; opinione rem mediolanen ſem procurauerit. ita Mattheus publico cōſenſu Guarnerio ſocius datꝰ. Poſt hæc Laudē ingreſſi uocato in cōcionem populo e primoribus partim Sonci nū cuſtodiēdos mittūt. quoꝝ unus Zanonus Traſonus fuit. relegantꝰ alii. eie cti etiā Mediolano quidā fuere. & haud ita multo poſt Henricus Galeaciū ui cecomitē Placētinis pręficit. Matthęo cōparato nouo exercitu papiēſi bellū ifert: quoꝝ fines tēporario pōte ſup Ticinū fabricato ab omni parte populatꝰ. Profectus eſt primū illuc Galeacius cū mercenario milite: deinde Actius Ma laſpina prætor ſubſequitur. Ducebat hic Vrbanos milites haud pcul Abiate Papia pfugi cū eis cōiūgunt traiectoq; amne Laumellū prio impetu capiūt

Scaligeri Veronę Do mini

Lãguſci comites quos poſſunt milites primũ populares contrahunt: & pere grinos accerſunt. Venere Alexandrini & Haſtenſes auxiliarii: Laumellũ pro tinus circũuciniunt: fruſtraq; dies decẽ oppugnant. tandem ſoluta obſidione abeunt. Cęterum Galeacius inter utrunq; fluuiũ late effuſus cuncta depreda tur. Tunc diuerſę factionis principes iterum in fœdus & ſocietarẽ coeunt: ag gregatur eis regius præfectus: cui Alexandrini parebant. Gibertus Corrigia cum Parmenſi: & Turriaui ſi qui nundum finibus ceſſerant opibus amicorũ ſuſtentati conueniunt. Haſtenſis Cremonenſis. & Vercellenſis ab exulibus laceſſiti in ſocietatem trahuntur. Henricus cum adhuc in Liguribus ageret Veronam Albonio & Cani Scaligeris fratribus. Taruiſium Riciardo Cami nati: Mutinam Franciſco a Mirandula gubernandas ita demum tradidit: ut procuratio illiorum duntaxat foret: dominium penes ſe maneret. Derthonen ſes & Haſtenſes electis gibilinis Roberto regi ſe ſubiciunt. parere imperato ri Guelpha factio in Lõgobardis neſciebat: & proinde ad Robertũ reſpiciẽs noua conſilia aduerſus illum agitabat. Robertus qui in fidem & ditionẽ ſuã ſe permiſerant: eos aduerſus Henricum excitabat. Vrebãt illum Henrici ſuc ceſſus: quo bene rem in Italia gerente põtificis factio neq; tuta: neq; ſalua eſſe poterat. Papiẽſes exulum iniuriis & armis laceſſiti fatigabant. hi in protectiõ nem Roberti confugiunt atq; palam bellum aduerſus Henrici ſocios & ami cos parant: quorum conſilia & arma Guarnerius: ut oppugnaret & frangeret iterum copiis contractis Papiã aggreditur. Tunc in Taurinos Philippus ire pergit. hoc diſceſſus ſuſpitionem nomine eleuans quod ſibi uxor ducẽda eſſet quę nuptię ut celebriores fierent duodecim de primoribus Papiæ & totidem Vercellenſium ut ſe officii gratia proſequerẽtur poſtulauit. Riciardinus Phi lipponi præ ceteris abeũtem Taurinũ uſq; comitatur. Simulatę erãt nuptię: ut uidelicet argentum extorqueret. nanq; nobiles uiri ut Taurinũ puenere cõ tinuo in uincula coniiciuntur: quos non prius ſe dimiſſurum is dixit q̃ ſtipen dium præfecturæ ſoluerent: ita duorum populorum primores per fraudẽ diu tius aſſeruati fuere. Interim milites Mediolani conſcribebantur. hi ducẽte Ga leacio Ticinũ denuo traiiciunt. Carlaſcum oppidum inuadunt & obſident. Theodorus marchio montiſſerrati: & item Philippus ut erat in genio mobili cum Galeacio ſociatur. oppidum oppugnãt. e papia ſupra triginta expediti pedites cum i occaſu ſol eſſet: uenere: rati beneficio tenebrarum uigiles fallere propius oppidũ penetrant. Sed ut fere euenit deprehenſi ad unũ ſuſpendunt quo ſupplicio oppidani deterriti extẽplo ſe & ſua Galeacio dedũt. pactam pe cuniam & ſpe premii maioris proditum oppidum quidam tradunt. Poſthęc Guarnerius in Vercellenſes ducere ſtatuit. Vercellas Collobianus fauore & opibus Aduocatoꝝ obtinebat. Hanc gentem dominatu urbis euertere: quip pe cæſaribus aduerſantem Guarnerius parabat. Igitur propius urbem cum

Gibertus corrigia

Cęſarei pro curatores

Collobian9

copiis secreto festinat. Verũ imparatos minime offendit. Nouerant Aduocati ad se uersus exercitum pergere. ita cum expeditos & instructos milites atq; amicos in armis haberent: irruentem hostem fortiter sustinent. dimicatum in urbe est. Interim Guarnerius Philippum proditiõis suspectum stricto ense impetit: qui nisi constãti animo uim illatam repulisset: obtruncatus profecto foret. intercedentes famuli partim cæsi: uulnerati alii fuerũt. Philippus in euidenti discrimine ad Simonem Collobianũ transiit: cui fugæ causam querenti respondit: ut fugerem iratus Guarnerius fecit. In me enim gladios armatus intentauit: quod nisi domesticorum ope defensus forem: crudelem in modum occubuissem. Collobianus ut bona in spe esset: neq; minas: aut uim barbari extimesceret apud se: inquit. nihilo tamen secius Guarnerius Vercellẽses urgebat. Ticiones de potentatu cum aduocatis certantes enixissime Guarnerius iuuabat. ita aliquot dies i urbe ipsa inter ciues certatum fuit. Grauis erat mediolanẽsi militi mora: præ inopia haud pauci dilabebantur. Mattheus Vicecomes cognito suorum discessu: impendia enim militię pręgrauabant: ad Guarneriũ & prætorem: ut exercitum domum reducant scribit. Vix Guarnerius Mediolanum redierat cum Ticiones externo præsidio destituti domo & patria cesserunt. per quod tempus germani equites qui Guarnerii atq; Vicecomitis stipendia merebant: natura ad prædam proni nulli parcebant: modo aliquid rapere possent: senes pariter & pueros occidebant. Ad hęc sacerdotibus uim inferre: templa uiolare superbe crudeliter: atq; etiam libidinose in urbibus atq; uicis cuncta agere. In Laudenses præcipue gens ea desenĳt, in quorũ liberos & uxores contumeliæ edebantur. Illatas iniurias Vlcisci Guarnerius non curabat. ita libidini & auaritiæ barbarorum in Lõgobardis nihil exceptum erat. Inter hęc Franciscus Turrianus oppidum montorfani adhuc cũ prędidio tenens: cum in aduersariorum potestatẽ omnia uenissent: illud nouocomensi episcopo tradit: apud quem aliquot dies commoratus: inde Cremonam petiit: ubi Guidonem patrẽ grauiter egrotantem offendit. Quo mortuo atq; honorifice funerato Florentiam profectus inde ad Robertum regẽ accessit. uterq; rex & Florentinus nimiopere Turrianas reliquias & gentis factionem fouebant. Reuertentem iu Longobardos Franciscum Latrones in uia spoliauere: quis ut a latrocinantium iniuriis tutus foret: in comitatũ pontificialis nuncii se dedisset: farcinulis direptis prędaq; diuisa Comes panagi: qui insidias fecerat cum uxore & liberis Mediolanum se recepit: moxq; accepto stipendio cohorti præficitur. Iam in Hetruscos Henricus nauibus applicuerat: cum Hastẽses urbem Vgoni Bancio procuratori regio solemniter dedũt atq; in Roberti potestatem uectigalia & portoria publica subiiciunt. Castellanos gibillinę illic factionis princeps a domo & patria profugos Philippus Sabaudię comes exceperat: opemq; implorantibus suggerebat. ita ueriti So

Germanorũ crudelitas

Guidonis mors

larienſes ne uiribus externis Gibilini adiuti domum reducerẽtur: ad fidem & opes Roberti confugere: ſub cuius tutelam atq; præſidiu muniuerſi in Italia Guelphi ſe permiſerant. In condictõnibus de uicinorum defenſiõe diſcrete ad ditum fuit: ut ſcilicet iis omnibus rex bellũ inferret: qui Guelphos aut armis laceſſerent: aut domo fugaſſent. hinc multi animos ad nouam fortunam crexere: quippe regio fauore freti popularibus redire in gratiam magnis cõdictionibus oblatis recuſarunt. Papienſes hortatu languſci: ne exules qui comparato ab amicis ſubſidio propius patriam omnia populabantur: aliquando a popularibus in urbem reciperentur: Vgoni Baucio patriam dedunt: & uelut deditii uectigalia & portoria publica: tum arbitriũ adminiſtrandæ reipu. illi permittunt: uidelicet ut eos amicos & inimicos haberent: quos rex iuſſiſſet. cum hoc tamen ne aduerſus romanum põtificem: aut eos: ſi qui partes illius ſequerentur: arma inferret & urbani milites plus triginta milia paſſuum ab urbe in expeditionem abducerentur. neq; ultra uiginti dies impenſis gentilium merent. Philippono Lãguſco primus locus dat' inter eos: ut is publici cõſilii princeps foret. Magiſteria urbica in ſpeciem libertatis pauca populo relicta ſunt. notarii & annonæ præfecti & curatores uiarum ſuffragiis ciuiũ: aut ſorte deligebantur. Monopolium ſalis penes regem fuit: cui item quotannis pro cẽſu in urbe & finibus deſcripto pecuniæ uiritim penderentur. Summa penſio in capita ſex ſoldi fuere: media quattuor: qui uero minimum cenſus fuiſſet: ſoldos duos is dabat. De reficiendis Ticini pontibus: inſtauratione fori: & prętorii in primis mẽtio facta eſt. Sex plebei: totidem ordinis militaris negocio urbano ita preficiuntur: ut Languſcus: aut unus filiorum conſtituti collegi principes eſſent. magiſtratus dũtaxat bimeſtris ſtatuitur. De Alexandrinis in cõditionibus honorifice actum fuit. Iuris & ditionis Roberti tunc Alexandria. De Philippono Languſco & Guelphis defendendis a rege in primis multa preſcripta fuere. Exulabant ea tempeſtate papia duæ uetereſ familię Becharię & Curtii. hos ceu perduelles in exilio perpetuo manere uiſſerunt: ut nunq; in amicitiam & tutelam regis uenirent: aut ſuper eis gratiaue cum plebe recõciliãda ſine conſenſu Languſci & maioris partis eorum: qui rempu. curarẽt poteſtas nulla foret. Duo ante omnia nominatim explicata ſunt: primũ ut a ui & armis noui Cæſaris papienſis populus defenderetur. alterum de relaxandis ciuibus & Ricardino Philipponi filio: quos ut ſupra diximus: per cauſam nuptiarum Sabaudienſis abduxerat: neq; niſi accepto præfecturæ ſtipendio relaxare ſtatuerat. Intererat regię auctoritatis: & guelphi ſtatus eos capriuos liberari: tum uero ita rem tranſigi: ut deinde neq; ſtipendii nomine: aut alia quauis de cauſa a papienſi Philippus quicq; ceu debitum repeteret. Conditiones a procuratore acceptas: ut ratas: perpetuas populus ſperaret: rex per litteras Neapoli miſſas affixo aureo ſigillo confirmauit. Quattuor tunc urbibus

Lãguſco papiẽſis reip. adminiſtratio

Curtii

Robertus ugonem Baucium multis titulis honoratum prętorē impoſuerat: ut ſimul ius diceret:arma tractaret: pacem cum quibus uellet nomine regio faceret.Cæterum Henricus & ſi probe norat quos homines Robertus foue ret atq; defenderet:illum tamē ad ſe inuitat:quod ſi Genuā uenire recuſet:ſal tem romæ futurę:coronationi intereſſet. Magnificentior atque illuſtrior ea fore regis prętentia uidebatur.Robertus cur intereſſe non poſſet multa cau ſatus Ioannem fratrem cum equitatu ſubinde miſit.hic ſimul urbem ingreſ ſus eſt:multa largiri:atq; maiora pollicē do primores populi ad ſe trahere ten tauit.Gens urſina armis & uiris opulentior ſtatim illi adheſit.Columnenſes contra uetus & potens familia amiciciam & ſocietatem cum rege abnuere:q̄ uis magnis pollicitationibus onerarentur .A Cęſaribus olim ea ſteterat.hos aggreditur ut quos conditionibus conciliare non poterat: eos ui & armis co geret.Henricus nuncios ad Robertum mittit:qui cum eo fraudē & dolos ex poſtularent:quod ſub ſpecie officii romanos proceres in cōiurationem aduer ſus ſe:& ciuilia arma concitaret.idq; moliretur ne in auguſtiſſimo petri tēplo coronaretur.Mirabitur hic aliquis forſan:cur Henricus Robertum gibilino nomini infeſtum ſibi amicum ſperare poſſet.hoc faciebat Clemens pontifex qui per nuptias fœdus & amiciciam componi inter reges curabat: ita ponti ficis perſuaſu Petrum Federici Siciliæ regis filium per oratores filiā in matri monium petētē repudiauerat:Igitur pro indigniſſimo hēbat Cæſar aduerſus ſe illum coniuraſſe:cuius fratrem alteri prętuliſſet.Pręmiſerat Henricus tum Longobardos partim ad deditionem redigeret:partim diſcordes compone ret:Romam Ludouicū Sabaudienſem.hunc populus hauḍ inuitus reſpectu Cæſaris excepit:eiq; protinus pręfecturam urbis quā ſenatoriam uocant:de mandauit. qui haud ita multo poſt conſtituto Vicario ad Hēricum tūc Bri xiam obſidentem rediit.Interim in urbe odia & inimiciciæ gliſcebant: certa mina maiora oboriebantur.ita Columnenſes aduerſariorū armis fatigati per nuncios Henricum rogant ut rurſus cū præſidio Ludouicus eat:qui cæptos tumultus opinione cęſaris comprimat: ratus Hēricus ideo magiſtratum cō temni quod apparitorū atq; Statorum numerus exiguus foret:quinquaginta duntaxat germanos equites qui Ludouico apparerent Romam miſit.Cæte rum is urbem ingreſſus maiorem tumultū offendit: q̄ qui reuerenria cęſaris & iuſſu magiſtratus ſedari poſſet:arma undiq; mouebantur.belli conſilia alii agitare:& palā dicere Henrico reſiſtendum ne urbem introeat.corrupti præ terea erant quos abiens iuridicundo pręfecerat.ita capitolio excluditur.Dum hęc Romę geruntur Henricus Genuēſium nauibus Piſas defertur:ubi duos amplius menſes commoratus eſt.Diſpoſuerant in Appennino Florentini prę ſidia:ut diſcedentem e Longobardis Henricum tranſitu prohiberent.tūc co gnito quod Henricus mari piſas deuectus eſſet:cōtinuo ſuas & ſuoꝝ copias

in Lunenſes reducunt. Cęterum Henricus Hetruſcos qui aditus obſtruxerãt paratos quacũq; is incederet illi occurrere: integros a ui & maleficio eſſe uoluit. Marchiones dũtaxat malaſpinę Miniatẽſiũ & Lucenſiũ fines populabantur. nulla memorabilis pugna edita: nullus opulentior uicus: nulla caſtella expugnata: aut in deditionẽ per conditiones recepta. Maior in dies Piſis fama de coniuratione Romæ facta creſcebat. Validius Roberti præſidiũ erat: quo ſubnixus Vrſinus aduerſus emulos grauior inſurgebat. Qua re cõperta Stephanus a Columna maturato itinere Romam proficiſcitur. Exiſtimabat hic ſua præſentia & regis opinione ſurgentes tumultus ſedari poſſe. Inter hęc ex eorũ numero quos arcanorum participes Henricus habebat: ad Clementẽ quidam legantur: qui pacẽ & fœdera per nuptias nutu pontificis cũ Roberto paciſcerentur. Duo item epiſcopi Romam miſſi qui Henricũ aduentare dicerent: gratiaſq; Ioanni agerent: quod officii gratia cũ magno comitatu ueniſſet: quem etiã rogarent: ut a maleficiis & iniuriis in Columnenſes deſiſteret: quod ſi in gratiã redire inter ſe ciues nollent: ſaltẽ ab domeſtico certamine tantiſper ceſſarent: donec legitima coronatio conficeretur: quando non magis in hanc q̃ in illam factionem cæſar inclinet: id quod liquido perſpici ex iis poſſet: quę alibi feciſſet: quippe qui eos tantũ modo deſciiit qui rebelles palã obſequiũ abnuiſſent. pacẽ uero cũ Roberto bona fide paciſcerentẽ: cuius amicitiã tãti fecerit: ut fratrẽ in coniugio filię alteri prętulerit: etiã ex illius uoluntate hoſti ueniam daturus ſit. Iam Italorũ militũ ingens turba partim proſtudio In factionẽ Cæſaris uoluntarii: alii accepto ab his ſtipendio qui ab iniuria niſi Henrici fauore tuti eſſe non poterãt: acceſſerant. Ita cũ ſatis præſidii comparaſſet: Piſis digrediens celeri: & nunq̃ intermiſſo itinere ſub Calendas maias Viterbiũ peruenit: quã urbẽ pulſis diuerſę partis oppidanis ingreſſus eſt. motus ciuiles pridem obortí: tunc maxime aucti. Vrbcuctani appropinquante Henrico in mutua arma proruunt. Imperatoria factio in pugna ſuccubuit: & priuſq̃ præſidia adeſſent: urbe pulſi ſunt Ita aduẽtus Henrici amicos ſpe ſubleuabat: alios contra metu ſollicitos & anxios rerũ ſuarũ facicbat itadum ſaluti ſuę quiſq; proſpicit: aduerſariorũ uero opes affligere conatur: tetra certamina excitabantur. Scribit Ventura occulte per oram Hetruſci maris cũ paucis equitibus Henricum Piſis decedentem noctu iter egiſſe: biduumq; in uicis & caſtellis comites Floræ cõmoratum: donec Comites & ſociorũ copię applicuere. potuiſſent. Guelphorum duces tũ locorũ anguſtiis: tũ cõmoditate fluuiorũ facile Henricum intercludere: tranſituq; prohibere belloq; laceſſere: & aliquandiu remorari. ergo cũ nullę inimicorũ copię: obuiæ eſſent: per incuſtoditos aditus romam uenit: quam tumultuantẽ domeſticis armis: & peregrino milite ſe conficientẽ offendit. nã ut ſupra diximus: Ioannes Roberti acceſſiones odii & iniuriarũ fecerat. conueniebãt quotidie magnę copię

nãq; Florentini ne factõi deessent qngẽtos eqtes:pedites uero mille egregie ornatos & instructos sũmissere.Lucensiũ p̃terea & senẽsiũ tũ cęterorũ eiusdẽ partis quantũ opes suppetebant auxilia accesserant.Romanus populus pro studio partium partim Roberto regi studebant: alii aduentum Henrici pro pugnabant.principes factionum erant Columnẽses & Vrsini.ita uterq; colles:regiones & domos occupauerat atq; muniuerat unde aduersus uim:& arma utriusq; se tueri ualeret.Nam Ioannes roberti: atq; ursinus & eiusdem factioni populares capitolio uicina Ianiculum:Molẽ Adriani: quã posteriores arcẽ sancti Angeli appellauer̃:Vaticanũ præterea:& quæ trãs Tyberim sunt cũ ingenti manu tenebãt:Henrico scilicet interclusuri ne urbẽ ingrederetur. contra uero Columnenses & imperatorio nomini addicti Auentinum:Celiũ: Quirinalẽ:exquilias p̃terea cum Viminali & Suburra hẽbãt.Tres fere totos menses Vrsinus & Colũnensis domi adiuncto externo præsidio inter se atrocissime decertarunt.Roberti factio contendebat:ne in æde diui Petri: quę in Vaticano sita est rite coronaretur.Altera factio nihil non contra moliebat̃. aduersariorũ munimenta perrumpere. Turres uetustis ædificiis impositas disturbare:pręsidia deiicere:uiarum angustias aperire:ut nouo cæsari ad augustissimum templũ aditus pateret.ita romę ꝑpetua bella & cædes fieri.pugna acris iuxta pontem facta fuit:& in ea potissimũ urbis parte: quã saracenorũ munimenta appellant Firmauerant interim præsidio locum Vrsini:& pro ripa stantes hostem telis lacessere:atq; transitu arcere.Tunc indignum existimans Henricus præter pontificis uoluntatẽ sibi repugnari in campum prodiit acie conflicturus.Cardinales intercessere ne germani equites in hostẽ inueherentur.Romani pro cæsare in aciem progressi:refugientibus aduersariis capitolium inuadunt.campum floræ occupant.inde ad Adriani molẽ peruenium̃t.Erupere de munitionibus Vrsini:manus conserũt. prœliũ atrox factũ est.Occubuere in ea pugna Legiensis episcopus:& Petrus Sabaudiẽsis:qui per affinitatẽ fratris Henricũ sequutus fuerat. Missi in Gallias oratores Clementem edocent quãtum odii & certaminis in romano populo uigeret: tum etiam quæ cędes flagrantibus in ultionem animis passim ederentur.pertinacissima erant utriusque gentis studia:recusabãt alteri imperatorem proterca quod in manu & potestate sua templum erat:alter ut diximus: omnia moliebat̃:ut legitia ornamẽta essent:Cæterq; Clemens ut tot malis & domesticis cladibus finem imponeret:mandat ut in Lateranensi templo solemnis coronatio fieret: neq; ideo existimaret quisq̃ de amplitudine Cæsarei nominis quicq̃ diminutum iri:quando illius iussu id fieret:quẽ penes nouitium hoc ius situm esset.Ita Calendis sextilibus petri uinculorum celebri die in æde Lateranorũ Henricus insignia imperii accepit: solemnemq; titulũ sortitus Romanorum imperator & semper augustus nuncupatur. Exegere ab eo iterũ iusiurandũ

Cardinales ut pontificum ius & poteſtatem tueretur & defenderet aduerſus eos qui Romanum Sacerdotium armis laceſſerent: neque ſacerdotum iuriſdictionem ullo tempore uiolari pateretur. Cæterũ in formula iuriſiurãdi altius multa repetuntur: quæ nunc referre ſuperſedeo: ut pote commenticia ne dicã fatua & ridicula. Illud autem miror cur Blõdus ambigat Villanum an ptholomeum ſequi debeat: qua uia Hẽricus romam profectus: quæ populi diſcordia: & quæ certamina fuerint. tum quid morę Henricus in urbe fecerit. Hęc omnia parum expedite narrat. exactam præterea interpoſito ſacramẽto fidẽ: imperatum in ciuili diſſenſione tributum: quę etiam uix uera exiſtimo. nam ſi diuiſus in contraria ſtudia armis Romanus decertabat: debuit potius liberalitate & munificentia pars diuerſa conciliari: q̃ odioſo ſeruitutis uinculo honera imponendo magis abalienari: repugnat & illud ad ludos & epulum eos cõueniſſe: qui Cæſari maxime infeſti fuiſſent: obſtitiſſentq; ne in Petri templa ſolemniter exciperetur. poſtremo ſuper ciuili cerramie: peregrinoq; p̃ſidio haud ſatis idem ſcriptor ſibi conſtat. Nos gentis noſtræ annales q̃uis circunciſos & admodum breues: tum etiam ciuitatum acta: & priuatas annotationes legimus: & eorum præcipue quorum intererat Henricum rerum potiri: quique illum romam ſequuti fuerant. hi ceu in ephenieridem quæcunque accidebant memoriæ prodiderunt. Cęterum Hẽricus titulo & corona accepta Tibur emigrat. Frumenta & commeatus deficiebant. Nam Raynerius Grinaldus roberti claſſis præfectus hoſtienſi littori obnauigans Piſanorũ naues frumento onuſtas interceperat: quanq̃ genuẽſium triremes predonẽ abſeruarent. Ergo difficultate uictus: ſimulq; ut ciuilia certamina remitterentur Roma Hẽricus ceſſit: quam rem etiam Cardinales in primis curabant. Cęterum ne Robertus fraudem & contumeliam inultam haberet: Federici filio quem generũ repudiauerat: filiam hac conditione deſpondet: ut in propinquo calabrorum littore loca ditionis Roberti depopularetur: & ne quid maritimę oræ tutum ab iniuria foret coniunctis Genuenſium & Piſanorum nauibus Appulos & campanos infeſtari mandat. iã miles lõgo itinere & pugna non cãpo & acie: Sed in regionibus urbis per diſſidentes ciues proditione: & dolis facta deſeſſus erat: neq; ſine periculo frumentatio aut pabulatio fiebat. uicinus erat Roberti exercitus: difficileſq; cõmeatus. Ad Hetrurię igit̃ amicas urbes regredi inſtituit. ita protinus p fines ſabinorũ umbrorũ: atq; Peruſinorum Aretiũ peruenit. Incredibili amore atq; honore aduentũ Henrici Aretini excepere: uici & caſtella ſecus ſupiorẽ: ut aiunt arnum a defenſoribus deſerta: Henrico protinus ſe dedunt. Conuenere ad eũ exules Hetruſcarũ ciuitatũ: & in primis Gibilini pridem: tum Albi: mox Florẽtia pulſi atq; fugati. horũ cõſilio & opera aduerſus Florẽtinos bellũ facere cœpit. ita uniuerſæ copię illuc Hẽrici & amicorum: tum etiã Guelphi nominis conueniunt. nouos conſcripſerat Floren-

tinus milites:quos uero Romam miserat:quique aditus & Saltus appennini obseruabant:eos ad se uocat:atque intra mœnia continet. Imperator interea ab ea parte:quę montes attingit:urbem aggreditur.muro nudata erat:fossa & uallo tantum communita.Ingens materia ad munitiones faciendas parata erat.Aduenerant insuper Lucensium Miniatensium:& Senensium auxiliares copię.Robertus etiam præsidiarios equites de Bononiensium & Ferrariensium finibus illuc acciuerat.quare & si magni interesse uidebatur ad Robertum & coniuratos debellādos:oppugnādo Florentia potiri: tñ reiecta oppugnatione satius existimauit obsidione & inopia Florentinum macerare: ut fame ad deditionem compelleretur.ita tribus ab urbe stadiis castra locare instituit.prætorium delegit ędem diui Salui:Mongilanos & Crescētinates nullo alio onere pergrauauit:nisi ut frumenta & commeatus in castra comportarent.Iam hiems ingraueſcebat.in arido & loco sterili populatio nulla: prę terea de hostili agro pręda agi non poterat:ita defectus iis omnibus Henricus quę alendo exercitui idonea erāt per nouembrem mensem castra mouet. octauoq; miliario a Florentia discedens: ad oppidum:cui donatiano nomen est.perucnit.Cæterum ne prędio deserta castella Florentinus reciperet:duobus exulibus cum germano equitatu Scarparia & Incisa custodiendę tradun tur.Opportunus uterq; uicus:siue ea defenderet:quę de Florētinis cæpissent: siue excursionibus uicina uastare uellent.duos fere menses eo in loco Imperator desedit:iam senientē amissa spes messis futurę nulla erat.Obsidebantur fere omnes aditus p quos frumēta cōportarent.mœnibus inclusos fame debellatum iri Henricus dictitans ad Bonitium accessit.arcemq; restituit:quā antea Carolus subuerterat:atq; sęuiente frigore ibidem hiemauit.uicinos populos imperia detrectantes populationibus uexans:atq; interim oppido erūpētes cædibus agitabat.Florentinus a fame timebat:remedia malo nulla prospiciens quominus ob inopiam uictus futura estate in dicionem Henrici cogeretur.Ita ad Robertū cōfugiētes eū rogāt & obsecrāt:amicis opē ferat:qui nisi p̄senti auxilio defensi fuerint barbaro homini & libidini inimicorū subiiciātur necesse erit.Cōmemorabāt:identidē quid cladis in se edituri ii essent:q domo & patria pulsi:fortunis quoq; spoliati in uindictā accensi essent.Robert⁹ bellū suscipe recusat:quippe qui irā magisq; arma Henrici timeret. Sed quid facerēt.ad portas infensus erat hostis.deserti agri.in ciuitatē rustici confluxerāt:fame laborabāt.tot circūuenti malis patriā Roberto dedūt.In cōuētionibus dūtaxat exceptū illud fuit:ne qua urgēte necessitate:ētsi multū detrimēti ciuitas passura esset:exules in patriā reducerētur.Recepta Florētia Robertus eo prędio contentus quod a Bononia & Ferraria acciuerat:fuit. Nanque Federicus ex Siculis in Calabros traiecerat:receptoque rhegio uicina depredabatur.Genuensis & Pisanorum classis in ancoris instructa stabat: illud

adnauigatura quo imperator iuſſiſſet.ita undique circunuentus Robertus re rum ſuarum ſatagebat.Interim Piſas Hẽricus petiit:Piſanos pręceteris ama bat:nobilis & diues ciuitas ingentem uim auri Henrico ex quo in Italiam de ſcenderat:ad omnes uſus impenderat:illuc Robertum quaſi cum eo lege ac turus uenire iubet.Suſpectum primo locum Robertus cauſatus eſt. Deinde adiecit imperatorii iuris:quę poſſideret regna non eſſe:ubi autem locus dicẽ dæ cauſæ idoneus daretur:eo ſe ad Henricum acceſſurum.Iam Lucenſis Mi niatenſis & cęteri piſis coutermini populi:amiſſis caſtellis :direptis uicis: & agro peruaſtato ſuper deditione conſultabant:quo ſucceſſu elatus Henricus Robertum proterea quod non paruiſſet:neque etiam nuncios qui cauſam di cerent:miſiſſet:romani imperii rebellem pronunciat:& proinde campano & Appulo regno priuat.Florentinos autem honoribus:& omni dignitate mul ctat quibus poteſtatem reddendi iuris ademit:ut Florentię neque iudicia red dere:ne ue notariis & ſcribis pro auctoritate imperatoria ſtipulationes face re:& tabulas in contractum rerum conſignare liceret.populi primores tũ pu blici negocii curatores ceu rebelles capitis condemnat:ut eos occidere etiam bona & fortunas diripere quiuis impune poſſet.Edixit præterea ne ex auro & argento monetam dehinc Florentinus feriret.Contra uero Opicino Spinulę & Theodoro Paleologo poteſtatem fecit monetæ ſub nota Florentini populi percutiendæ.Ita deinceps magna licentia adulterandi denarii facta eſt. Hac ignominia Florentinus irritatus plures milites ſcribere ſocioſq; omnes Guel phi nominis aduerſus communem hoſtem excitare.ita fere quicquid uiriũ põ tificia factio habuit ad hoc expoſuit:ut Henrico Hetruriam uaſtanti ſe oppo neret.Videbant multum de auctoritare & potentia cęſaris diminutum iri: ſi fruſtra Hetruſcos Guelphos armis tentaſſet.Interea Clemens pontifex pu blicis litteris quæ in pontificalia reſponſa relata ſunt:Robertum ab imperio & iure Henrici eximit:quaſi nihil poteſtatis in eum Cęſar haberet: cuius pa ter & auus iuſſu pontificum regna in Italia obtinuiſſent: perpetuaque bella aduerſus romani ſacerdotii hoſtes geſſiſſent.Piſas uero locum idoneum non eſſe in quo Robertus cauſam diceret.proterea quod eo imperator diuertiſſet: ut coniuratos debellaret.poſtremo tot profugos qui ad illum confugerant a ui non temperaturos.Quare excuſari Robertum debere:ſi in locum de perfi dia & ui ſuſpectiſſimum:atq; ad regem uoluntati inimicorum obſequentem non ueniſſet.ita pontificalibus edictis ſubleuatus eſt Robertus. Altero poſt anuo q trecenteſimus tertius decimus ab ortu dei ex uirgine fuit:magnã eſta tis ptem Piſis Cęſar exegit.Siciliẽſis iuterea & Liguſtica claſſis ut ab Hen rico cõſtitutũ fuerat:maritimas urbes quę roberti ditiõis erãt aggreſſa popu labaẽ.Federici terreſtres copię in ꝓpinqua littora tranſmiſſę Calabros preda bantur.Interea Henricus parum proſpera ualitudine Piſis conflictabatur .di

Florentini ignominia affecti

greſſus tamen inde Miniatenſes & Florentini agri inuadit:tum Senarum mœnia præteruectus ſecus montem:quem apertum uocant:caſtra locat:celebrem locum parta de florentinis aliquando uictoria fecit.Ingraueſcebat morbus:remedia egrotantem non iuuabant.Maceratenſes balneas ex medicorum iuſſu petiit.Cæterum ſalubres alioquin aquæ cum morbum nihil leuarent:rurſus monente medico locum mutat.quę res conclamatis etiam morbis remedio eſſe ſolet.Itaque bonum conuentum defertur.cuiccrat morbꝰ medentium auxilia.ita in flore magnarum rerum & ſpe certa potiundę florẽtiæ rapitur.Veneno obiiſſe:& fraudę florentinorum opinio fuit.miniſterio & opera cuiuſdam Bernardi prędicatorum inſtituta ſeruantis qui uenenum in myſtico pane dederit:quando florentino non bono ſed ſaluti plane foret:Henricum quouis modo tolli. Negat ſcriptor non admodum contemnendus nefarii facinoris Bernardum miniſtrum fuiſſe:quippe ſexagenarius: & Gibilini nominis ſtudioſus a Montiſſeltri dominis in familiarem Henrici amiciciam inſinuatus fuerat:non florentino tantũ populo:Sed cęteris in Hetruria Guelphis:& in primis Roberto regi inſperata ſiue magis precipitata Hẽrici mors ſalutem attulit.Periclitabatur de ſumma rerum Robertus ancipiti hoſte terra & mari oppreſſus:neque niſi ſublato Hẽrico liberari poterat. Cęſaris morte uniuerſus exercitus dilabitur.Piſana & Genuenſis claſſis domum extemplo rediit.Federici copiæ relictis Calabris in Siciliam reuertuntur Henrici cadauer piſas defertur:atque in ęde maioris mariæ ſepelitur. Luctum id ſimul germanis:qui in Italiam uenerant: ſimul Gibilinis pauorem ingentem fecit. nanque eius factionis uires & opes non aliter corruere uiſæ ſunt:q̃ noſtra corpora deficere & perire capite lętaliter icto uidemus.Verum ut magnus imperator dixit nulla in re minus euentus reſpondet:q̃ in bello :quippe propinqui terrores in irritum plerunque cadunt:ut qui ſuperiorem ſe putat: iamque uictoriam preſumit:is maximis detrimentis obruatur. Ita uictor ex inſperato Guelphus in Hetruria & Longobardis multiplices clades accepit:iique cãus mortem Henrici ſequuti ſunt.ut neſcias melius ne cum Guelpho agi potuerit Henricum uixiſſe.

LIBER NONVS.

Henrici factionem cis Appenninum Baucius infeſtat.Mattheus Papiam & Alexandriam recipit ad montem catinum Guelphus occidione debellat.

VM intempestiuam Henrici mortem Gibilinus syderi & i uidiæ fato⁹ imputaret: Guelphus uero ne in beneficio fortu tunæ sibi deforet: ad opprimendã cõtrariam factionem no uos milites ꝺscriberet: nouasq; societates iniret: Pisani ita cõ paratis uiribus inimicorum: memores quod iam inde Henri co ab alpibus descendenti multum auri ad subuertendã Flo rentinorũ & Roberti potentiã cõtulissent: & ꝓinde uereti ne omniũ in se ar ma cõuerterẽtur: Vgotionẽ Fassiolũ bellici negotii prudentem & prœlio stre nuum hoiem: quẽ discedens e Liguribus Henricus Genuę ꝓfecerat: ad se euo cant: pecuniasq; ad cõducẽdos milites affatim ꝓbent. Erat Vgutio Guelphi nominis hostis accerrimus. Applicant᷑ ei germani eqtes: q Henricũ romã pe tentẽ secuti fuerãt: qua multitudine succinctus finitimos iuadit: atq; ab ira & odio grauia dãna atq; detrimẽta iis intulit q Hẽrico restiterãt. Iã formidolo sus oĩbus erat. Quare Gibilini ĩ Hetruria cũ ducẽ & defensorẽ sibi cõstituũt. In annalibus Ligurũ cõperio: ęgre pisanis ugutionẽ cõcessum. Resurgebant Genuæ ciuiles motus: & Proinde tetra certamina timebant᷑: quę facile illo ꝓ sente cõprimi & sedari potuissent. Cæter⁹ Vgutio ꝓpetuis incursiõibus Lucẽ ses primũ euastat. ꝓdire in campũ. castra ponete: aut aciẽ instruere nolebat. ĩ tra mœnia se cõtinẽs quotiẽs cõmodũ uidebat᷑ cũ prędatoria manu ĩcursans uicos & ædificia in agris diripiebat. ita cũ ingẽti ꝓda domũ redibat: nõ teme re alias aut ab domestico: aut externo hoste maior clade Lucẽsis affect⁹ fuit. Robertus in ꝓpulsandis sociorũ iniuriis negligentius se gerebat: subsidia aut nulla: aut rara in Hetruriã ueniebãt. ita Lucẽsis auxilio destitutus his legibus quas Vgutio dixit pacẽ cũ eo composuit. Reducunt᷑ in patriam Gibilini: & mox alborũ factio Luca fugati loci potitus Vgutio iustũ exercitũ cõparat: ꝓtinusq; ea loca infestare acerbius cœpit quę ditionis florentinæ erãt: aduer sariis insultans quod spe regii ꝓsidii frustrati iniuriis & dãnis expositi essent: quosq; Robertus magis eluderet: q̃ defenderet: atq; uictor cũ nullus ei obuiã iret incursando atq; depredãdo: oĩbus ingẽtia dãna edebat: q Roberto se ad dixerãt. Interea tumultus Lucę obortus Vgutionẽ a detrimẽtis Florẽtinorũ auertit. reducti exules agros & res mouẽtes ab aduersariis ereptas repetebãt. Cæterũ q ea paulo diutius possederãt: supbe & cõtumeliose sua uindicare uo lenti repugnabãt. ita iurgiis primũ & cõuiciis mox armis certabat᷑. Aduentã te Vgutione Gibilini insurgentes aduersariorum domos diripiunt. primores Guelphi ꝓtim delitescere: alii patria emigrãt. urbẽ igressus Vgutio uultus au steritate: & uocis acrimonia suos a certamie & rapina deterruit: & ceu ęquus oĩbus uenisset neminẽ suspicioslus ĩtueri. Guelphi tñ Gibilino duci & factõis irę plurimũ obsequẽti nõ satis fidebãt: ita populariter in fugã uersi patriã reli quũt. Gibilinus fugiẽte emulo sua primũ obtinet: tũ domos custode uacuas

Vgucio Fa- siolus

Alborum fa ctio

Luca a Pisanis capitur,

inuadit Pisanoꝝ milites:& germani eqtes oia promiscue siue Guelphorum:siue Gibilinorum forent:diripiunt.prꝙda erat opima.ita predabūdi per omnes urbis uicos discurrunt:quorum licentiam neqꝫ toruo uultu:nec minis Fassiolus cohibere ualuit.neuter expers detrimenti fuit.Demum parte altera eiecta ius & arbitriū Pisanoꝝ Luca deuēit.Guelphi fugati ꝓpīquos uicos & castella:quꝙ nundum Fassiolus cœperat:petunt .his Florentinus præsidia etiam ultra uires summisit.Tarlati arctina familia Vgutioni studebant:illius fauore & auxilio in patriam reducti erant:& ad illius prꝙscriptum omnia gerere.Sic aretium iuris & dicionis Fassioli factum est.Cæterū Robertus Rex ne socios deseruisse existimaretur:quos Vgutio iniuriis & damnis lacessere:non desistebat:sollicitatus item Florentinorum precibus Petrum fratrem Tarenti principem:& Carolum filium in Hetruscos cum mille equitibus mittit .Stipendia plurimam factio Guelpha suppeditabat.Petrus adolescens erat:cui cōgredi acie cum hoste non satis tutum uidebatur.Attenuatæ erant Florentinorū & cęterorum opes:attritæ domesticis malis uires.ita condictione & magnis pollicitationibus satius uisum est:q̄ armis hostem insultantem reprimere: & a detrimentis suorum auertere.Guido petramala Aretii episcopus q̄is Gibilinus foret. Tarlatos tamen eiusdem factionis ęgre ferebat:principem locum in urbe habere.Hos Vgotionis amicicia & fauore subnixos nisi pace & societate cum florentinis inita principatu deiicere difficile erat.Regnandi hominē cupidum Petrus temptat:cui regnum inter populares & liberam administrā di Aretii potestatem promittit:ea duntaxat loca Roberti ditionis esse postulauit:quæ Henricus de Florentinis & sociis cœpisset:ita Aretini mutato statu ciuitatis ab Vgutione alienantur.Tunc Vgutio ne alii ab se deficerent maioribus detrimentis atque iniuriis inimicos lacessere cœpit:agroque late populato usque sub mœnia florentiæ progressus prꝙda onustum exercitum agebat.Pistorienses & Miniatenses proterea quod Luca profugos excepissent: quanta potuit clade affecit.altero post Henrici obitum anno Clemens pontifex principes christianorum Sacerdotum ad Viennam Alobrogum in concilium uocat:ibi cum alia multa ad maiestatem & iura pontificum pertinentia tractata fuissent:tum illud in primis decretum fuit ad augendam romani pontificis potestatem ut designati in Germania Cæsares quanuis romani regis appellationem sortirentur:tamen a summo sacerdote imperii iura & nomen acciperent Super quo & si antecessores multa decreuissent: ut rata deinceps forent: ea omnia renouando confirmauit.De regno etiam Siciliæ actū est: ut pontifici obnoxium foret. illud autem nouum statuit quod antea iussu pontificum factum non fuit: ut mortuo imperatore per omne interregni tempus italicarum urbium quæ Cæsari stipendiariæ sunt: arbitrium & potestas penes romanum pontificem foret. edictis suscripsere patres.ita

res Italiæ quatenus ſub ditione imperatoris eſſent: Roberto procurandæ tra duntur. quæ res in Lõgobardis & Hetruſcis graues motus & pernicioſa cer tamina excitauit: quippe Robertus ꝑterq̃ quod omnibus inimicus & iſeſtus eſſet: qui Henrico in Italia adheſerant eos pontificia auctoritate: & ui arma tus palam ceu pontifici inuiſos: & rebelles acerbius uexare cœpit. Renouata ſunt odia: ciuiliaq; ſuſcitata bella: quę conſenuiſſe uidebantur. Nã Robertus ad odia: ciuileſq; motus urbes: alios ad inferendas iniurias: hos ad ſeditiones nouandaſq; res uindictæ cauſa cõcitabat. ita domeſtico furori: atq; malo nul lus modus eſſe: edita fuere in eo concilio pontificalia recentiora decreta quæ de auctoris noie Clementina appellantur. Idẽ ẽt pontifex edicto tẽplarios ſu ſtulit: totũq; bõa & fortũas ꝑtim Philippo Regii ꝑtim hoſpitalariis diui Ioã nis conceſſit. ex quibus ingens uis auri in pontificiũ fiſcũ redacta fuit. opulen ta erat illa fraternitas: inuidioſæq; opes: & proinde Ventura tradit ob iram: & cupiditatem plus habendi ab rege eos proditionis inſimulatos: quod in exci dium chriſtianæ rei cum ſaracenis coniuraſſent. Agitatum item in eodẽ con cilio de tranſmarina expeditiõe: moxq; i Lugdunẽſi Gallia apud Pariſios pu blici duo conuentus facti. Interfuere reges Philippus Francorum cũ duobus filiis: quorum Ludouicus Nauariæ regnum in Hiſpanis poſſidebat. Carolus iunior ualeſii comes erat. Eduardus Britãnis imperabat. uterq; ultro in arma aduerſus impios barbaros iureiurando ſe deuouit. tum ceu uotis damnati ru bra cruce inſigniti per populos incedebant. Verum nobiliſſimæ expeditiõis conſilia & apparatus morte pontificis: quæ breui ſubſequuta eſt in irritum ce cidere. & haud ita multo poſt Philippus francorum Rex moritur. patri Ludo uicus in regnum ſucceſſit. Cęterum in Lõgobardis audita Henrici morte ad obruẽdas Vicecomitis opes Guelphus erigitur. In Placentinis incerti motus primum fuere. Albertus Scotus modo hos: modo illos iuuabat. utriſq; infidus & importunus: ægre is ferebat Galeacium quẽ Henricus Placẽtię pręfecerat ex procuratore dominiũ uſurpare. & proinde abeuntẽ in Ligures Henricum patria decedens illum papiã uſq; ſub officii ſpecie proſequutus fuerat: ratus itaq; morte illius Galeaciũ urbe & procuratione exturbari poſſe. In patrios fi nes reuerſus adiuncto exulum præſidio: oppida quę auorum fuerant adiit: tũ hoſtilirer aduerſariorum uicos & agros inuadit: prædamq; ingentẽ Arquate egit. opportunus uidebatur locus faciendis populationibus ſiue ſuſtinere uel fruſtrari irruentem hoſtem uoluiſſet. ita oppido uallum & foſſam circũiacit: illudq; ualido pręſidio & omni telorum genere munit. tum excurſionibus & populatione cuncta uſq; ſub mœnia urbis euaſtat. Prætor Placentinis Petrus delmeſa Veronenſis genere datus erat. hic trepida ciuitate metu domeſtici hoſtis Albertũ Scotum hoſtem patriq; adiudicari fecit: cui etiam ceu perduel lionis dies dicta fuit. nihilo deterritus Albertus agros & uillas diruere & in-

Templarii ſublati

cẽdere:ut cęperat ferro & ígni omnia uaſtare.Summouetur ínterea magíſtra tu Petrus.íta ſolus Galeacius cuſtodiam & defenſionẽ urbis habuít:qui Scot to obuíam profectus.expecta ínquit populationẽ ín agrís tuís.ín oppído ue ro obſidionem.excídium quoq; gentís:níſi q̃ primũ per uím occupata loca re ſtituas:ab excurſionibus deſiſtas.poſtremo ſi quos íniuríís laceſſís:relínquas. Conterrítus hac denunciatione Albertus: ímparem enim ſe Galeacío cer nebat: ab ínferendís íniuríís tantíſper ſuperſedít: dum Mattheo quid filíus ín ſe moliretur ſignificaret.Veteris erat amicíciæ memor:recentís uero offen ſæ oblítus.Mattheus acceptam íniuríam diſſímulare:opes nuper recuperatas fírmare ſtudebat:Albertum tamen per litteras monet:ut ín munítum alíquẽ locũ ſecedat:ubí a uí & íniuría tutus ſit:donec cíuíbus reconcílietur.Interím fílium ínexpíabílis odíí & perfidíæ Scotí ín ſe admonet.Prodíderat: ut ſupra memoraui Albertus opes quas fiduciarías Mattheus íllí dederat: ꝓínde om nía temptaret & faceret:ut acerbus & perpetuus hoſtis patría & ſiníbus pel leretur.hac admonítione Galeacíus íratum ſe patrí ſímulat:proterea quod Al bertum defendere uelít:mílites tamen parat: & ínſtruít: & machínas ſecum ferẽs propíus Arquate progredítur.Occurſat íllí Albertus:manus conſerũt. ín pugna ualídíor erat Geleacíus.Ita Albertus retro cedens íntra aggerẽ & foſſam pręſídia reduxít:refugientes ínſequutus Galeacíus íntra munítiones írrupít:atq; ab aggere ſagíttís & míſſílíbus telís cos uulnerat: quí pro muro ſtabant:hęrentem mœnibus Galeacíum:uícínaq; populantem ín colloquiũ Scotus uocat.hunc prímum benígne ſalutat:tum uero quantopere patrẽ co luerít:quæue beneficía ín gentem Vícecomítum cõtulerít cõmemorat.Ita nõ parum mírarí quod contra patrís uoluntatem ſe armís aggrediatur: & oppu gnet.tum grauíus íncrepare quaſi grande nefas ſit pro beneficío malum red dere.Adhæc Galeacíus íta ſe Placentínis præfectum eſſe:ut cíues concordes: & a domeſtíco hoſte ſeruaret.exules pręterea ſe ita demum ín cíuítatem rece pturum ſi cum popularíbus ín gratíam redíerínt.reſpectu tamen ueteris cum patre amícícię a populatione ſe temperaturũ:quod ſi Arquate dediderít:faci le & ſibí & popularíbus reconcíliarí poſſe:ſin uero íd facere nolít:perſtetq; ín ea ſententía ut cum præſídío íllud tenere uelít:iureiurãdo adiecto nunq̃ ſe ab obſídíone díſceſſurum promíſit.Inſtanti perículo & mínací denunciatione conterrítus Albertus alías condíctíões offerre cœpít:ut a líbídíne potíundí loci Galeacíum flagrantem leníret. Verum ubí fruſtra multa temptata ſunt íta deditionem paciſcítur:ut ſibí ín patríam accedere: tum explorata popula rium uoluntate tuto abeundí poteſtas foret.poſtulatís Galeacíus annuít: q̃q̃ cognoſcebat ex præſenti perículo magís q̃ bona fide íllum ad condítíones ue nire.Poſt conuentíones ínítas Albertus ín patríam profectus eſt.Locí Galea cíus potítur omnium rerum munítíſſímí. Cęterum ingreſſo patríam Scoto

cõtinuo motus in urbe oboriuntur. Timebat aduerſa factio ingeniũ & opes Scoti. ita quotidie ſuſpictioſius utriq; aut conſilia aut arma aduerſus alterum tractabãt. in tumultu omnia eſſe: & interim cædes fieri. iamq; propius ſeditio nẽ uentum erat. Tunc Galeacius quieti ciuium proſpiciens principes factionũ patria ſummouere cõſtituit Albertum Scotum & Vbertinum Landũ: ita utrunq; cum primoribus urbis quattuordecim Mediolanum relegat: Albertus cum duobus liberis Mattheum adiit: Exiſtimabat illius iuſſu & opera pace cũ aduerſariis compoſita domum redire poſſe. ita a Mattheo ſæpius petere: ut reditum ſibi in patriam faceret. Contra Landus & populares Mattheũ rogare: ne redire Scotum in patriam ſineret: q̃uis ſe uicturum domi æquo iure is promitteret: & a ui & a ſeditione temperaturum diceret: neq; unq̃ a ciuili certamine recepto in urbem Scoto ciues quieturos. ita deſperata concordia cum emulis Scotus Matthei fraudem: & ſimulatam filii in patrẽ irã agnouit. Iam ſex menſes Mediolani deſederat: grauis illi & moleſta mora erat qppe egens & profugus unde uitã duceret uix habebat. Interim contentioſius a Mattheo abeundi ueniam ſibi dari poſcebat. Excandeſcentẽ blandioribus uerbis Mattheus ludificare: nihil iniuriarũ in mora fieri: quid nõ ita a filio pacem pepigiſſe ut finitis diſcordiis domũ rediret. adhuc in motu atq; tumultu ciues eſſe: neq; filium quæ pater imperaret facturum niſi urbem paccaſſet: ad inopiam uictus leuandam pecunias oſtentat: faciendoq; ſumptui neceſſaria promittit. Enimuero ira magis flagrare Scotus leniri nullis pollicitationibus poterat. Vana ſpe reditus hominem Mattheus nõ tam paſcebat: q̃ illudebat: cui uelut per conſolandi ſpeciẽ illud identidẽ obiiciebat: ſe regno olim & fortunis omnibus pulſum: miſeriiſq; coopertum octo amplius annos a cõſpectu hominum ſemotum miſerandam uitam degiſſe. ecquid illi tautopere graue: ſi ſex menſes in opulentiſſima urbe uictitet? Sibi uerba dari Scotus tandem intellexit: atq; Matthæum ueteris iniurię haud immemorẽ ſe pulchre ulciſci. illum tamen ſupplex & lachrimis orare: & obſecrare non deſinebat: ut ſui miſereſceret: opibuſq; inſuper ſpoliato contumeliam fieri: quod Ladus in patriã remiſſus foret. Tunc Mattheus ueniam diſcedendi facit. Scotus clam Mediolano digrediens conuocatis amicis & iis quos partis ſuę ſtudioſos agnoſcebat: Placẽtiam uerſus ire pergit. Galeacius interceſſit quominus in urbem introiret. tunc is palam ſe circunuẽtum uociferari & conqueri quod de ciue primario extorris & egens factus foret. Quidam ſcribunt ab amicis illum exceptum: & rurſus illorũ auxilio Arquate recepiſſe. alii Cremam exulatũ abiiſſe. qui ueriora tradant paulo poſt dicã. Inter hæc Philipponus Languſcus ægre ferens ſcotum circunuentũ: Vicecomitemq; Placentię potiri copias cõtinuo contrahit. Acceſſere ad eũ Simonimus & Paganus Turriani: præterea ii quibus Mattheĩ opes inuiſę erant, nanq; exilio Scoti haud parum attritę Guel-

phorum opes existimabantur. Quare cum haud exiguę copiæ essent ad Placentiam uersus pergunt. Sperabant in urbem receptū. complures. n. ex iis q Scoto studebant: domi remanserant. hos ad defectionem a Vicecomite solli citabant. Per eos forte dies comes Placē tiæ præsidium habebat. hic Galeacium hortatur ut aduentāti hosti occurrat: ne si mœnibus appropinquaret: iis qui suspecti proditionis erāt nouandis re bus animos faceret. ita instructa acie portis erūpentes aduersariis obuiā eunt & haud ita multo post prœlium cōmittitur. prestabat Galeacius. ibi Philip ponus dū refugiētes suos continere conatur: circunuentus ab hoste est. agmē alterū ducebat cognatus Ilius de ea familia quę de. S. nazario cognomē hēt. hic ubi undiq; telis peti Languscum uidit: haud cunctatus in confertissimos hostes incurrit. pugna aliquantisper restituta est. perrumpere tamen ad eos non potuit: qui Languscum circunsteterant. Tandem superante Galeacio & comite acies inimicorum prosternitur. Cæsi permulti sunt. Languscus cū co gnato uiui capiuntur. Vtrunq; Galeacius ad patrem misit: quos Mediolani in uinculis diutius habitos quidā scribunt. De captiuitate itidē Languscī ma gis in tempore q̄ in negotio uariare scriptores inuenio. Interea procerū pari-

Cęsares duo

bus suffragiis in Germania summa rerū duobus defertur Ludouico & Fe derico. Hic Austrię: illę Bauarię dux erat. Ludouicus in urbe quę Franchifort appellatur. alter in Agripinensi colonia per episcopos prima imperii insignia suscepit: & cum per cōmunes amicos componi res non posset: nisi enim unus imperia rerum capessere poterat: & uterq; alteri de re maxima cedere pro in dignissimo ducebat: acie & armis decidere causam placuit. Ita comparatis co piis in certamen progressi: manus conserunt. Federicus succubuit: atq; in libe ra custodia seruatur. profligato hostili exercitu captiuoq; emulo Ludouicus quasi rerū iuste potiretur. extēplo sine permissu pontificis: Imperatorē se nun cupari uoluit: moxq; in Italiam ad legitimos imperii titulos descendere consti tuit. Victori aditus patebant. Itali qui cæsaribus obnoxii & amici erant im perata facturi libenter uidebātur. Cæterum Robertus pro ea potestate: quā nuper a clemente acceperat iuuante etiā factione Guelpha eos admodū solli citare non cessabat: qui Cæsarum partes sectabantur. nouos item milites ad uersus Ludouicum comparare. Quod ubi Ludouicus rescinit: eam factionem in Italiam sibi conciliare & fouere in primis uoluit: quæ anteccessoribus obse quens fuerat. Ita Mattheum Vicecomitē beneficiis primū prosequutus est. nā posteaq̄ ui & armis Romani regis appellationē sortitus est. Galeacio procu rationē perpetuam Placentię Cremonæ & Cremæ tradidit. quo facto patrē & filios sibi mirum in modū deiunxit. Cæterum urbes ex quibus Roberti fa ctio præstabat: eiectis iis: qui diuersarum partium habebātur aduersus Vice comitem conspirant. princeps coniurationis Franciscus Turrianus erat. Ve-

nerat hic Papiam:iam inde ubi deceſſiſſe Henricum nouit poſt captiuitatem Lãguſci.eo item uenere Thomas Neapolitanus Schiraci comes et Baucius. contracta ſunt equitum circiter duomilia peditum uero decem milia. Nanq; uoluntarii complures acceſſerunt ex his populis qui in fide & amicicia cum Roberto perſeuerabant.hi continuo Ticinũ traiiciunt.Abiate primũ aggrediuntur.Suſtinuere impetũ milites qui in præſidio oppidi erant:donec a Mediolano auxilia ſuperuenere.Acceſſit & Theodorus Montiſſerrati marchio. pugna confeſtim commiſſa eſt.Mediolanenſis uincitur.Theodorus ubi inclinatam aciem uidit:fuga ſibi conſuluit. Salabruga comes qui ſtipendia Vice comitũ merebat equo deiectus cũ filio capitur. Mediolanẽſes quoq; aliquot capti Papiam perducũtur.hac uictoria ceu debellatũ foret: Franciſchinus cũ haud parua manu predabundus Lignanum uſq; procurrit.Obuius fit illi Vicecomes:finibuſq; ſummouit. Schiracius comes die inſequenti fugientes perſecutus uicos diripit:dulcedine prædę illecti milites longius progreſſi cũ uias & aditus ignorarent:facile ab indigenis opprimuntur.mille & amplius capti fuere.Cæteri pallantes:quanuis nemo perſequeretur:Papiam uſq; diffugere. Turpis erat fuga.ita papienſis hos uulnerat:alios occidit:& ſpoliat.Thomas ipſe amiſſa ſuorum magna parte Haſtam triſtis profugit:nouoq; comparato milite uicina oppida:in quę extorres recepti:patriam ſubinde iniuriis laceſſebant p uim cœpit:exules partim in uinculis tenuit.alios ſuſpendit. Per eos forte dies Vgo Delphinus alpes tranſgreſſus trecentos ſecum equites habebat:quos Haſtenſium pecuniis cõduxerat.Papiam is uenit.Acceſſit & Vgo Baucius.iam ad duo milia equitum conuenerant. Caſtonus item ſacerdotio & patria eiectus his additur.Mediolanũ uerſus ire pergũt.Opponitur in uia Galeacius.non auſi fines Mediolani inuadere:ad placentiam uerſus eunt: atq; propius ſuburbana perueniũt.Omnia pręſidio firmata offendunt. ita multis fruſtra tentatis Papiam redeunt.inde Delphinus & Baucius Derthonam proficiſcuntur.Ea ciuitas ſub imperio Roberti tunc erat.excitatur tumultus: Bauciumq; coniurati circunſiſtũt.Sed is ſiue præſidio defenſus:ſiue quod aditus ad fugam paratę diligenter obſeruarẽtur:periculo elapſus eſt.Regiũ procuratorem hoc facto infenſiſſimũ timens Derthonenſis palam a Roberto defecit.Inuenio apud alium ſcriptorẽ Galeacium properato itinere & pene ueſtigiis fugientium inſtantem cum exercitu Derthonam ueniſſe: atq; pro mœnibus explicata acie gallicum ducem in certamen prouocaſſe.Cæterum barbarus religionem diei obiecit:quem inauſpicatum ob cædem Ioannis baptiſtę uulgus cauet. ita a pugna ſuperſedit. Tergiuerſantem Galeacius ne fruſtra tempus tereret: reliquit. Quod ſi Galeacius haud cunctatus in perſequendo hoſte fuit: crediderim poſt illius diſceſſum Derthonenſes aduerſus Baucium coniuraſſe.Per ea tempora gẽs Riuola in aduerſa factiõe princep- Riuola gẽs

Borgomo exulabat.hi collecta manu amicorũ:coniunctis etiã iis qui domo pulsi fuerant:patriam ingressi in Luchinum:qui urbem obtinebat impetũ faciunt.Sed is repentina rebellione & coniuratorũ impetu parũ perterrefactus cũ præsidio haud tenui illis obuiam it.manus intra mœnia conserunt. pugnaq; acris editur.Tandem Guelphi funduntur.plurimi cæsi:alii urbe cædentes fuga sibi consuluere.ita rursus in ditionem Vicecomitis Borgomũ redigitur. In quibusdam annalibus inuenio pro Luchino Ludouicũ Matthei patruelẽ quem Henricus Borgomensibus præfecerat:a Guelpho circunuentũ :uictoremq; profligatis aduersariis:urbem recepisse.Interea Galeacius iuuante Gibilino Derthona potitur.ægre id Baucius ferre congregatisq; sociorũ auxiliaribus copiis:eos populos qui nuper ad Vicecomitẽ trãsiuerant: grauibus detrimentis per excursiones afficit.Intolerabilis erat populatio :quippe peregrinus eques predæ appetens nunc hos nunc illos adoriebatur. Gentilis miles ulciscendæ iniuriæ occasionem nactus:ut erat locorũ peritus:dissipatos populares qui se remotis in locis abdiderant consectatus aut cecidit:aut cœpit .Interim predatoria nauigia ripis oberrantia padi accolas quietos esse non sinebant:cędibus & incendiis cuncta fedata erãt.Cultores fluuio proprinqua castella deseruerant:& cum nullus predatoribus se opponeret:coniuncta exulũ multitudine in mediolanensem agrũ interim predabundi irrupere.Ergo Matheus ne hostis nauigare libere posset:illũq; a populatione cohiberet simulq; ad sua tuẽda auerteret:postremo ne Ligures auxiliarii cõmeare tuto possent: munimenta fluuio imponere instituit:atq; qua padus & Iria confluunt:arcẽ exedificat.ut uero Gibilini promptiores & intẽtiores ad faciũdũ opus essent: simul etiam siquando hostis ingrueret:alacrius defenderent : de factionis nomine Gibilinum castrum appellat:illud hiemantibus aquis fluuius exundãs subuertit.quod Mattheus comparata materia reficere continuo cœpit.Incesserat grauior cura Baucium ne arce in sociorum uisceribus excitata ab fide & imperio regis quidã abalienarentur.Multũ enim de Roberti auctoritate diminutum iri uidebat.præterea intercluſi erant commeatus: qui opportunitate fluuii tuto pro usu belli comportabantur.itaq; Alexandrinorũ:Hastensiũ: Papiensium:& Vercellensiũ auxilia accersit:fluuiatiles naues euocat:classemq; instruit.tum copias partitus equites:& partem peditatus terra præmittit: fluuio reliqui subuecti. Vtrinq; arcem aggrediuntur. Opifices & operum ministri:tum etiam milites qui excubabant primo impetu intra munitiones se recipiunt.Baucius suos ut murum conscenderẽt hortando & minis urgebat. contra qui operi:& custodiæ designati erant ascendentes deiicere. ita utrinq; fatigati oppugnando & defendendo diem absumpsere.Marcus Vicecomes Derthonæ præsidium ualidum habebat.Hic audito quod arcem nundũ perfectam Baucius oppugnaret:& nisi confestim succurrisset in euidenti pericu

lo ſuos eſſe: quas potuit copias coegit. Superuenit pater cum Guarnerio quem non ſocium: ſed præfectum expeditionis eſſe uoluit: ut uidelicet ex opinione Cæſarum bella gerere exiſtimaretur: caſtra haud longe ab hoſte locant: puguãq; ſtatim ineũt. Baucius circũuẽtus erat. nã a tergo qui obſidebãtur ex aduerſum Mattheus p̃mebat: atq; iterim acie dimicabat. erũpẽtes obſeſſi: maioreq; nixu i aduerſarios rucr̃. Suſtinẽr ipetũ uix Bauci9 poterat. Erat cũ eo Vgo Delphinus & Turriani. ptinacius utriq; q̃ppe de ſumma rerum pericliantes: ęquo Marte aliquot horas pugnauere. Vetus odium & recens amiſſarum opum ira Baucium & Turrianum ſtimulabat. Vicecomes ut nuper receptum regnum tueretur: atque defenderet in omne periculum incurrere: non temere alias maior cædes facta: aut grauius res Guelpha afflicta fuit. Cecidit Zonfredus pagani epiſcopi: Odoardus Muſcę frarer capitur. Captiui item fuere circiter octoginta uiri haud ignobiles ſuis parentumque geſtis percelebres. Eodem anno a Vicecomite bis acie Guelphus debellatus eſt. Per idem tempus Ferrarienſis ęgre ferens nobilis adoleſcentis cædem inultam manere tumultu populari priſtinos dominos ad ſe euocat. coniurati regionem ſublicio ponti contiguam adoriuntur. Eam Degus prę fectus pręſidio firmauerat. Tunc erumpentes de munitionibus Gotolani oppidanos reiiciunt. Iam Eſtenſis ſubſidio coniuratis uenerat: in peregrinos milites inuehitur: qui longius a munitionibus progreſſi inſtantem hoſtem cum ſuſtinere non poſſent: ut a cæde ſe eriperent in nauiculas ripis herentes ſine reſpectu ſalutis ſe deiiciunt. pręgrauãte pondere multi obruuntur. Degus enecta magna ſuorum parte pręſidium omne deduxit: atque ad Bononienſes profectus eſt. ita Eſtenſis auorum regnum recepit. Poſt regis & ſociorum copias ad Iriam profligatas Mattheus Papiam aggreſſus eſt. profugerant eo ii fere omnes qui a clade apud Gibilinum caſtrum accepta fuga ſeruati fuerant: & proinde latrociniis finitimos quietos eſſe non ſinebant. furtim diluculo poſtridie idus Nouembres Ludouicus Vicecomes & Stephanus cum Mediolanenſi pręſidio urbem inuadunt. Occurrit Ricardinus Languſcus cum ea multitudine popularium: quę ad illud in trepidatione concurrerat. Committitur intra mœnia pręlium acriter depugnatum eſt. Languſcum captiuitas patris: & quod opibus ſe ſpoliare cernebat: ſi patria pulſus fuiſſet incendebat. Dum fortiter impetum ſuſtinet occiditur. occubuere cum illo quindecim illuſtres uiri: quibus cæſis cæteri perterriti diffugere. Duo Guidonis filii Amoratus & Guidetus capiuntur. Intra Languſcum: & quos ſupra diximus: clades ſtetit: neque quicq̃ detrimenti oppidani præter cædem & captiuitatem ſupradictorum accepere. potitus loci Mattheus deditionẽ legitimã: & quæ ſolemnis fieri ſolet poſtulauit: ut ſcilicet perpetuo Vicecomiti Papienſis ceu iure belli ſubiectus & obnoxius foret. tributa etiam

Eſtenſis ferrariã recipit

Statua equestris papiæ

imposuit. Erant in uinculis amici quidam Matthei. Hi omnes soluti & liberati confestim fuere. Scribunt (quidam: quod minime credo) illam equestrem statuam quam uulgus historię & ueritatis expers dicatam soli nominat: tunc a Mediolanensi dum urbem uictor licētius peruadit humi deiectam: atque cō fractam fuisse: & subinde fragmenta arrepta in uarios usus conflata. Hi uelim dicant quo pacto restituta ea fuerit. Centum & septuaginta aguntur anni ex quo hæc gesta fuere. Euanuerat iam pridem sculpendi & fingendi ars: cessarantque opifices: quod si quid affabre factum: & id genus spectabile signum habemus: id antiqui est operis: & a priscis artificibus elaboratum. Per uetus est imago quam ex comparatione numismatum in qbus Antonini pii imagunculæ. leguntur eius Cęsaris esse deprehendimus: idem est oris habitus: figura & liniamenta eadem militare quoque paludamentum. Inuenio in quibusdam annalibus Odoarchi Gotorum regis esse effigiem: quam ex Rauenna reges Longobardorum ceu spolia deuictæ gentis Papiam transportarunt. Quare non ab narratione rerum multum aberit: ut si auctores non habeam quorum scriptis assentiar famam siue magis fabulam: quę inueterata per populos celebratur si non falsam coarguere: tamen unde natam putem: ne in totum commenticia res uideatur exponere. Ferunt duas uctores urbes Papiam & Rauennates de potentatu aliquando inter se certasse: & Papienses pado deuectos Rauennam aggressos esse: Contra uero Rauennates terrestribus copiis Papiam peruenisse. ita expugnata utraque urbe uictor in monumentum scilicet uictoriæ aliquid asportauit. Valuę templi cancellatim auro subęrato confectæ Rauennam delatæ: alter regis equestrem statuam Papiam tulit: & in media urbe collocauit: narratio profecto magis fatua: quam commenticia fabula. de potentatu duos populos decertasse nusquam legimus. at Gotorum reges utrobique regiam sedem habuisse memorię prodítum est. quibus debellatis & ab Italia pulsis Rauennę exarcatus constitutus fuit. Erat exarchus: ut supra demonstrauimus: supremus magistratus: quem Constantinopolitani Cæsares Italiæ ita dabant: ut illi sine prouocatione populi parerent. Ab Athenienſibus huius prefecturę nomen quantum colligere possim profectum est. Scribit Pollux quo tempore ea ciuitas rerum potiebatur: summam omnem publici negocii penes exarchum stetisse. Obibat in Italia exarchus ea omnia: quæ regiæ uicis erant: per quę tempora de imperio Longobardorum reges & exarchi dimicauere. & forsan uictor Longobardus equestrem statuam in eam urbem ubi domicilium Reges habebant: transportari uoluit. Hæc autem ideo hac in parte commemoro non ut credi postulem quando nullus idoneus scriptor ea tradat: sed ut siue fabulæ. siue magis impudentis mendacii origo unde effluxerit aperiam: Cęterum Philippo

Exarchus

Maria Vicecomite Mediolani tertio duce annos abhinc duo & quinquagin ta:clauſtra illa portarum inaurata Nicolaus Picininus reportauit:quę templo affixa adhuc uiſuntur. Cęterum Mattheus urbi deuictæ pretorem filium Lu chinum impoſuit.Hic ad reprimendos eorum animos & Spiritus:qui nouã dis rebus inhiabant: arcem ędificat:prędidioque munit.Quidam a Vicecomite Manfredinum Bechariam:& Curtios:tum cæteros eius factionis extor res domum reductos fuiſſe ſcribit.Simon Turrianus fuga a captiuitate & pe riculo clapſus eſt:in ædes minorum fratrum Amoratus & Guido adhuc im puberes confugiunt:religioſorum auctoritate & precibus ſe ſeruari exiſtima bant. Verum Luchinus ab inquiſitoribus captos ad patrem cum deprecato ribus dimiſit.ſuperba & periculoſa poſtulabant:pueros liberari:bona & fortu nas iis reſtitui:cum quibus de regno certatum foret:& quorum infeſtiſſimũ odium in Vicecomites perſeuerabat. Itaque Mattheus ratus in nouitate re gni hoſtem potius longe ſummouendum q̃ intra fines foueri & ali oportere: nihil deprecatoribus conceſſit. Exulauerat aliquot ante annos ſacerdotio pulſus frater Iſnardus.hunc in pontificalem ſedem Mattheus recepta Papia reſtituit.Duplici uictoria:recenti urbis adeptione:maxima erat in Longobar dis Matthei auctoritas.Ita uicinę urbes diſſidio & domeſticis armis agitatę in illius poteſtatem & fidem ſe permittebant:partim ut illatas iniurias ulciſce rentur:damnaque emendarent:alii ut domeſticę ſcilicet liti & ſeditionibus fi nem facerent.In affectando regno prudens & mitis:& quod nulli ante conti gerat popularis Mattheus erat.mores prętera & ingenia Longobardorum exlongo uſu callebat.Alexandrini urbem:ut ſupra diximus: & ſua Roberto dediderant:eos rex fouebat:& quibuſcuuque commodis perſequebatur: quo rum ſtudiis & opera Alexandriam recepcrat.Aduerſa factio inſultante emu lo periclitabatur.Quare cum coniugibus & liberis:& iis quæ ſecum ferre po terant patria ceſſerunt.Diuertere primum in ea oppida in quibus factio ſua uiris & armis opulẽtior erat:quorum præſidio inimicorum & emulorũ agros predabantur & cum gentilium auxilia:m recuperandas opes parum ualerent ad Vicecomitem Gibilinus confugit ut illius ope :& uiribus aliquando deui ctis aduerſariis in patriam reduceretur:ita externis adiuti armis mœnia om nia exules uaſtabant tedio ciuilis diſſidii tum magnitudine damnorum Guel phus feſſus in gratiam redire cum aduerſariis conſtituit . uterque pacata pa tria frui cupiebat.acie extra mœnia dimicare neuter poterat .infirmę erant utrique copiæ:neque illæ circunucnire muros neque hic longius propulſa re uini ualebat.ita conditionibus potiuſq̃ armis res tranſigenda fuit .Matheo itaq; Vicecomiti:& Marco filio arbitriũ & ptãtẽ faciẽdę cõcordiæ:& publici negocii cõſtituẽdę formulę tã exules:q̃ qui urbẽ tenebãt:conceſſere. Dimitti tur ab urbe regius procurator.Hac in pte defendẽdus eſt Alexãdrinus:ĩ quẽ

Alexádrini defendunt

Gulielmus uentura:quem crebro teſtem in expoſitione rerum Merula citat: intemperanter & acerbe inuehitur:mutabilitatem gẽtis atq; fraudem inſecta tur:quos omnibus uiciis coopertos dictitat:ut pote quorum mobilia forent i genia:& proinde pulchrum uideretur perpetuis ſeditionibus conflictari:datã que fidem prodere: paulo amplius quinquennium uocatus in concionem po pulus interpoſito iureiurando ſe & ſua ita Roberto dediderat ut nullum poſt hac dominari in urbe pateretur:proditę fidei & defectionis auctores duos po tiſſimum ſcribit Thomam puteum:& Bonifacium ab alice:ingratos profecto homines.utrunq; Robertus equeſtribus ornamentis honeſtauerat.hi publi co nomine Baucio nunciarunt:ut q̃ primum Alexandria & finibus cederet. Hic uelim reſpondeant:qui factum Alexandrinorum accuſant:cum domi pa rum tuti domeſticis armis eſſent:euaſtatiq; agri forẽt:debuerint ne fidem ad perniciem colere: an potius fortunis ſuis conſulere? Tantum certe abeſt: ut Alexandrinos proditionis aut mutabilitatis condemnari exiſtimem:ut in illa Longobardorum flamma ad extinguenda odia:reducendamque inter ci ues concordiam nihil opportunius agi potuerit.Mattheus rerum arbiter con cordiam inter exules & ciues ſub abolitione anteactarum iniuriarum ita com poſuit.Quodcunq; reipu.curatores ſeruato iudiciorum ordine ſtatuerũt:id ra tum eſto.reducti exules contumelias & damna aduerſariis condonanto.a Sẽ tentia Matthei nulla prouocatio eſto.Decuriones hoc eſt publici negocii præ fecti ſortito eligantur.Exulauerunt patria fere quinquennium tres familiæ Lã ciauegiæ:Merlani & Inuiciati.tum filii Ruffini qui Ferruffini dicuntur. hi cũ amicis:& iis omnibus qui illorum partes ſequebantur in patriam recipiunt. trium honeſta in conuentionibus mentio facta fuit Bonifacii ab alice: Belen gii Merlani militis accincti.& Gulielmi Inuiciati.Sed Belengii in municipali bus decretis adhuc honorifica mentio durat. huic creditas ſcilicet pecunias Marcus Matthei ad integrum perſolui ſtatuit.Cæterum in compoſitione di ſcordiæ:ne ex ſuo arbitrio Mattheus omnia facere exiſtimaretur nobiles me diolanenſes & iuriſperitos in conſilium adhibuit.quorum hęc nomina ſunt. Lodriſius Vicecomes.Ottolanus a Caſtelleto.Mutius a Moguntia. Facius bruſcus.Mattheus Alciatus.Stephanus Vicomercatus. Francinus Vicecomes. Diomedinus Boſcus.Henricus Bernardigius.Qua popularitate acceptus & proinde amplus Mattheus fuit:ut pote qui ad proceres urbis cuncta referret.deinde ſecus Tanarum ad Trinitatis decuriones urbis: quos Antia nos uocant uenere.Acceſſit & Roſſinus Guaſtauinus: huic exules paciſcen dę concordiæ libera mandata dederant:mox urbem ingreſſi in ædc diui Ioan nis a capitio fœdera ſolemni ſtipulatione approbant. In prefatione poſt in uocatum dei numẽ:Virginis matris:apoſtolorum & Ambroſii aſcripta nomi na ad amplitudinem ſacerdotii teſtificandam Cardinalium mentio adiuncta

Ferruſini

fuit:quia uidelicet ob discordia patrum studia nullus adhuc romanæ eccle-
siæ princeps declaratus erat:pluribus uerbis causam Alexandrinorum iō egit
Merula ne uel tacens uel pauca loquutus de moribus & ingenio gentis cum
uentura in totum consentire existimari possit. In hac autem Alexandri-
norum ad Vicecomitem transitione multum de opinione & opibus Roberti
detractum fuit: quippe momenta rerum in huius gentis statu constabant:
tum propter suppetias genuensi tuto ferendas:tum quia descendente in Italiā
Franco intercedere & obuiam ire oppottune liceret.Post reconciliatam inter
Alexandrinos gratiam:adeptumq; urbis dominium Alexandrię & Derthonę
Mattheus Marcum prætorem constituit:ut scilicet is utrobiq; iudicia petē-
tibus redderet.Cęterum Alexādrini ne ocioſi a domesticis incōmodis denuo
in discordias laberentur:oppidum cui uarisio nomen est adorti:arcem suffoſo
muro expugnant:custodes capti Alexandriam perducuntur. Alexaudrinorū
rebellio uicinorum animos abrege alienatura uidebatur.ita regii procurato-
res cum iam sibi socii consultarent:regis præsidia quę cis alpes erant confe-
stim contrahunt.Descenderat nuperrime in Italiam Riciardus Gambatersa
cum sagittariis:quos hastensi pecunia e Narbonensi Gallia conductos habe
bat.præfectus his Baucius cum equitibns circiter quingentos Alexandrino-
rum fines inuadit:castella & uici partim metu alia uoluntate protinus illi se
dedunt:ouilia:quadraginta familiarum uicus.Solerium:Boscum:& castella-
tium:Fibinnasque expugnāt:funditusque subuertunt.Cesserant Alexandria
due familiæ Trotti & Putei.hi Baucio coniuncti iniuriis & grauibus detri-
mentis eos qui in patria remanserant afficiebant .Hac re cognita Mattheus
confestim equites plus mille Alexandriam mittit:Marcus nouo pręsidio sub
nixus Boscum & castellatium diripit: atq; adurit. Capti fuere de puteorum
gente uiginti nobiles uiri supra cētum ex iis qui illorum arma sequuti fuerāt:
quos omnes uinctos Mediolanum misit.Post hanc cladem domestici milites
qui Alexandria partim sponte cesserant:partim fugati fuerant:per octobrem
forte mensem Latronum more usq; ad mœnia urbis cuncta populātur:ciues
occurrant:pro portis pugna acris inita:repulsos ciues insequuti exules ad quī
quaginta pro mœnibus capiunt.duodecim occidunt e quibus uentura quin
decim de gēte Merlanorū & Lanciauegiarū annumeratos tradit.Hac cęde
& captiuitate elatus Hastensis cōtinuo coles trāsgressus Casale.S. Euasii ho
stiliter iuadit.Occurrant oppidani.hi primo impetu funduntur.plus sexagin
ta ex eis capti.Hastam milites reducti:ibi relicta pręda Moncalerium usque
excurrentes pecoris ingentem uim & captiuos aliquot abducunt.Per hæc tē
pora cum Vicecomiti multa secunda obtigissent:Bacieni Matthęo se permit
tūt.Seruabat illic Antonius Fissiraga.hunc Mattheo tradidere:qui mox Me
diolanū deductus in carcere & uinculis mortem obiit.Hoc item anno Vber

tus Vicecomes germanus Matthei frater prœlio ſtrenuus & proinde militaribus ornamentis decoratus moritur. & in æde diui Euſtorgii honorifice ſepelitur. Interim Mattheus cum a ciuili motu: externoq; hoſte aliquid ocii nactus foret: ad urbis ornamenta cõuertitur. ędes prætorias foro mercatorio adiecit. in quas duodecim coirent uiri: urbicis negotiis & mercaturæ prefecti pro quorum arbitrio exculentis & poculentis pretia quotidie ſtatuuntur. de menſura & ponderibus ius dicunt: fraudes opificum cauent & caſtigant: publici commodi prouiſores appellant agoronomos greci uocant: plautusq; nomẽ uſurpat. Ita multitudini ſellulariæ & mercenariis qui in diem uictitant probe conſultum fuit: & quia non nunq; iuris diſceptatio oritur: ciuilis ſcientię conſultus alienigena huic collegio datus fuit. Duplicem item excitauit porticum in ſuperiore pro tribunali prętor capitalem noxam exilio aut capite: & grauiore mulcta uindicat: leuioris criminis reos loris cędi imperat: aut ære mulctat. Semeſtris pſeuerabat magiſtratus. Quare eo ãno qui fuit Sextus decimus poſt trecentum & mille a natiuitate domini ex prętura Iacobus Cornacianus: & Bonifacius ab Alice. hic Alexandrinus ille parmenſis ius Mediolani dixere.

Aedilitiũ palatium.

1316 Iacobꝰ Cornacianus Bõifaciꝰ ab alię

Poſt Clementis mortem ferme biennium per interregnum põtificiæ uices ob contrarias Cardinalium uoluntates gerebantur: neq; ſolum in cenaculo primores ſacerdotum de electione pontificis contendebant: Sed illorum familiares atque miniſtri gliſcente rixa decertarunt. conſauciabant ſe inuicem: & interim quidam occidebantur. Interea Ludouicus francorum Rex ad tollenda certamina ſimulque ut tandem aliquando romani ſacerdotii prefectura uni traderetur: fratrem Lugdunum mittit. hic moram & dilationem creandi põtificis grauiſſime principibus ſacerdotum obiecit: grauiterque corripuit: quaſi auctoritas his conceſſa iam Ludibrio gentibus foret. ad generale concilium eam poteſtatem reiici oportere minitans. nihilotamen ſecius in diuerſa ſtudia pertinaces erant. Duplex erat factio. altera Gallicum depoſcebat. Itali contra ſuę gentis & ſui corporis pontificem creari uolebant. tãdem ſiue moram & contentões perteſi: ſiue minę & liberę querimoniæ eos deterruerint ne ſi de conclaui re infecta abiiſſent: diuiſa in factiones curia uarii pontifices ſummam chriſtianæ rei obtinerent Iacobum Caturcenſem epiſcopum Romano ſacerdotio præficiunt. cui Ioanni uigeſimoſecundo nomen indiderũt. Hic ſtatim iuito pontificatu tria potentiæ & maieſtatis pontificię amplificandæ gratia: quę ante Clemens ſanxerat: confirmat: ut deſignati ad imperium principes priuſq; inſignia & nomen imperatorium aſſumerent: romano pontifici ſacramento ſe auctoratos profiterentur: fidesque ab eis in uerba pontificis exigeretur: alterum ut ſi quando defuncto Imperatore electio ſucceſſoris extraheretur: per omne interregni tempus res Italiæ: quę iuris & ditionis imperatoriç forent nutu pontificis adminiſtrarentur. Tertio Siculos extra Cæſa-

Pontificium interregnũ.

rum ius & ditiouem esse uoluit:quando romani pontifices eam insulam in regni formam & appellationem redegissent.Ludouicum quoq; Bauariæ ducem:quem:ut supra diximus:acie emulo deuicto summã rerũ usurpasse titulo imperatorio priuat:ut scilicet deposita ea potestate quam armis quesiuerat in priuati modum uiueret:neq; sine permissu pontificis romam peteret.nõ solum contumax sed rebellis Ludouicus hac denunciatione factus fuit . Inter hæc Robertus quanq; in discrimine sociorum & eorum in primis qui in fidẽ & ditionem suã se tradiderant negligentius se gereret:Philippum tamẽ fratrẽ qui Tarentinus princeps nuncupabatur Florentiam cũ equitatu mittit. Maior erat hic numerus eo quem petrus alter frater secum duxerat. Vgutio post receptam Lucam pulsisq; his:qui nouandarum rerum suspecti erãt:uicinos q exules receperant armis lacessere cœpit .nullus illi obuiam ire:aut populatoribus occurrere audebat.Impune uagari & omnia diripere.Confluxerant ad eum permulti partim spe lucri:alii ut acceptas iniurias ulciscerentur:damna q; emendarẽt ita magnis comparatis copiis Catinum montẽ quem Florentin9 ualido pręsidio tenebat:obsidere instituit.atq; ut eodem tpe: & una fere opera inimicorũ uicos diriperet:obsessosq; urgeret:castra aggere & uallo munit.Mons erat obsessus & sine hostili metu egressus miles ꝓximos uicos depopulabatur.Interim e castris procurrens ingentem predam abducere. Diuturna obsidione:tum etiam oppugnatione & uictus inopia:qui montem custodiebant macerabantur.Superueniũt interea noua a Roberto auxilia.duo regii fratres copiis ꝓfecti erant:quorũ uirtus & auctoritas in gerẽdo bello magna ferebat̃.alacritatis & fiduciæ Florẽtinus plenus erat .magnitudo copiarũ & strenui duces animos dabant.& iam pręsumpta uictoria hostem quodam modo contemnebant.Tradunt quidam quatuor equitum milia & peditum ad quadraginta contracta fuisse. Vgutionis quoq; & pisanorum copię haud multo impares erant: imperium gerendi belli Philippo quia maior natu erat: Petrus & si prior in Hetruscos uenerat:concessit.ita credo uolente fato ut qui dux esse debuerat:locorũ pariter & animorũ prouinciæ gnarus is fratri bellici negocii prope nescio pareret.Ad nonas itaq; sextiles Florẽtia digressi ad montem contendunt:ut obsidione illũ eximerẽt. In conspectu hostiũ castra locant.excitatæ erant utrinq; turres.& quid in alterius castris duces agerent:uterq; ex uallo & turribus prospiciebant. Vgutio suos intra munitiones continebat.nullo prœlio castra metantes lacessere.Satis efficere sibi uidebatur si ancipiti hoste circunuentus illos obsideret:hos metu intra munimenta cohiberet.Interim tamẽ agmine depugnabãt.neuter superior abibat. quippe acie confligere & fortunã belli experiri uterq; uerebat̃.ita leui pugna animos & uires experiebantur.Interea Vgutioni nũciatur per longiorẽ eius absentiam quosdam nouandis rebus Lucæ operam dare:propiusq; tumultũ

uentū esse. Itaq; is timens ne coniurationis auctores Lucam obtinerent: obsi dionem soluere & Lucam redire: quatenus clam hoste id facere posset: insti tuit. quod si abeuntem regii lacessierent: tunc acie pugnare & congredi totis castris oporteret. ita milites noctu uasa colligere iubet: instructaq; acie atq; di luculo succensis tabernaculis iter ingreditur. qui obsidebantur ex templo uo cibus & signis suis significant hostem fugere. Clamor in regiis castris oritur multitudine auxiliorum Vgutionem perterrefactum turpe & ignominiosum esse duobus regulis in tanto sociorum subsidio illum incolumen a calamitate abire. ab hoc clamore consurgitur: & agmine facto discedētes lacessere cœpe runt. Vgutio militaris negocii expertissimus: ubi paulo effusius in se ruere re gias copias conspexit signa conuertit. Senensium & Collensium auxilia pri mū aggreditur. Forte ea aduersus hostē in statiōe posita stabant. Consterna ti ne primū quidem impetū sustinuere. in castra refugiunt. Homines erāt pu gnæ quodāmodo expertes tractandorū armorū insueti. intra munitiones ter ga cedendo insequutus irrupit in castra. Ad prætoriū postq; uentū fuit: ibi ro bur erat exercitus. Concurrerat in trepidatione ad duces maior pars militum pertinacius pugnatum est. Obsistebant regii: præsidia locum tueri: instantes fortiter tollerare. conferti imprimentes reiicere. Vgutio contra suos urgere: & si quorum terga uiderat eos pugnam repetere cogebat. cædes ab ira grauior edebatur. Tunc cōspicatus Vgutio hostes in globum coactos: totisq; castris decertari: neq; dēsos gladiis quominus perfringi posse: germanos equites pro currere iussit: quorū ipetu regia & socialis multitudo dissipatur: ipse cū reliqs cohortibus subsequitur. Dissipati non statim funduntur. Sustinebant irruen tes quatenus uires patiebantur. ita fortissimus quisq; aut prostratus: aut sau cius fuit. Atrox facta cædes: quod nisi Vgutio quadratum agens agmē repu gnantes & acrius obsistentes fudisset: pugnam ꝓfecto regii restituissent. Sed tum ab equitatu oppressi: tum ab urgente Vgutione ita dissipantur: ut neq; se colligere: neq; in aciem coire possent. ab omnibus fuga facta est. solutisq; ordinibus passim ceduntur. Cecidisse in eo conflictu supra duo florentinorū & sociorū milia quidam scribit: alii septem tradunt. Viri quoq; illustres occisi sunt: Petrus Roberti frater & Carolus Philippi filius. Florentini nō pauci no biles in castris occumbere: q̄ fuga sibi consulere maluerunt. Timebant ne si in manus inimicorū ueniissent ab ira & studio uindictę grauissimos cruciatus sustinuissent. Cęterum fugientibus pestis maior q̄ si eos hostis adeptus foret obtigit. proximę erant paludes in quas complures dum insectantē deuitare conantur se deiicientes undis obruti fuere. Philippus forte ea die febri tenta tus prœlio abstinuit. is ubi inclinatā suorum aciē fratremq; & filiū circuitos ab aduersariis uidit in fugam conuersus euasit. Cæterum Vgutioni haud in cruenta uictoria stetit. Franciscum filiū qui anteſignanos ducebat: amisit. &

cũ eo fere uniuerſum agmen oppreſſum eſt. Poſt malã ſuorum pugnã qui ob ſidebantur montẽ Victori ꝓtinus dedunt. ſpoliis captiuorum locupletatos Piſanos quidam ſcribũt. Exercitus deinde cũ ingẽti prẽda domũ ab Vgutione reducitur. Muli & id genus iumenta ad commeatus & cibaria comportanda quæ uix numerari poſſent: capta. Pugnatũ fuit quarto Calendas Septẽbres quem diẽ religioſum & proide inauſpicatũ uulgus cauet. Fuere qui palam regem accuſarent quod auxilia idonea non miſiſſet. alii præfectorũ culpa acceptam cladẽ dicere. Cæterum Robertus in tanta ſuorũ cæde ſegnius atq; remiſſius ſe geſſit id quod pleriq; non exiſtimabant. oppreſſos enim ſocios quodã modo deſtituere uiſus fuit. Afflictæ in Hetruria Guelphorũ opes erãt. Florentiã ea calamitas mirũ in modum conſternauit: fractiq; adeo animi omniũ fuere: ut ceu deſperata auxilii ſpe etiã parũ tolerandis conditionibus petendã pacẽ cenſerent. Scribit quidã quod ſane a uero non abeſt Vgutioni ad debellandos hoſtes a Vicecomite auxilia miſſa fuiſſe. Luchinus ducentis Mediolanenſibus equitibus præerat: in eoq; conflictu egregiã operam is nauauit. Pendebant res Hetruriæ a Vicecomite. una & eadẽ erat factio. cõmuneq; periculum. quare non poterat ſaluus eſſe Mattheus ſi in Hetruſcis Gibilina factio oppreſſa fuiſſet. Inſultanti præterea Mattheo ceu profligatę res forent Philipponus Robertũ paulo acerbius taxans reſpõdit. utinã qui aduerſus Gibilinũ nomen arma mouerat: contrariãq; factionẽ defendendã ſuſceperat: is pro uiribus & quantũ pericula exigebant opem ad Hetruriæ Guelphos miſiſſet. Per eadem tempora duplici Mattheus coniugio opes cõmuniit. duobus filiis uxores Liguſticas nobilib9 familiis ꝓcreatas dedit. Stephan9 filiorũ mimus Valẽtinã de Spinolarũ gẽte uxorẽ duxit. Luchino Iſabella cõiũcta fuit. ea ſoror Ioãnis Fliſci erat. Caſton9 itẽ Turrianus poſus bella: exilio & cædib9 ſuorum feſſus Mediolanẽſi Sacerdotio ſe abdicat. huic romanus pontifex Aquileienſem pontificatũ contulit. ita procula patria ocioſus a graui & importuna moleſtia opulẽto ſacerdotio frui uoluit. Per idẽ tempus Ioannes Quartus Matthei filiorũ patris atq; factionis prerogatiua Mediolani archiepiſcopus delegitur. Ioannes pontifex electioni aduerſatus eſt. Deſignauerat is præſidẽ Aycardum predicatoriæ fraternitatis principem: & recentioris theologiæ doctiſſimum. Filii repulſam ceu rationibus ſuis importunam & turpem ægre Mattheus ferens Aycardum ad ſacerdotium uenientẽ ingreſſu urbis prohibuit: finibuſq; ſummouit. Tunc pontifex indigniſſimũ exiſtimans eũ non recipi antiſtitẽ quẽ is ſacris delegiſſet: Vicecomitẽ execratur: deteſtaturque: põtificale hoc eſt fulmẽ. quo pleriq; omnes chriſtiani perterrefacti imperata põtificũ uel inuiti faciunt. Enimuero tunc Mattheus magis atq; magis reſiſtere ne is quẽ urbe repuliſſet: & proinde inimicũ grauiſſimũ habiturus eſſet: ſacerdotio fungeretur. Decreuerat: ut ſupra diximus Ioannes pontifex ea uidelicet

Valentina hęc Auria ut multi

Ioãnes Vic. Archi.

confirmans quę Clemens ad potentiã Roberti augendã ſtatuerat: ut ditiõis & arbritrii Roberti urbes Italiæ & populi tantiſper forent: dum nouus cęſar crearetur. ita Cęſarũ imperiũ & ditionẽ oẽm abrogauerat. Quare Mattheus ne pontificalibus decretis palã repugnare uideretur: ſi imperiali nomine res procuraret: Vicarii titulũ depoſuit: ſeq; populi capitaneũ ceu libertatis patrię defenſorẽ dehinc nuncupari uoluit. Quod factũ pontifex indignatus propterea quod uideretur Mattheus maieſtati & potentiæ põtificum illudere: ne cęteri exemplum illius ſequuti regnũ ex procuratione facerẽt: per litteras publicas iis omnibus mandat qui iuſſi Henrici imperia & iuriſdictiões in populos habebant: nihil decetero pro opinione atq; nomine Cæſarũ gerant: põtificiæq; maieſtati ſe ſubiiciant & pareant: donec uerus cęſar creetur: quando Ludouicus legitimo titulo ſummã rerũ non obtineret. Mattheus interea amplas domos ædificat: quas uxores principũ deinceps incolerent. Sub hæc tempora quidã ſcribũt a Galeacio euaſtato prius omni circũ agro Arquate receptũ fuiſſe. tum caſtrũ ſancti Ioannis: & alterũ a ualle tarri amnis appellatũ in deditionẽ ueniſſe. Albertũ uero Scotum ad Mattheũ miſſum qui haud ita multo poſt Cremã uelut exulatũ cum abiiſſet præ egritudine & dolore amiſſarũ rerum e uita migrauit. Verũ cum ſcriptores non in negocio: ſed in tẽpore & geſtione rei diſſentire uideam: ego magis iis aſſentior: qui biennio ante Vicecomitẽ Arquate potitum: & Scotũ a Mattheo eluſum finibus patriæ ceſſiſſe ſcribunt. Inter hæc Baucius caſtrũ montis & Cuuium obſidet: muros tormẽtis diſcutit & quaſſat. Fruſtra Manfredus Salucienſis & Philippus a Sabaudia contracto ſubitario milite cum opem obſeſſis ferre tentaſſent: Vgo loca pactione cœpit. Brixiæ item inteſtina odia & ſimultates in ſummum excreuerant. ita oborto tumultu Gibilina factio & ſacroq; antiſtes domo fugãtur. Cędes magna facta eſt. profugorum bona & fortunę direptæ. Marchiones itẽ a Rocheta cognominati Tanari accolæ extorres Haſtenſes ſuſceperant. profugerant item eo haud pauci: quos aduerſa factio domo & patria eiecerat. Hi coacta manu uicos & agros aduerſariorũ infeſtabãt: & prodentibus quibuſdam oppidula capiũt: & quãuis ea cultores ad primum impetum deſeruiſſent: prædam tamen & captiuos haud paucos abduxere.

LIBER DECIMVS.

Res in Liguribus geſtæ Philippi Valeſii: Hẽrici Auſtriæ ducis: atq; Raymundi Cardani in Italiã tranſitus: pontificis dirę: & Matthei mors referunt.

Vm Ioannes pontifex ad conuellendã germani Cæsaris potentiã procuratorẽ Italiæ Robertũ cõstituísset: Ligures gẽs díscordiosa pro uetere simultate & intestíno facinore in funesta bella exarserãt: dissipatoq; incendio nõ solum Ligurũ omne nomen conflagrauit: Sed uniuersa prope Italia: dum quisq; auxilia suę parti summinístrat: magnas clades accepit. terra mariq; ad extrema usq; pícula amplius duodecim annos ciues contínẽter inter se decertarunt. In ea gente omnia erant: quibus bellũ ꝓduci posset. montana loca & aspera: uicinũ mare: copię maritimæ: mercaturã prętera exules per suburbana in patría aduersarii exercebant. hinc belli damna haud intoleranda. deniq; cũ proprię uires ad se conficiendos deficerent: peregrinos dominos: externaque auxilia utrique aceersiuere. Pontificis accessit impotens ira: qui alteri factioni undecunq; opẽ petebat: gallorũ reges & germanos proceres in Italiã immísit: diris postremo & execratiõibus perpetuo eos insectatus atq; abominatus: qui aduersus Robertũ arma tulíssent: illiusq; imperata non facerent. Qua diritate pleriq; mortales ceu hoc nomine deum propitiarẽt in domestícos fœdã crudelitatẽ exercuere. Duę factiones Genuã & gentẽ oẽm liguslicam: ut supra díximus: per ipia & nefanda iunioris Federici bella in Italía dísseminatæ agitabãt. Mascaratæ & Rampíni. hi Guelphi: illi Gibilíni deínde appellati. & q̃uis Henricus pacẽ & concordiã inter eos composuísset: tamen nunq̃ constãs & sincera fides fuit. Nanq; mortuo Henrico cum Pisani metu Florentinorũ Vgutionẽ ad se reuocassent: uetera renouata sunt odia: auctæ simultates: & quia regnũ iter populares uterq; affectabat: grauíssime inter se sub mœnibus patriæ dimicauere. Spinolæ & Aurii assumpta plebe Mascarata atq; excluso Rampino urbis custodiã & reipu. administratiõnẽ capesſunt Decuriones duodecim de gẽte patritia: & totidẽ plebei nominis reip. negociis præfecti fuere. Vix hic rerũ status perennauit. nanq; plebe impellente ob emulationẽ potentatus: inter se utraq; familia acerbíssime pugnauit. Ipsi etiã Spinolæ in duplicẽ appellationem diuísi: nãq; hi ab Lucullo: alii a platea nuncupati sunt. Cũ Auriis utriq; in gratiã redeunt. Verũ ut sunt mobília Ligurũ ingenia: & per ambitionẽ in díscordiã & pugnam proni animi: denuo in certamen utraq; gens uenit. ingentiq; cæde edita rursus cõcordes fiũt. Cæterũ haud ita multo post Spinolę adiuncta plebeiorũ manu sub cœnæ tẽpus Aurios in arca pro tẽplo diui Matthei inuadunt. quod nisi celeriter amici tũ etiã pleriq; Guelphi nominis opẽ tulíssent occidione deleti fuíssent. ita perniciabili odio & funesta emulatione duarũ inter se familiarũ uniuersa ciuitas ad arma concitatur. Non desistebãt Luculi a studio uindictę: neq; solũ cędibus aduersarios perdere conati sunt: sed illorũ domos subuertunt. pars etiã ędium prædicatoriæ fraternitatis destructa fuit. Accessere Auriis subsidia. nãq; Guel

Genuẽsiũ factiones Mascaratæ Rampini

phi fere omnes pro illis arma ſumunt. Ita affluẽte multitudíne perterrefactus Spínola patría excedít. Opícinꝰ Buzalã & Serraualle cũ haud ꝓuo ꝑſidío tene bat. Aurii & Grímaldí cũ patríã obtinuiſſent: Domínicũ Auriũ: qui loca ge nuẽſis ditionis tranſappenninũ cuſtodiebat: ad ſe reuocant: militeſq; ei tradũt ut exules a populatiõe & excurſiõibus cohiberet. Vexabat aduerſarios Opí cínus: habebatq; ínter Buzalã & caſtrum nouũ externos equites atq; etiã pe ditum íngentẽ numerũ: & quotiens commodũ uidebat: uícos & eaſtella ad uerſariorũ depreda batur. Iam írruperat ad Arquate uſq; Domínicus. Occur rit illí Opícinus. in ualle Irię manus conſerunt. Domínicus occubuít. & cum eo ſupra centũ tum cęſi tũ captí fuere. Nouũ deínde mílitẽ Aurii & Grímaldí conducũt: reparatíſq; uíribus Mãfredínũ a Carreto cũ exercitu aduerſus Opí cínũ & exules míttunt. Sequebantur tumultuarii mílites. Inter appennini iu ga pugna facta eſt. Superabat multítudo tumultuariorũ. terga dant exules. díſſipatos Carretus perſequutus ad cẽtũ & ultra pedites ín fuga occídit Exu les Buzalã ingredí non ſunt auſi. deſertũ a pręſidío & cultoribus uícũ Carre tus occupat. Ingens uís frumentí erat: & habundãs cõmeatus. omnia dírepta tum uíndíctę ſtudío uacuas domos ſuccendunt. Ita cadẽ díe Buzela dírepta aduſta etiã fuit. poſtridíe uero ín díuiſiõe prędę ínter germanos equites & Lí gures acríter pugnatũ eſt. maiorẽ prædæ partẽ Genuẽſis tenebat. Germanus ferox & lucrí auídus duas partes ſibí darí aut duplícẽ mercedẽ perſolui pete bat: proterea quod ab equítatu germano exules fuſi fuiſſent. Contra genuen ſis quod pugna & ín díreptíone cæpiſſet: id ſibí uíndícabat. ita dum uterq; ꝓ preda certat: germaní equites genuẽſem ínuadũt: atq; hos ínterfícíũt alíos ca píunt. Manfredínus: & Lamba Aurius cũ duobus fílíis ceu captíuí Lítauíum atq; Gauíũ perducti fuere: nec níſi pacto perſoluto ſtípendío captíuos relaxa re barbarꝰ uoluit. ita ſeptẽ mílibꝰ aureoꝝ liberantᵉ. Cæterũ Spínola ẽt ab ex terno ꝑſidío uím & íníuríã accepat. Merebãt Buzalæ ſub ſtípẽdíís Spínolaꝝ ducẽtí germãí eqtes. forte ſurgíís prímũ tũ uero ferro Italꝰ cũ barbaro certa uit. Ictꝰ ĩ certamíe eques teutonícꝰ occubuít. Irritati ea cæde germaní ꝓ uícũ díſcurrẽtes íuuenẽ Spínolã q̃uís íermẽ & tumultꝰ ígnarũ occídunt. Tímuere magnope germãí ne a cognatis eius: quẽ occíderãt opprímerẽtᵉ. Cæterũ Spí nola qa ſine pegrino ꝑſidío res ſuas uíx tueri poterat: cędẽ gẽtílís íultã relíqt. Per ídẽ tempus Píſaní aduerſus Vgutionẽ coníurãt. erãt íllíus ínuídioſę opes quanq̃ Florentíní populí ſuperbiã compreſſiſſet: uireſq; ita attríuiſſet: ut ínter Hetruſcos príncipes Píſanus foret. Iam grauís erat Faſſíolaní potentía: quẽ uelut tyrannũ tímentes urbe pellere conſtituunt. Vaſtabat tũc florentínorũ fines Vgutío. ís ubí íntellexít nobílitatẽ omnẽ Píſis ad res nouas animũ adíc ciſſe propere Píſas contẽdít. íbí multa díſſímulando: blandíuſq; alloquẽdo ſu per nouítate rerũ ſuſpectos lenire cœpít: ubí autem cognouít exulceratas eſſe

oĩum mentes: animoſq; ad defectionẽ ita ĩpulſos: ut ad obſequiũ redigi nulla uia poſſent: Nerium filiũ Lucã cũ p̃ſidio mittit. ipſe piſis cõſtitit. Iã Lucenſiũ primores cũ Piſanis aduerſus Vgutionẽ cõſenſerãt: ut utriuſq; urbis dominio mométo tẽporis is exturbaret. Erat Nerio familiaris cõſuetudo cũ Caſtrucio adoleſcẽte nobili & diuite: quẽ egregia animi & corpis ĩdoles ita popularib9 cõciliabat: ut aliquãdo in patria principẽ locũ ſperare poſſet. hũc precibus & multa pollicẽdo: deniq; p̃ longã amicitiã obteſtãdo ab coniuratis abſtrahere tẽtat: pſeuerantẽ in ꝓpoſito in cuſtodiã ceu reũ furti coniici iubet: ſubinde dictitãs de cõuicto ſupplicĩũ ſumi oportere. Mouit ea res Lucẽſiũ aĩos: hoiem innocẽtẽ falſo inſimulatũ ceu manifeſti furti penas daturũ. Palã plurimi ſe interceſſuros quominus inſons negaret. Hęc ubi Vgutio reſciuit cũ equitatus pte ꝓperato itinere Lucã petiit. occaſionẽ arripiũt Piſani: uix urbe exceſſerat portas claudũt: ſuoq; p̃ſidio muniũt. nũcios extẽplo Lucã mittũt: q̃ dicerẽt Piſis Vgutionẽ eiectũ: urbẽq; populari p̃ſidio cuſtodiri. Hoc nuncio plebes ad arma accurrit: ædes publicas ĩuadit. carcerẽ effringit: neq; ſolũ iuuenẽ ſupplicio eripit: ſed ſiue occulta fatoꝝ uis: ſiue indignitas ĩmeriti ſupplicii id effecerit. Solutũ uinclis Caſtruciũ multitudo ardens dñm appellat. Nerius tumultuãti populo reſtitit. ſed cũ ęgre ſuſtinere uim poſſet portas ad patris uſq; aduentũ obtinere conat. ꝑmebat multitudo. quare inter cõiuratos uix elapſus: qua piſas ĩtur haud longe ab Luca patrẽ obuiũ habuit: eodẽq; in loco duorũ populorũ inſperatã & repentinã rebellionẽ intelligũt. ita uir in militari negotio egregius: uix trienniũ duarũ urbium potitus fuit. peius aũt ſibi q̃ Vgutiõi qui in illũ conſpirauere: conſuluiſſe traditũ eſt. Vgutio Lucã prętergreſſus ad Malaſpinæ proceres ꝑuenit. inde per Appẽninũ fauces & anfractus ad paternа oppida reuertit: ibiq; conſenuit. ita præter ſpẽ & omniũ opinionẽ Caſtrucius capitis reus per tumultũ Lucã obtinuit. Exulante Spinola peregrini quidã & Inquilini ad gubernacula publica admittunt. Tunc Fliſci Grimaldi & Aurii ita fœdus & amicitiã inter ſe fecere: ut publica negocia illorũ nutu & imperio adminiſtrarentur. Spinola ex confederatione triũ gentiũ reditus precisam ſibi omnẽ ſpem ratus: ut & ipſe in ſocietatẽ fœderis reciperet ſub abolitione iniuriarum petiit: ut ſcilicet ciuitas ante diuiſa ſanari & in unũ coire tãdem poſſet. Contradus Auria fortiter contradixit. domeſtici tumultus inteſtiniq; belli Spinola admiſſo nunq̃ finẽ futurum neq; ciues pacatos uiuere: aut quietẽ & ocium ab coniuratiõe ciuili ſperari. Cętęꝝ Spinolæ clam Aurio cũ Grimaldo & Fliſco inito fodere ĩ patriã redeũt. Timuere tũc Aurii: nihil enim Spinolæ fidere atq; ſe patria ceſſuros palam prædicare. præterea in area quę illius familiæ nomen habet: congregati de fuga conſultabant. Conuenere eo ſtatim Grimaldi & cæteri factiõis Guelphę principes. Hortant bono ſint animo: neq; ſolliciti uicẽ ſuã ſint: quod Spinola reductus domũ ſit: quãdo pu

Caſtrucius

blico bono:& quietis gratia id factū fuerit:ne ſemp exules:& bella ciuilia habeant prudēs & ſalutare cōſilium:ſed Aurii ueteris ſimultatis ardore: ciuilīq; odio dominātē:nihil bene monēti obtēperantes:cū iis fere oibus qui ſtudioſi ptis erant:urbē relinquūt.Diſcedēte Aurio Guelphi arma arripiunt: populoq; in concionē uocato Carolū Fliſcū:& Gaſparē Grimaldū pręſides in multos annos creant.hos capitaneos uocauere.Extimuere magis atq; magis Spinolæ ne domi ab emulis:& qui regnū affectabāt circūuenirent .Quare primores eius familiæ cū uxoribus liberis & oibus iis quæ ſecū ferre poterant patria cōfeſtim abeūt:paucisq; poſt diebus cętera oīs familia in ſpontaneū exiliū ceſſit:Ita Genua in poteſtatē Guelphi nominis uenit:atq; cōtinuo utriuſq; littoris accolę:tum ēt trans appenninū ſi qnid genuēſis ditionis erat duobus capitancis ſubiectū fuit.Deinde ab Genua Rabella Grimaldus cū non pua militū manu Sauonā atq; Albingaunū ꝓfectus eſt:ut in utroq; populo omniq; maritima ora accuratius diſquirat.qui Guelphę :qui ue Gibilinæ partis ſe addictos ꝓfiterent .hanc diſquiſitionē multi Gibilini nominis ęgre ferentes pſidi palā cōtradicūt.ex eo factionū noia late diſſeminant in ea gēte.Rabella Gibilinos Albingauno eiicit.Eps petrę erat Reinaldi Spinolę filius.hic eiectos gibilinos excipit.tum Reinaldus & Cōradus Auria adiūctis cōpluribus ſuæ factōis:accedēte Carretoꝝ ſubſidio Albingaunū obſidere cœpit.Cōcurrere illico gibilini nominis uicini:atq; octo poſt dies q̄ Rabella Albingaunū obtinerat:exules domū reducti ſunt.Rabella Genuā reuertit .nundū inter Spinolas & Aurios q̄is uterq; ꝓfugus patria eſſet:ſatis ſolida gratia interuenerat.Interi Sauonēſes ad arma ꝓſiliunt:ptorē & pſidii pfectū capiūt:urbēq; odoarcho Auriæ & Spinolæ Andalo tradūt.gibilini extorres in patriā reducti:arces ſtabāt tres ualido Guelphorū pſidio munitę:eas expugnāt:regiones urbis mari cōtiguas muro muniūt:& ꝓpugnacula extruūt.ita deiceps in eā ciuitatē Genua exules tuto ſe receperūt:atq; ex eo Spinolæ & Aurii in perpetua cōſpiratōe aduerſus uim & opes guelphorū māſere.Patriā:ut ſupra diximus:Fliſci & grimaldi obtinebāt:opulētior erat factio:q̄ quæ domeſticis armis uinci & debellari poſſet.Ad externa itaq; auxilia exules cōfugiūt.Fœdus & amicitiā primū cū Mattheo Vicecomite:& ea ſocietate quę gibilinā factōnē tuebat̄ :incūt:ut aduerſarios regno & patria exturbarēt.Mattheus eo anno per uim ad deditionem Cremonenſes compulerat:iamque magnum nomen:magnasq; opes ſibi cōparauerat.Dominabatur Mediolano Borgomo: Laudæ:Placētię:Nouariæ:Vercellis:Aquis:Alexādrię:Derthonæ:& Papię.ꝑterea i ſocietatē & amicitiā eiu9 uenerat Ioānes Quiric9 cui cognomē de .S. Vitali:& Orlād9 Rubeus.hi Vicecomite auxilia ſummiſtrāte pulſo Giberto Corrigia res pmēſiū ſub ipcrio hēbāt:acceſſerat itē i fœdus & ſocietatē Canis Scaliger.Scaligeri in eis regiōibus opibus & potētia pollebāt .Simon Tur-

rianus post pulsum sacerdotio & patria epm Brixianis iperabat. Congregati undiq; ad Matthcũ Gibelini de reducẽdis Genuã exulibus cõsultarũt.auxilia q; cõiter cõstituũt.expeditõi Marcus Vicecomes Matthei filius pficit̃.nullus erat tãtæ rei magis idoneus:tum ob patris auctoritatẽ:tũ qa duabus urbibus quæ appẽnino ꝓximæ sunt:ꝑerat:ꝓpetuaq; bella aduersus regios ꝓcuratores gessisset.Nã Mettheus in Liguribus q cis appẽninũ incolũt:ꝑsidiarios eqtes & pedites hẽbat:qbus Marcũ filiũ ꝑfecerat:ut cos q diciõi & fidei sue se permiserãt:a ui & iniuriis aduersę factõis defenderet.Hic hostẽ populatõibus & excursiõe cũcta uastantẽ sępe prœlio deuicerat:& interim ꝑda onustũ spoliauerat.Stephanus itẽ frater Bauciũ & Gãbateisam a populatõne repsserat.ita sũma gerẽdi belli aduersus Ligusticos Guelphos Marco cõi oium cõsensu de mãdat̃.Sub idẽ fere tps Vgo Baucius Caualeriũ Cuneo exulãtẽ q suburbana Mõtisuici populatus insidias pluribus in locis illi pauerat:a speculatorib9 interceptũ decollari fecit.supplициũ itẽ sumpsit de Simone Laurẽtii.nãq; is tortus cũ Mattheo & exulibus de nece illi inferẽda cõiurasse fassus est.Cæteq; castella in tumulis fecerant Hastẽses mõtesq; ꝑsidio munierãt:ut icursus aduersariorũ arcerẽt.ad ea demoliẽda cũ exules accurrissent:pmulti saxis:quę loc9 subministrabat:interficiunt̃.Per septẽbrẽ mẽsem hiemãtibus aqs Tanar9 & ꝓximi torrẽtes adeo inundarũt:ut nõ agros tm̃ diluerint:sed ꝓpinquos uicos & ędificia subuerterint:quo diluuio uiri fœminæ & pueri passim obruti fuere. Marcus interea adiũctis exulibus ꝑ dccẽbrẽ mẽsem noctu Hastã usq; ꝓgressus est:Sperabat populares factõis portã quę a Petro nomẽ hẽt aduẽtãti ꝓdituros :atq; ita urbe potiri.Agebat ꝑter exulũ manũ eqtes qngẽtos & pedites plus mille.irritũ fuit incæptũ.Iã ucr appetebat.ad Marcũ Derthonæ agentẽ sociorũ copiæ:ut cõstitutũ fuerat uenere.Gauiũ exercitus ingẽs coiuit.iugum Appẽnini inde trãsgressi i uallẽ quã Portifera fluuius interlabit̃:uallíq; nomẽ dat:descẽdũt.ut aũt Genuã a terra corona obsiderẽt:copias diuidere placuit. ita pars i uallẽ:quę a cõfluẽtia duorũ amniũ bisamnis dicit̃ mittit̃:Forte agebat̃ dies festus:quo diuinitus salutata uirgo deũ & hoiem cõcepit Marcus uirgini apprime deuotus sanũ augustũ & maxie religiosum:ad qd̃ in nostra usq; tpa pmulti ut ꝑ bnficio uota soluãt:accedũt:religiose igressus ẽ.datã rei diuinę operam ex collaticia stipe ornamenta templo dedit.tum uniuersus exercitus sublatis uocibus præsens Mariæ numẽ aduersus hostem iuocauit.Appropinquante Marco Guelphi primum urbem muro muniunt.opere & munitõnibus suburbana ad turrim usque phari complexi.Turrim exules duos fere menses constanti oppugnatione subuertere conati sunt.ingentia saxa machinis iniiciẽtes tecta & ptim muri ꝑfregerant.Custodes obsidione & fame macerati uix durare.ita nũc speculatõe ignis:nũc magnis uocibus subsidia aut cibaria afferri deposcebãt.bis Guelphi acie instructa ꝓ suburbana ꝓpius tur

rim ueniũt. Occurſant Gibelini: maioreq; ui ipetũ ſuſtinẽt: q̃ aduerſarii impri mer̃t. ita fruſtra multa conati cõpluribuſq; occiſis nihil qcq̃ alimẽti p̃bere ob ſeſſis ualuerũt. Verũ quotiẽs rerũ ſumma in piculo poſita ẽ: domeſticaq; odia urgẽt paulo ſolertiores ſumus. qñ a terra nulla uia ferẽdę opis aut leuãdæ fa mis pateret: a mari ſuccurrere cõſtituũt. rẽ haud magni ſane opis excogitaue re. nãq; in ꝓmõtoriũ: qd caput phari uocãt: qdã noctu exponunt. excubito res. n. negligẽtius adit9 obſeruabãt: uel obdormitabãt. funẽ craſſiorẽ cõcluſis porrigũt: quo ad p̃alatã feneſtrã relígato alterũ caput tenẽtes ad nauim lõgã redeũt. funi uas ligneũ inſerit: qd ſuſpẽſum ſurſum trahi & ad nauim retrahi facile poſſet. In uaſe incluſus homo cũ iis quę uictui neceſſaria erãt: a nauí ad obſeſſos cõmeabat: atq; ne uis maris & uẽtorũ ictus triremẽ obruerẽt: aut lõ gius ſubmouerẽt: nauim onerariã deiectis anchoris adiiciũt. Hoc mõ inuito hoſte alimẽta cõportabant. Cæterũ Marcus ubi fame puincere cõcluſos non p̃t: turrim ab imo effoſſo iter duas rupes ſpecu ſoffodere inſtituit. ad turris fun damẽta ſubter uiã publicã foſſores cum: penetraſſent tigna ſupponũt: ut qua uellẽt ea ꝓcũberet. Iã turris ruinę ꝓxima nutabat: cuſtodes iminentẽ mortẽ agnoſcebãt. ad p̃fectos urbis p uas hoiem demittũt. Sæuũ forte fluctibus ẽt uẽtis agitabat mare. iã mediũ trãſierat dici: dũ deſcẽlum is molit: & cum tra ſmitti nó poſſet in turrim remeat. Deditionẽ mox cuſtodes ita paciſcunt: ut ſine fraude abirẽt. Sic Marcus turrim obtinuit. Cæteq; atrociſſime i cuſtodes ſęuitũ fuit. Vix urbẽ ingreſſi prefectis excruciãdi tradũtur. una & cõſtãs erat oĩum uox. moriant moriant q rẽpu. tradiderũt. In tormẽtis multa mẽtiti ceu ꝓditiõis cõuicti: ſeptẽ enim erãt in machinã ligneã impoſiti. duobus in locis ex muro ante occulos exulũ iactati fuere. poſt crudele & miſerandũ ſupplíciũ Guelphi tẽplũ ſub noie diuę marię de petra minuta preſidio firmãt. At Mar cus Vicecomes Gibelinorũ cohorte & proprio milite ſubuectus ſuburbana predis p uim capit. tũ ad alterũ ſuburbanũ populãdũ: quod ſanctę agnetis no mẽ habet ſe cõuertit. Qui in præſidio erãt multitudine ingruẽtiũ pterrefacti: ſeruata uita ſuburbanũ hoſti tradidere. preda ingẽs inuẽta ẽ. Nã prẽter arma ſalẽ & merces: domeſtica ornamẽta: p̃cioſam etiã ſuppellectilẽ eo i loco ſerua bãt. Imminẽte muris Gibelino Guelphi otigua mœnibus ędificia ab fidei tẽ plo ad Caſtelletũ uſq; primũ ſuccẽdũt. deinde ad ſolũ diruũt. una dũtaxat ꝓ hoſtio tẽpli domus intacta fuit: ut a miſſili tormento atq; ſagittis urbanũ ui cum defenderet. Sublimẽ præterea pontẽ incdificant per quem ab urbis por ta ad domũ tuto trãſire liceret. pari opere & munitiõe altera domus ex aduer ſum portæ uaccarũ firmat. nihilo tamen ſecius exules urgebãt muniměta & opera circunducentes ne ab urbe exitus neue aditus foris ad auxilia introirit tenda eſſet: nulla relicta ſpes obſeſſis erat: mœnia uix tueri ab aduerſariis pote rant. In deditiõe nihil tutũ cognoſcebãt: ẽt ſi quas hoſtis tuliſſet cõditiones ac

cepiſſent. Ad peregrinã igitur opẽ cõfugiunt. Robertus rex ea tẽpeſtate mul tũ marí plurimũ terra pollebat: Narbonenſi gallię: Calabris: Appulis impera bat. Subalpinas ẽt gentes quæ pedemontanę dicunt̃ ſui imperii & dictionis fecerat: quippe opulentiſſimus cui ampla & certiſſima uectigalia penderẽtur: pace magnificus & bello præclarus. præſenti itaq; ſuhſidio eos iuuare & defen dere facile poterat: quicũq; in illius fidẽ & poteſtatẽ ueniſſent. Ad hunc orato res imittunt̃: q auxilia peterent: deditionẽq; ſubinde pollicerent̃. Rex nullo fœdere facto ſtatim mille & ducentos equites ab neapolí dimittit: qui Genuã deuecti obſeſſos ſubleuant: atq; nuitãtes ita firmãt ut bene ſperare inciperẽt. Contra uero Gibelíni ueriti ne aduerſarii regio equitatu ſubnixi in ſtationes obſidentiũ eruptione facta inuaderẽt: relicto biſamne in ſuburbanũ Predís & montẽ Bernardí atq; Peraldí ſtatiua trãſferũt. Inter hæc Robertus quinq; & uíginti triremes agẽs aduenit. Erant cũ rege uxor & duo fratres: honeſtus prę terea ꝓcerũ ordo ꝓſequebat̃. ex aduerſum portus claſſis oſtitit. exceptus ma gnífice Robertus in ęde pdícatorię religiõis díuerſat̃. paucos poſt dies prętor urbis & pfecti duo Carolus & Gaſpar cõuocato in cõcionẽ ꝓ tẽplo díuí Lau rentii populo iuriſdictioní & poteſtati quã ꝓ auctoritate magiſtratus gere bant: renũciant. deligunt̃ ſubinde publici mandati domini: quos ſindicos ap pellant. cõſentiẽtibus ad unũ ciuibus deditio urbis Ioanní põtifici cũ hoc fa cta fuit: ut urbicí negocii oís procuratio penes Robertũ eſſet. æquius uíſum fuit diſceptante potentí & peregrino rege cauſas cognoſci & lites decidí q̃ ab domeſticis iudicia reddi: tum ẽt minus inuidioſum atq; ſalubrius rempu. ab externo adminiſtrarí q̃ prçfecturã urbis ciuibus ẽt per annuas uices cõmitti. Decẽ anní pſcripti fuere: ne ppetua forent ĩperia: quod ſi ante exactũ decẽniũ aut pontifex aut rex de uita decederet: qui ſupſtes alterí foret: is in demortui uices obiret. Duo uidebant̃ in regno cõſtituti: re autẽ ipſa omne publici ne gotii ius & arbitriũ unius Robertí erat. Poſt regis aduentũ a Florentino & reliquis qui in fide regiæ ſocietatis manebant ſup mille & centũ equites adue niſſe cõperio. Gibelinos defendebant & tuebant̃ imprimis Mattheus Vice comes: Canis Scaliger. Piſani & Veneti. Ambiguus erat Lucẽſis. Cæterum Robertus ſuſcepta urbis adminiſtratione atq; cuſtodia cũ auxiliares copiæ acceſſiſſent: cõicato cum primoribus factõis cõſilio exules aggredí ſtatuit: atq; triduo poſt nonas ſextiles ad quatuor milia peditũ diluculo in montẽ Bernar dí mittit. Senſere fremitum qui proxime montẽ excubabant: ſuosq; ex cõpo ſito per ſigna admonent hoſtẽ aduenìſſe. Cõfluunt illico cum ingenti pſidio Gibellinorum duces. pugna cõmittitur. ſagittis Lãceis atq; miſſilibus res ge ritur: locus item lapides pro telis ſuggerebat. Suſtinere impetum regii nõ po tuere. ita terga dant quos cedendo uſq; ad urbis portas exules ꝓſequuti. ceci derũt ex eis triginta equites & pedites trecẽtos. Ligures haud multi occubue

Roberti potentia

buere.nã exules in uictoria popularibus ꝑcentes in externos plurimũ deſeuie re.Repulſis intra mœnia aduerſariis domum extra portam Agnetis muni-tionibus & pręſidio firmatam ſubuertere parant:ꝑpinquam foueam in quã aqua defluebat primũ altius effodiunt:tum fundamẽta concutiunt:atq; per-fringunt:robuſtos ſtipites & tigna ſupponunt:ut ꝑcidens domus aduerſarios obrueret.Sẽſere Guelphi ex urbe terrã effodi:ſuppoſita ligna & arietibus fun damẽta diſcuſa ignorabãt.cuniculũ & ipſi occultũ agere inſtituunt.Tũc exu les ut illos in inſidias & exitiũ traherent pugnam cientes ꝑpius mœnia ꝑdi re & aſperioribus uerbis laceſſere:quod mœnibus ceu ignaui atq; imbelles ſe continerent.Rex indignũ ratus Vicecomitẽ ferocius inſultare coacto agmi-ne ad agnetis portã accurrit.foſſores ẽt circiter ſexaginta adduxit.ędem equi tes dimiſſis equis ſupra quinquaginta aſcenderant ſpeculaturi quid aduerſa rii molirentur.Emittit᷑ interim ab machina lapis:cuius ictu exterriti tum etiã miſſilium copia ſaucii quidã ad ima deſcendunt.Iam domus replebat᷑: quod conſpicati exules alterũ lapidẽ emittunt:lignaq; ſuppoſita ſubtrahunt.tũc la-pſa domus corruit:qua ruiua mortales amplius trecẽtos obruti fuere.Inducię mox ad eruenda cadauera factę. Poſt hanc cædẽ ad tẽplũ ſancti Bernardi eruptione Guelphi pugnauere:& quanq̃ multi utrinq; caderent ſopiores fere a certamine exules recedebãt.Interea Robertus a fœdere & amicicia Viceco mitis Canẽ Scaligerũ magna pollicẽdo ad ſe auertere tẽtat:dominiũ eius ter rę quę inter padũ & alpes poſita eſt illi ꝑmittit.Internũcius erat Franciſcus Turrianus.hic quia ex uſu ſuo erat Mattheũ a ſociis deſtitui illud opulentũ Aquileię ſacerdotiũ:quod inſtar regni erat:uni ſcaligerorũ ſpõdet.aliquot. n. annos illius ſaccrdotii ꝑpetua adminiſtratio penes turrianos fuerat. Oblatas cõditiones Canis abnuit.ubi Mattheus ſollicitari ad defectionẽ ſociũ & ami cũ reſciuit:extẽplo Gibilinæ factiõis ꝓceres in conciliũ uocat.Coiuere Sonci nũ oẽs.Ibi mattheus quanta Roberti ira:quantũ odii in uniuerſum Gibilinũ nomẽ foret refert.nouas amicicias:nouoſq; ſocios illũ quęrere:ut Ligure ſub acto & edomito:mox reliquos debellaret.Poſthęc priuatim quẽq; ſui periculi admonet:quod ſi incolumes eſſe uolũt:duce opus eſſe:quẽ inimico & arma-to regi opponãt.Cõprobauere qui in cõcilio erãt Matthei ſententiã:conſenſu q; oium Scaliger Gibilinę militię magiſter & pręfectus creatur.tum pecunię ad conducẽdos milites in mediũ haud grauatim expoſitę:mille præterea au rei mẽſtrui ꝑ uictu & cultu illi decernunt᷑.Ita Gibilinorũ res in ꝑſens ſatis fir mę aduerſus regis inſidias & arma exiſtimabant᷑.Cęterũ Robertus cũ ſocie tatis & fœderis cũ Cane ſpes fruſtrata cũ eẽt:exules qbuſcũq; cõditõib9 recõ ciliare cum aduerſariis tentat.reditum in patriam fortunas & bona reſtitui:& quẽ uoluerint locũ apud ſe pollicetur:ad quę omnia futura perpetuoq; manſu ra ſe fidei & fœderũ ſponſorẽ exhibet.Regi infenſiſſimo prę ſtudio leuãdę ob

fidionis liberandorũq; sociorũ fallaci: nihil fidentes oblatas condictiones omnino respuere. Tunc Robertus inuisus transpadano & Ligurí infidus Marco portis iminẽti Mediolanũ se inuasurũ minat: nisi q̃ primũ obsidionẽ soluerit: quẽ Marcus ita repcussit. Quid me his uerbis territas? Tũc Insubres aggrediéris & uastabis cũ Genuã libaueris. Interea sociæ ciuitates tũ p studio ptiũ quia multũ ab auctoritate & potẽtia Roberti & Guelphi nominis diminutũ iri uidebãt: nisi Vicecomitẽ a finibus liguꝝ summouissent: copias nouas summittũt. Cõuenere ad quatuor decim peditũ: equitũ fere duo milia. Tũc aduersarios & a mari & a terra aggredi Robertus cõstituit. Simon Turrianus Genuę forte erat. hunc cũ pte copiarũ nauibus ad Segestũ oppidũ transmisit. locus adoriẽdis hostibus opportunus unus erat. nã uicini littoris fauces & saltus fere Gibilinus ita muniuerat: ut nullus ad inuadẽdũ aditus daretur. Rex indigenã Guelphũ cũ ingẽti equitũ & peditũ multitudine agens ad Bernardi ædem & peraldi montẽ progreditur. Descenderat post meridiẽ in littus harenosum Simon. Occurrit ei Marcus cũ equitibus fere trecentis: quorũ impetum cũ Simon ægre sustineret in naues rediit: resumptoq; milite in hostẽ iterꝝ inuehitur. prœlium cõmittitur: atq; urgente equitatu rursus in naues Guelphi refugiunt. ancipiti marte depugnabant utriq;. Interea emissa de nauibus ingens sagittariorũ turba pugnam inuadit: & cũ haud pauci sauciarẽtur: de harena cedere Gibilini coacti præsidio & subitario opere regionẽ uici muniunt quã castellionũ uocant. tum descendens Guelphorũ equitatus sublato clamore in hostẽ inuectus claustra continenti impetu transcẽdit. In fugam Gibellinus uertitur. cædes ingens facta est. plurimi gladio cominus repugnãtes: alii in fuga occisi. fugientes Guelphus Cornilianũ usq; persequitur. finẽ persequẽdi superueniens nox fecit. Cæterũ Marcus ueritus ne hac clade accepta quidã a se deficerẽt cędere de suburbanis cõstituit. Nondũ enim duarũ familiarũ sanati ab iniuriis animi & uetere simultate uidebantur. Conradus Spinola regii exercitus ductor suspectos gentiles faciebat. ita noctu neq; conclamatis: neq; colligatis uasis abiit Marcus. Secuti sunt abeũtẽ exules cũ uxoribus & liberis & omni familia. Nonis februariis in littore & suburbanis pugnatũ fuisse traditur. p quod tẽpus niuibus & glacie circunctectus Appẽninus erat. quare multi mortales tum metu cõsectãtis hostis: tum sęuiẽte hyeme periere: præsertim pueri & feminæ miserandũ in modũ absumpti sunt. Buzalã plurimi petiuere. inde ne ab aduersariis opprimerẽtur Litauiũ & Gauiũ: quę duo oppida fidi & fortes amici incolebãt se recipiunt. In statiuis & suburbanis arma & pciosa multa inuẽta. nanq; exules septẽ menses quo tẽpore aduersarios obsederant a nauigatione commutandisq; mercibus nunq̃ destitere. Victor Guelphus ingẽti pręda potitus ab odio studioq; uindictæ ædificia omnia Buzalã usq; succendit protinusq; lætus cũ exercitu præda onusto domũ reuerti

tur. Genuæ pro rebus prosperè gestis omnia lætitiæ plena & gratulatõe erãt. Supplicatiões indictæ. Rex & uxor cũ primoribus factionis deũ templa pie & reuerenter salutarunt. Procedebant religiosorum chori psallentium & grates deo agentiũ. Cineres Baptistę Ioannis: & siquid reliqui diuorũ in urbe colitur: id omne ex ordine pompæ circũlatum per urbis regiones & phana fuit. Summoto ex obsidiõe Marco Aurius & Spinola omni penitus simultate deposita concordes fiunt. Trepidabat & in Longobardis & Liguribus Gibellina factio. in supremũ discrimẽ res uenisse: regem ab uictoria insolentẽ & elatũ transappenninũ copias ingentes misisse: atq; in patente campo acie cum Vicecomite dimicaturũ. Si Marcũ superasset: aut illũ in custodiã ex uinculis Genuam mitteret: aut Padũ transgressus omnia Mediolanũ usq; populatus; nullasq; esse copias: quæ illi resistere possent, populos circũpadanos ceu profligatũ bellũ foret respectu pristini imperii ad Robertũ defecturos. Ita Mattheũ & socios in suis defendendis occupatos nequaquã de subleuãdo aut restituendo in patriã exule uires aut animũ habere. Dum his sermonibus talia iactantur: Legati externę opis gratia implorandę in Siculos & Constantino polim mittũtur. Perstabat in animo Federici ira & ulciscẽdi Roberti cupido: q̃uis dũ bella cõponuntur sororẽ illi in matrimoniũ tradidisset. societatem & amicitiã cũ Andronico patre iniri in primis curabat Theodorus qui nuper ex testamẽto auunculi montẽ Ferratum obtinuerat. Ita duo reges Federicus & Andronicus haud inuiti in societatẽ gerẽdi belli aduersus Robertũ ueniũt. prẽterea Ioannes Henrici filius idẽq; Bœmorũ rex: tum quicũq; in Italia Hẽricũ sequuti fuerãt. Hi omnes Mattheũ & extorrem Ligurẽ fouebant. Petitã a Venetis pecuniã comuniter ab Andronici & Matthei oratoribus inuenio. siquidẽ in actis senatus adhuc responsum manet quod patres Veneti dedere religioso uiro Cisterciensiũ religionẽ professo quẽ Mattheus cũ palcologi oratoribus Venetias miserat: Venetos ob antiquã & magnã cũ Mattheo amiciciã illi morẽ gesturos in iis præcipue quæ ad regnũ tuendũ pertinerent. Cetera pecunia si qua publicitus seruaretur: eã ita obstrictã esse: ut nisi sępius in curiã uocatis pribus rogatisq; sẽtẽtiis erogari extra usus publicos nõ posse: neq; pati ærariũ in psens aut largitionẽ aut pẽsionẽ aliq̃ pecuniæ: & si uectigalia & portoria urbis magna forent: tamẽ quia Turcæ traiecto Heleſponto oram Traciæ & Grecię continuis excursionibus atq; populatiõibus uastarẽt: affatim militibus & classiariis stipẽdia ad eam tuendã persolui oportere. Quare ignoscant Mattheus & imperator si pecuniã denegamus. honorifice in eo senatus decreto Veneti de Mattheo loquũtur: quippe significãtes aliquid beneficii interceſſiſſe. Quid enim tantũ honoris illi deferrẽt: aut ambitiosa excusatione uterẽtur: nisi eos Vicecomes singulari beneficio promeritus foret? Vt supra memorauí sub annos domini ducentos nonagintasex Venetus & Genuẽ

sis naualibus prœliis pene ad occidionẽ decertarant: componendæ inter eos pacis Bonifacio pontifici & philippo Francorũ regi arbitriũ primũ permitti tur. Sed flagrantibus ira animis frustra a pontifice & a rege de pace actum fuit. Mattheus mox inter eos disceptator assumitur: qui ut erat utriusq; animorũ prudens: extẽplo haud iniquis cõditionibus finẽ armis imposuit. ita de inceps Ligur & Venetus prudentiã Matthei maxime admiratus illũ præcipuo in honore habuit. Leuata obsidione Genua Marcoq; trãs appẽninũ sum moto res Guelpha in Liguribus satis a ui tuta existimabatur. Ergo dũ exules auxilia implorant: nouasq; faciũt societates: Robertus in gallias proficisci constituit: triremes septẽ parãtur. tũ onerariæ aliquot naues ad cõmeatus de uehẽdos: siue præsidia aduersus hostilẽ classem cõportari oportuisset. Tertio calendas maias ab ligustico littore soluit Auinionẽ petiturus: relicto custode urbis & defensore factionis cũ ingenti equitatu & peditatu Ricardo Gambatesa quẽ supra transcendisse alpes narrauimus. Scribit quidã classem mul tarũ nauium a Roberto post Marcũ & exules fugatos imposita multitudine mercenariorũ militũ de portu genuensi ad obsidendã Sauonã emissam: atq; inter nauigandũ oppidulum quoddam exules qui Sauonæ erant accurrentes continuo recipiunt. ita classis nulla re edita & sine effectu Genuã reuersa est. Gibilini uero nauigante in Gallias Roberto Sauonę triremes sex parant & instruunt. Conueniũt eo littoris accolę factioni addicti. diluculo soluentes Genuę portũ inuadũt. Stabat forte in anchoris oneraria nauis mercibus plena: in britannos & ad Rheni hostia nauigatura. eã intercipiunt: & ad illicis castrũ in orientale littus deducunt. Interea Marcus eorũ fines populatur: qui cis alpes ditionis & imperii Roberti erant. noctu Hastenses aggressus est. in fossam urbis iã quidã sub ortu solis descenderant: ualloq; refracto urbẽ ingredicbantur. Accurrere oppidani: mœniaq; ascendẽtes deiiciũt. Erant cũ Marco exules cũ quibus coniurauerant ciues quidã: Marcũq; uocauerãt: ut illius præsidio domo pulsi in patriã reducerẽtur. detectis insidiis atq; dolis Marcus in Alexandrinos reuertens Gamalerium (hoc oppido nomen est) per uim cœpit. Iam ad Mattheũ Veronensiũ auxilia uenerãt: cæteriq; Gibellini proceres pro facultate & opibus milites miserant. iustus erat exercitus: reparatæq; uires. Marcus dux eligitur: & haud cunctãter superato Appennino in portiferę uallẽ descendit. Obarmauerãt Sauonæ & in propinquo littore extorres duodeuiginti triremes quibus Conradũ Auriũ prefecerant. Tertio nonas sextiles soluentes ex aduersum portus in ancoris constitere. Aduersarii naues instructas ẽt & ornatas habebãt. cadẽ utriusq; classis signa. ex muris quoq; eadẽ uexilla cũ imagine diui Georgii ostendebãtur. Tunc ancipiti hoste ab terra Vicecomite a mari ab exulibus Genua premebatur: & quod atrocissimum erat: miseri ciues inexpiabili odio agitati de uita potiusq; de principatu & Statu

rerum dimicabant.Suburbana ad promontoriũ usq; phari pertinentia Marcus cũ peregrino auxilio & manu exulũ obtinuerat. Guelphi Turrim quam diſiectã diximus opere & munitione temporaria reparauerant:ut in eã receptí ingruenti aduerſario reſiſtere ualerẽt.ita munitionibus ad repẽtinos incurſus uterq; defenſus:alterũ telis laceſſebat.Inter hæc claſſem in littore urbano Guelphus inſtruit:cui Gaſpar Grimaldus præficit.hic ſtatim ſublatis ſignis ad extremã molis partẽ:ubi ſtatio ab euro & auſtro tuta habetur progredit Onerariq; fere erant triremes quas catenis ita obligauerant:ut connexq; aduerſarioriorũ incurſus ſuſtinerẽt.oneraria prętera deiicitur nauis ingẽtis magnitudinis :quam ſagittariis & nauali turba oppleuerant.tali modo parata claſſe appropinquantes hoſtes poſtridie adoriri ſtatuerãt. pręoccupauere cõſilia & conatus Gibellini .nãq; pridie eius diei ſex celeres naues longas inſtruunt: expeditoſq; propugnatores imponunt.tũ a cætera claſſe digreſſi:tres hoſtiũ triremes inuadũt.Impetũ remiges & nauales ſocii ægre ſuſtinebãt:iamq; opprimebãtur.ita partim in mare ſe præcipitãt:quorũ maior pars in propinquũ littus euaſit:alii cũ nauibus captí ad hoſtilẽ claſſem adducunt. Obfuit concatenaſſe nauis .diſtabãt paulo longius neq; expediri aut a remigibus incitari abſq; molimine & mora potuere.amiſſis nauibus cætera claſſis in angulũ portus reducitur:& ne repentino incurſu opprimi poſſet:circunclúditur.eadẽ itẽ die terra pugnatũ fuit.iuga & arcẽ Predis:tũ,ppinqua prætoria aggrediũtur exules.loca pręſidio munita erãt.Poſt acrem pugnam Gibellinus amiſſis multis reiectus eſt. inde turrim quam nuper a Guelpho inſtauratã diximus oppugnare nititur.defendebant eã Guelphi.conſtans erat obſidio.nulli commeatus importari:aut remedia uulneratis afferri poterãt.prętera ſoluẽdę obſidionis nulla uia erat.Ita cuſtodes magna ex parte ſaucii alimentiſq; defecti: turrim per cõditiones Gibellino dedunt.Tunc Guelphi in iugis Peraldi ſupra templũ diui Bernabę caſtellũ excitant:quod Caſtellatiũ dixere:nomẽq; uſq; in hęc tempora durat.exules quoq; ex aduerſum intra cõiectũ ſagittę in imo iugi ligneũ caſtellum extruunt:opportunoq; pręſidio muniũt.ita tutus uterq; pręſidio loci utrũq; ſagittis & ſaxis infeſtare nõ deſiſtebat.quod e ligno cõfectũ erat caſtellũ:Lapide deinde conſtructum Baſtiæ appellationẽ tenuit. ita fere per Septembrẽ mẽſem in ſuburbanis & ualle biſamnis Ligures tum gẽtili tum adiuncto mercenario milite ſe conficiebãt:ędificia prętera & operoſa prętoria ardentibus in uindictã animis ſubuerſa fuere.Ad portũ delphini per eos dies cędes facta eſt.portũ Guelphus occupauerat:ibiq; duas naues frumẽto ac cõmeatu onuſtas habebat.nauigationi tẽpus opportunum expectans.exules cũ id reſciuiſſent naues expugnato portu intercipiũt. Ccidere utrinq; plurimi.domus circa portũ poſitę ſpoliantur :atq; incenduntur.ita per totam fere hiemẽ a mutuis detrimentis Ligur nõ uacauit.Dum in littore ligu

Caſtelletũ

Baſtia

ſtico Marcus Vicecomes Genuã & regale pręſidiũ obſidet:Baucius quẽ rex ciſalpinis amicis & Subditis præfecerat ſuo pręſidio & uoluntariorũ multitudine nixus oppidũ in radicibus montis:quod Nouas appellant inceertum uí an uoluntate colonoꝝ obtinuit. Tum uero poſtridie calendas decembres eã partẽ Alexandríę quæ trans Tanaꝝ accolitꝫ prodẽte Bonifacio ab alice recepit:Bergolium dicitur de nomine uidelicet ueteris uici:quẽ ante conditã Alexandriã coloni tenuerant. Grauior in dies genuã obſidio premebat. Circũuẽti erant ab terra & claſſe Guelphi:atq; prę inopia uictus cũ abſumpta cętera eſſent equis mulis & id genus ſarcinariis iumentis ueſcebãtur. Leuare famem difficillimũ erat repellere exules aut uiam ad cõuehendos cõmeatus aperire non licebat. Auxiliarii milites ad exules undiq; confluebãt. Mittitur interim Simoninus Turrianus ualentiũ:cum ſexcentis equitibus. nullus illi obuiã ire Bergolio recepto poterat tum per pontẽ traiecto exercitu Lomellinũ omnẽ agrum:& eos uicos qui inter Padũ & Ticinũ accoluntur:excurſiõibus populatur. hoc ideo faciebat ut Marcum ab opprimẽdo Ligurę ad ſua tuẽda auerteret. Ceterũ Luchinus Matthei filius in prædatores effuſius omnia uaſtãtes irruit:multoſq; pręda onuſtos cecidit:alios ſpoliat. Turrianus fugiens Bergoliũ repetit. Baucius occubuit. de cuius cede ſcriptores uariare uideo. In annalibus mediolanẽſiũ ꝓditũ eſt cũ Padũ regii traieciſſent:& a populatõe prohibiti ad fluuiũ ceſſiſſent Baucius Bergoliũ ſe recepit. Inopia tũc lignorũ laborabant oppidani. In lignationẽ itaq; ad propinqua nemora is exiit. Forte Luchinus Vicecomes aduerſus lignatores profectus erat. pugna cõmittitur:hui proſtratus Baucius occiditur. captus eſt Bartromolus illius nepos:q mox mediolani in cuſtodia diutius retentus fuit. Cæteꝝ Ventura ſcribit a Marco regios deuinctos dũ ad montẽ caſtelli ſiue populationis ſiue lignationis gratia Bergolio egreſſi forent. Agebat tunc forte Marcus Alexandriæ: & priuſq; Baucius propinquos colles conſcenderet campeſtri in loco pugna facta: ibi amplius uiginti uulneribus is confoſſus cecidit. petẽti Haſtenſi corpus cõceſſum. Luxere hoiem uiri piter & mulieres:nãq; exulũ & aduerſariorũ uim & iniurias frequenter is propulſauerat & a populatione coercuerat. Ergo honorifice ob uirtutem & beneficia quę populis contulerat Haſtæ ſepultus fuit. Ego magis illis aſſentior qui a Luchino ceſum hominẽ ſcribunt. Nam Marcus in obſidione genuæ perſiſtebat:quã relinquere ex uſu tantæ expeditiõis nõ erat præſertim cũ id temporis fame urbs laboraret:& ſub ipſis mœnibus aſſidentes gibellini aduerſarios acriter premerent. Pugnę itẽ erumpente in ſtationes guelpho frequentes fieri ad montẽ Bernardi & peraldi pedites guelphorum aſcenderant:iãq; iuga tenebant. irruente aduerſariorũ equite & pedite multis occiſis deiiciuntur:& haud ita multo poſt octo exulũ triremes urbano littori continenter:obnauigantes duas naues in portu aggrediuntur: quarũ alterã

iniecto incendio cremauere.altera absumi non potuit.propinquæ triremes & cętera nauigia præ metu ingruentiũ aduersariorũ a remige & defensore deser ta capiũtur.Hac ignominia maxime irritata plebes fuit:quod sub oculis na ues consumptę:alię etiã captę forent.damni pręterea impatiens Spinolarum & Aurioꝝ domos inuadit:direptasq; succendit Atrox uisa est ultio uel magis crudelitas.ita plerisq; ad extinguenda incendia accurrere.Verũ priusq̃ reme diũ malo afferri posset domus cõflagrarũt.Scribit Ventura ruina & direptio ne ædium non exaturatã plebẽ ad proscribẽdos ciues animũ cõuertisse: quo furore circiter duomilia ciuiũ ꝓscripti fuere.Mari per ea tempora potius prę donũ q̃ hostili more damna sibi inuicẽ Ligures inferebant nã nunc per litto ra excurrentes prout naues aut triremes nacti erãt:eas expugnabãt:prædam secũ auferentes:alias adurebant. Aduenere per ea tẽpora decẽ guelphorũ tri remes mercatoriæ a Bisantio: quæ præter merces frumenta etiã & cõmeatus aduexere.Ea res plurimum obsessos subleuauit.Premebãtur inopia rei frumẽ tarię.uix octoginta frumẽti modii ex descriptõe in urbe reperti erãt. Adiiciũ tur decẽ triremibus sex & uiginti:quaꝝ pręfectus Raynaldus Grimaldus Sa uonã uersus nauigat.exules classem instructã habebant: portũ que nescienti bus aduersariis ingressi ex aduersum urbis eõsistunt:mœnia oppugnant.Spẽ conceperant per uim potiundæ urbis.Resistebãt fortiter urbani ita ab oppu gnatione discedentes naues sale onustas diripiũt.Marc infestũ omnibus erat maritimã oram domestica classis populabatur . Externus predo Liguri cõso ciatus & in altum prouectus quancunq; nauim obuiã habuisset:eam sine di scrimine diripiebat.neq; cessabant a terra pugnę dum edita montiũ ille expu gnare hic defendere nititur.Flagrabant in uindictã animi:& nisi cæde ingen ti facta a certamine discedere neuter uolebat.Per ea tempora ex auro nũmus percutitur:qui tertiã partẽ & interim quartã eius ualeret nũmi qui florenus a florentini populi nota dicit . Ita denarius aureus in tris partes magno ex usu soluendæ mercedis emendarũq; reꝝ diuisus fuit.asses præterea ex ęre quibus minimũ argenti mixtum esset feriuntur.nota grifforũ ex una parte inde grif foni dicti.ex altera uero crux expressa:hodieq; quãtũ accipio in appuanis Li guribus pueri ceu ad casum aleæ asses in sublime iactantes crucẽ aut griphẽ exclamant .Inter hęc Federicus pro societate cũ Vicecomite & sociis institu ta i Sicilia quadraginta naues longas instruit:atq; parat:quæ ad orã liguslicã gibellino auxilio uenirẽt.Exules itẽ Sauonæ Viginti triremes instruxere quę aduentanti Siculo cõiungerentur.debellataq; siquã in mari hostilẽ nauim na cti forent:quicquid littoris Guelpho studeret populariẽtur:& propius Genuã accedentes aduersarios per iniquas conditiones ad deditionẽ cõpellerent.Cę terũ qui in urbe erant rati magis ex usu suo inimicã classem longius a littore patrio summouere naues partim onerarias:alias actuarias expediunt:impo-

ſitoq; prefecto ut in Siciliã uerſus nauigaret mãdant. Inſula eſt ex aduerſum cãpani littoris pontia noie. huc forte utraq; claſſis applicuit. facile erat cõgredi. a pugna utriq; abſtinuere: qppe periculũ naualis certaminis facere nõ auſi. Gibellinus numero nauiũ & uirtute militũ prẽſtabat. ad ſubutbanũ itaq; littus & in ipſo portu grauiorẽ cladẽ inimicos accipere exiſtimauit. ita ſublatis anchoris uela facit: protinuſq; in conſpectũ patrię adnauigat. Inſequi Guelphus noluit. nanq; remigibus tũ naualibus ſociis adhuc ſtipendia ſoluta non erant. Cibaria ꝓterea deerant: quare Appulus & Calaber qui in claſſe merebant in terrã expoſiti ad ſuos qſq; dilabunt. Nudata claſſe metu hoſtiũ guelphus Genuã nõ rediit. Inter hæc Matthe⁹ut opes Roberti & Guelphoꝝ undiq; oppugnaret Caſtrutiũ interminellũ: qui nup Lucã per tumultũ obtinuerat magna pollicendo etiã reſpectu factõis ad bellũ concitat. hic cõtinuo tum tumultuariis copiis: tũ etiã milite conſcripto quantũ maturari potuit contra fœdus & cõuentiones cũ Florentino initas: primũ uicinos Hetruſcos qui in fœdere & amicicia Roberti erant: hoſtiliter inuadit: ferro & igni cuncta euaſtans: mox in ligures Apuanos arma cõuertit. Iam oram oẽm maritimã quæ ad orientẽ uergit: & ſi quos repugnantes offendiſſet eos primo ipetu debellauerat. Agebat ſecũ ultra duodecim peditũ milia: eqtes uero qngẽtos. In extremo diſcrimine Ligures Guelphi erãt ſi ꝓpius Genuã Caſtruci⁹ acceſſiſſet: & Marco Vicecomiti atq; cũ exulibus cõiũctus foret. Genuę trepidatũ tũc legimus. nã preſidiũ intra mœnia haud ualidũ erat. Cõſcẽderat iuuẽtus triremes in muris & urbano milite ſpes parũ firma erat. Ita fauces montiũ qua hoſtis irrupturus erat munitionibus firmare & interim obſtruere parãt. Ad maturã dũ opus acceſſere nobiles matronę & Sacerdotes. ita breui calce & lapide murus extruit. ꝓpugnacula circa urbẽ & in portu: tũ ẽt turres excitatę. excubię in mœnibus & ad cuſtodiã portus diſpoſitæ. Interea Florentinus ne plus hoſtiũ afflicto in Liguribus Guelpho aduerſus ſe fieret: ne ue ſocios & amicos quando coniũcta pericula forẽt deſeruiſſe uideretur: milites cõparat. Acceſſere uicinaꝝ urbiũ auxiliares. Ita cũ iuſtus exercitus eẽt: Lucẽſes fines adortus ingẽtia damna pupulatione: & excurſiõibus infert. Caſtrutius relicto ligure ad ſua tuẽda reuertit. Inter hęc Siculoꝝ & exulũ claſis ad biſamnis littora appropiquauit: expoſitiſq; in terrã militibus munitiões ſubuertere aggrediũtur. Secũ ferebãt tabulas ligna arũdines & id genus materiã: quæ cõplẽdis foſſis idonea exiſtimabant. Duplices atq; iterim triplices erãt foſſę: quarũ primã iecta materia trãſgrediũt occurrẽtes aduerſarii fortiter reſiſtũt. preſens piculũ uiros & mulieres obarmat: religioſi uiri ẽt ꝓ patria arma ſumũt: pugna nũq; intermiſſa ab hora diei tertia uſq; i ſolis occaſum fuit. urgebat utercq; alterꝝ cedẽti terribilis. ultimã fatigationẽ aut noctẽ expectabat. anceps certamẽ ſtabat neq; ab ulla ꝑte recurrebat. in eo momẽtũ pugnę poſitũ uidebat: nãq ſupę

rior fuisset is aut patria potit⁹ foret: aut cōpulso ad quas uoluisset ꝺditiōes ad uersario finē armis fecisset. multitudie sagittarioꝝ supior erat Guelphus. Cōfo diebant⁹ sagittis Siculi: qui multis suorū sauciis: atq; amissis postridie naues cōscendunt in Siciliā uersus renauigaturi. Tūc Guelphus diu obsessus gratu labundus totā diem deū tēpla salutauit: uota soluit: plausu atq; lætitia tū piis uocibus grates deo agēs: moxq; Carignanū quatenus ad bisamnē ptinet mu nitionibus & operibus cinxit: atq; castellis firmauit. Interea Robertus audi to quod suæ & Guelphorū triremes cū exulibus confligere ausę nō essent: pe cunias exponit: nouasq; triremes armat. Sexdecim numero erāt. Eas ab Nar bonensi gallia in Liguſticā orā mittit: quæ iis cōiunctę quę præ metu hostiū retro fugerāt: Genuā uersus maturauere: liguſticūq; oēm tractū excurrētes: si quid gibellino fauebat: id omne diripiūt: & succēdūt. Clauerū oppidū cultō res aduersariis ipares deserūt. Inde ad orientale littus nauigātes munitōes & opera quę Gibellinus ad arcendos hostes fecerat demoliunt⁹. Marcus interea milites atq; exules a pugna & a certamine ad opa traducit. uidebat obsidio nē nouo p̄sidio & classe aucta diutius tolerari posse. Templum sub noie diuę Sabinæ muros attingit. inde clā cuniculū agere instituit. iam aliquot dies & noctes cū in opere essent terrā egerentes ꝓpius urbē accesserāt. Re cognita guelphi expauere ita ueriti ne subruto muro facta in urbē uia foret. fossam & ipsi intra murū e regione eius operis quod aduersarii egerāt ducere instituūt: & cū ad eam altitudinē pueniſſent quāta cuniculi esse poterat pluribus locis admotis auribus sonitū fodientiū captabant: quē ubi acceperūt aperiūt rectā in cuniculū uiā: neq; id fuit magni operis: muros suffoderat Gibellinus atque subiectis tignis fundamēta suspēderant: ibi cū opera cōmissa essent: atq; a fos sa ab urbe in cuniculū aduersariorū pateret iter: primo ipsis ferramētis qbus in opere usi erant: deinde cū celeriter armati subiissent occultā sub terrā edide re pugnā: quæ tamen segnior deinde facta fuit: nā Guelphi ut sine uulnere & sanguine instantē aduersarium conficerent: aquā per fossam in cuniculū dedu cunt rati futurū ut diluuio opera subuerterent⁹: magnaq; pars pugnantiū ob rueretur. Cessere continuo inundationi qui in cuniculo erant. furculas tamen succendunt. ita murus absumptis sustentaculis rectus & integer desedit: qua si propugnaculū eorum qui in ciuitate erāt: atq; oppugnantibus oppositus il lum continuo Gibellini disiicere aggrediuntur: & haud ita multo post diui sus atq; discussus procubuit. prostrato ea in parte muro trepidauere Guelphi. aditus in urbem aduersariis factus erat. Statim in agmen coacti exulibus se opponūt. ascēdētes deiiciunt. urgebant aduersarii. acrius eo in loco sine respi ratōe pugnabat⁹. In suo q̄sq; loco obnixus urgētes sustinebat. uterq; debellatū in ea oppugnatōe cernebat. Guelph⁹ fortissime restitit: neq; a certamie cessit priusq̄ murus alter ꝓ diruto obstructus fuit: nihil arcēdo hosti prętermissum

fuit.iam ſuperior in prælio Guelphus erat.ita ab oppugnatione exules deſti
tere.obrutos aquis & cæco marte multos exulũ occubuiſſe tradit.fuitq; incę
ptum illud conatu q̃ effectu grauius.Marcus cũ fruſtra multa tentaſſet:rc in
fecta exercitũ cis appenninũ reduxit.Scribunt quidã poſt hunc diſceſſum a
Mattheo cũ Andronico & Siculorũ rege fœdus & ſocietatẽ initã fuiſſe. Ego
magis iis aſſentior qui ſuperiore iactura ad noua fœdera:peregrinaq; auxilia
Mattheũ confugiſſe tradunt.Hac in pte neſcio indiligentiæ ne Blondum an
magis inuidiæ arguã.Delibat neſcio quid de diſſidio & inteſtino certamie Li
gurũ:& item de aduẽtu Roberti ad ſocios.De Marco Vicecomite cuius du
ctu bellũ illud Liguſticũ geſtũ fuit:nullũ uerbũ facit:ſed magis uidet gloriæ
Vicecomitũ inuidiſſe.Verba adducit Franciſci Petrarcę ex epiſtola ad ducẽ
genuenſiũ:in qua mentio clara & aperta de auxilio Mediolanenſi habetur.ita
excurſa ri non põt:cũ ſemet facti ipſe admoneat.Sed maius erratũ deprehen
dimus.Confundit tẽpora:& rerũ ordinẽ peruertit:tum ẽt omnia in tranſcur
ſu enarrat:ut uix queas diſcernere quibus ducibus:quibus ue locis geſtę res
fuerint.uix res ſimul coherẽt inter diſtantia temere:& adeo abruptus ſit tran
ſitus:ut lector fere in omni expoſitõe ambigat.præterea de fœdere inter Gibe
linos icto nihil loquitur.In Mattheo aũt & filiis peregrinus uidetur:& dũ ſi
bi nõ conſtat:fidẽ cõſcriptioni ſuæ abrogat.Scribit hanc pugnã in ſpecu fa
ctam cũ Robertus genuę eſſet:qua uictoria regẽ elatum Sauonã nauigaſſe
urbemq; gibellinis pulſis obtinuiſſe:cũ multo ante Robertus in Gallias pro
fectus foret ad pontificẽ Ioannẽ neq; gibellini mari ceſſerãt. Immo onerariis
nauib9 atq; triremibus quocũq; libitum fuiſſet adnauigabãt: aduerſarios cõ
ſectantes.Sauona in exulũ poteſtate erat:mutuis quoq; detrimentis uterque
nunc predonum more:nunc aperto in mari certamine ſe cõficiebat.Hęc par
ticulatim referre a preſenti expoſitione non admodum alienum foret: niſi ad
finem propoſitę narrationis feſtinaremus.Interea Robertus inſtare apud põ
tificem:ut genua obſidione liberaretur:nam & ſi mari terraq; aliquando ſupe
riores regii fuiſſent:ęgre tamen obſeſſos aduerſus Marcum & exules durare
poſſe:ita quacũq; uia ſuccurrendũ illis eſſe:pontifici melius uiſum ex auctori
tate apoſtolica:& metu execrationũ potiuſq; armis Vicecomitẽ ab obſidiõe
amoueri.Mittit Beltrãdus cui cognomẽ a porreto erat ſub titulo ſancti Mar
celli preſbyter cardinalis i ciſalpinos gallos.Haſtã cũ ueniſſet:cõfeſtim Mat
theo & filiis execratões horribiles minari cœpit:niſi genua & finib9 abſtincãt.
Adhęc Mattheus ecqd rei põtifici in Liguribus:quãdo Genua & cæteri Li
gures iperatorię ptãtis & ditiõis nõ põtificii iuris eſſent. Tũc põtifex regulũ
de galliis ad Italos mittere cõſtituit.regis frãcorũ frater erat Philippo nomẽ.
hic accepta a Roberto pecũia milites oduxit:alpeſq; trãſgreſſ9 Haſtã primũ
uenit.Octingẽtos eqtes ſecũ ducebat.Suſtitit aliquãtiſp in ſubalpinis: donec

Blondus car
pitur

Carlotus Caroli fratris filius & Bardꝰ Margolius comes Rosii:gallicas hi ca teruas agebāt:alpes transcēdissent.Forte p id tēpus Vercellenses graui odio & ciuilibus armis agitabantur.Simon Aduocatus cui Collobiano cognomē ab oppido erat:inter Guelphos princeps & domi potens:ticioni infestus alte rā factionem patria ac finibus pellere annitebatur.Gibellinos Mattheus Vicecomes aduersus impetū & arma Simonis defendebat.Inter hęc Florentini cognito quod ab alpibus copię francorū aduersus Vicecomitē descēdissent: milites conducunt.Acceſſere ſociorū pręſidia:ſupra mille equites coacti erāt. peditū maior numerus.Hi ad inuadendū ab Appennino Vicecomitē mittū tur:aut Philippo ſi poſſent:coniungerent.Cęterum Philippus petente Guelpho qui ticioni reſiſtere nō poterat:Vercellas nō expectatis ſociorū & pręci pue Hetruſcorū auxiliis contendit.Iam enim copię ex Hetruria iter ingreſſę erant.homo natura alioquin ferox & audax:tū robore ſuorū fretus nō ſatis explorata locorū natura atq; ſitu inter Nouariā & Vercellas in loco:quē Marceram uocant:caſtra locat.oppugnabat Mattheus Aduocatos.Venerant ad eū auxiliariæ copiæ Caſtrutii Aretinorū atq; etiā ſi qui Cęſarū partes ſequuti fuerant.hi quos poſſunt milites ſummittunt.Erāt tunc in Italia Germani qui ſub Henrico ſtipēdia fecerant.Hos Mattheus ad ſe traxit.Luchinū & Stephanū exercitui præficit:atq; obuiā Gallo mittit.Galeacius ne in diſcrimine patris ceſſaret placentinorū iuuentutē raptim armat:& quos pōt milites contrahit:atq; ita ſubitario comparato exercitu Vercellas uerſus ad fratres matu rat.Philippus ubi aduentare hoſtē cognouit ultra ꝓgreſſus aciē cōtinuo patēte in cāpo explicat ſtatim cōflicturus niſi certamē Vicecomites detrectarē t. biduū ſine prœlio uterq; peregit.præſtabat Vicecomes militū numero locoꝙ præterea prudens:armorūq; exercitatio illi maior.Facile erat peregrinū exercitū rerum inopem fame & inedia conficī.ſatius tamen uiſum fuit conditionibus bellū cōponi q̄ fortunā tentare:aut nudū atq; lacerū barbarū dimittere. Iam cōmeabant nūcii p quos de fędere & pace agi.cœptū cōditōes ſatis tollerabiles utrinq; offerebant:q̄q̄ Philippo deterior res eſſet.in colloquiū itaq; duces ueniūt.tūc prior Galeacius cur patrē & nos armis laceſſas:regnoq; extur bare pares:nihil cauſę ſubeſſe uideo.nullū eſt odiū:nullę ſimultates.non res raptę repetunt.nō iniurię.nō maleficiū interceſſit:qd bello ulciſci uelitis.imo lōga iam amicicia nunq̄ intermiſſa:ſed beneficiis aucta.Reges Gallorū pater & nos filii ſummope coluimus:tū uero q̄ gratū regi fuerit qd ceu ex illius opinione atq; obſeruātia res noſtrę pēderēt in gallias ad illū ſalutādū uenerim. Declarāt munera & militaria ornamēta:qbus a patre ſpectāte fere uniuerſa gallia donatus fui.fratrē Carolū q nūc regnat āplius uigintí abhinc ānos Romā piaculi gratia petētē:quo.ſ.tpe primū uenia crimínis & expiatio ſceleꝙ tēpla apoſtolorū religioſe ſalutātib9 a Bōifacio pōtifice oceſſa fuit:pr̄ Mediolāi

honorifice & comiter excepit:muneribus abeuntē ꝓsequutus:ad iter quoque opportuna habūde suppeditauit:cur arma inferas:inimicis auxilio sis:finesq; nostros hostiliter inuadas:quādo nullo nostro crīe adhoc cōcitatus fueris:qd hic cū tua bōa uenia dixerim:iniurius ꝓfecto es & iniquus:nisi forte dicas pō tifici summo parendū esse:quo iubēte alpes superaueris:nos quoq; adoriaris. Sed q̄ iniusta sint arma q̄ q; ab iustitia & fœderū iure pontifex absit: attende quęso. Affectat hic Italiæ regnū nullū honestum titulū cupiditati ꝓtendens: atq; per ciuilē sanguinē nephariaq; arma nos domo patria & principatu euertere conat̄. ꝓcurationē in Longobardis Hēricus iperator nobis tradidit Cæsarū ornamentis legitimo & solēni titulo Romæ p legatos annuēte pontifice insignitus. Mortui acta idē Clemens Henrico amplius annū supstes nunq̄ rescidit. Ita pmissu pōtificis & iussu Cæsaris rē Mediolanēsem & cęteras urbes ꝓcuramus. Genua extorres quos populariū insidiæ & maleficia domo eiecerant opē nostrā iplorantes iuuimus:ad peregrinū regē externaq; auxilia altera factio cōfugerat. ꝓ dominatu hi:exules ꝓ recuperādis suis atq; domo certabāt:tot cæsis in suburbano littore & in mari:tot cladibus utetq; Ligur se affecit:ut magis de uita q̄ de potentatu dimicatum dicas. durat insanabile odiū. dominādi amor & rabies tot cædibus tantis detrimētis saturari nō pōt. postremo execrationes detestandas nobis ille pontifex minat̄:& qui pastor in sede Petri sibi cōmissum gregē custodire & seruare debet:is nos ab se reiicit:& a cōgregatione piorū uelut abominatos exterminat. parere illius māda tis parati sumus:si inimicorū libidini nos subiicere:principatu deiicere:nomē fortunasq; nostras pdere nō studeret. Hāc infestā pontificis irā & sæuā dominādi cupiditatē non urbes cædibus & exilio ciuiū fere exhaustæ:non funesta bella in quę populos cōcitare nō desistit:nō deniq; quod supplices aliquando ueniā & pacē petiuerim9:mitigar̄ aut lenire pñt. illi obtēperare parati sum9: mō tuto domi uiuere liceat:& ne in ordinē deducamur ad eorū ludibria q patrio solo nos euoluere conantur:atq; ut credas:quę nunc dico re ipsa pręstare uelle:iam fratre aut te disceptatore de iis quæ in controuersia:cum Pontifice sunt:uti uolumus:auctoritatem uestrā nunq̄ diffugiemus:stabuti eo quod cēsueritis. & de impotenti pontificis ira satis dictum. Ad te nunc Philippe me conuerto. An non uides in quę te pericula pręcipitaueris. dum sociis ꝓperantius opitulari studes:in terram magis inimicam quam pacatam ueneristi. castra parum curiose posuisti. infesta habes omnia. nostræ circunstant acies altero tanto maiores quam tuæ. rerum te premit inopia. nobis comeatus abūde suppetunt: neque manendi:neque abeundi copia tibi adest. Licuit ut primum in conspectum uenimus:si acie decertatum foret:exercitum profligare:castra expugnare:atque diripere. denique tuos istos quos ignauos & tumidos loca ignara faciunt:partim contrucidare:alios captiuos ducere possumus etiam se

dendo & ſine ferro bellū conficere. Sed reſpectus gentis & obſeruantia in frā trē nos reprimit. nihil hoſtile aducrſus te molimur: ſatis ſuperq; effectum duci mus: periculi te admonere: ut noſtro beneficio milites & te ſeruatū dicere poſ ſis. Agnouit Philippus generoſum & mitē Vicecomitis animū & quanti amí ciciā Gallorū faceret: ſe q; & ſuos oēs ad occidionē periclitari: neq; niſi in Vi cecomitis manſuetudine atq; clementia ſeruari poſſe. Statius itaq; uiſum eſt in gallias nullo ſuorū amiſſo regredi q̄ cum eo acie dimicare: cuius facilis & certa uictoria foret. Ita ſuperbus barbarus nulla re inſigni edita relictis Ver cellenſibus trans alpes abiit. interfecti tamē plures fuere. nā iuuētus de finiti mis urbibus erūpens alii eos p̄mendo: qui errore uiarū ad iniqua loca puene rāt: alii nouiſſimos carpēdo hos ſpoliauerūt: illos interfecerūt. Scribit q̄dam: quod certe haud multū a uero abeſt: muneribus & auro captū barbaꝝ potiuſ q̄ quod ſibi & copiis diffideret retro in gallias ceſſiſſe. Gens ſane natura auri auida ſpe p̄dæ: & rapinarū libidine in Italiā deſcēderat. Opinio etiā exiit frau de Bernardi Margolii Philippū impulſum: ut laboranti Guelpho nō expecta tis ſociorū auxiliis ſuccurreret. Proſpiciebat is utiq; alterutrū futurum: ut aut ſuccūberet: ſi cum hoſte manus cōſeruiſſet: aut cladis metuens & circūuētus turpiter abiret. Exulauerat pauloante patria & finibus iubente Carolo Mar golio: quare recentis cōtumelię memor: ut primū uindictę copia oblata fuit in fraudē & ultimū diſcrimē Philippū induxit. Proditū eſt litteris cum paulo acerbius Philippus increpareť: quod nulla cōmiſſa cū hoſte pugna: imo uero quod ne hoſtilē quidem terrā attigiſſet: tranſalpes ceſſiſſet hoc tantū cum re ſpondiſſe nō adueniſſe ad tēpus ſociorū auxilia: pecuniā p̄terea ad ſoluēda mi litibus ſtipendia nō datam: ea proter coactū inimica terra diſcedere: magisq; ex uſu belli & pontificis dignitate fuiſſe ſeruato exercitu retro abire q̄ ad in certum euentū conflixiſſe. Diſcedente regulo Simon Aduocatus peregrina ope deſtitutus Colobianum oppidū armis cōmeatu & ualido præſidio mu nit: ut eſſet quo tuto ab hoſte ſe recipet. Mattheus Ticionē enixius iuuabat: Aduocatorū domos & regionē quam illi incolebant: circunſederant Ticiōes. interſecta erat urbs: clauſiq; aditus neq; foris ingredi neq; egredi quiſquā vale bat. Tamen ſentiebant obſeſſi. uix amplius durare poterant. Forte id tempo ris Haſtam Gotolani equites uenerant: acceſſerunt Guelphi qui a populari bus domo eiecti erant. frumenta & cibaria undiq; corrogant: ea plauſtris & iumentis impoſita Vercellas ducere parant. fit eis obuiā Vicecomes cum ex peditis militibus. pugna acris cōmiſſa eſt. Annitebant Gotolani: ut langue ſcētibus ſociis & inedia maceratis alimēta afferrēt. Cōtra reſiſtebat Viceco mes ne frumēto atq; cōmeatu in oppidū recepto lōgior obſidio fruſtra foret. cædes facta ē ingēs. trecēti & āplius ex Gotolāis ceciderūt. cōplures capti: hoc p̄lio Colobianorū animi adeo ifracti ſunt. q circūſeſſi erāt auxilia ab externis

nō ſperabāt:ut ſtatim ptē oppidi quā munitā tenebāt.Luchino & Stephano pactione tradiderint.erant cū Simone & epiſcopo mille & quingēti Viri. ex his duodecim uincti Mediolanū cum Simone adducti in artam cuſtodiā tra duntur.Epiſcopus in prætorio urbis concluſus nouo cōmento elabitur. Sub noctem uino largius epoto cuſtodes obdormiuerāt.tunica paleis & ſtramen to oppleta inter dormiētes collocatur.ipſe per latrinā ſopitis cuſtodibus eua ſit.amici deſcendentē lintre excipiunt:atq; incolumē Bugellam(hoc oppido nomen eſt)pducunt.Potitus loci Mattheus Ticioni plurimū indulſit.ea gēs in eam rabiem prupit:ut muros urbis diruerit.altas Aduocatorū domos ſo lo æquauerit.ita ſequente ira magna ex parte urbs deformata fuit. Cæterum Galeacius fugato tranſalpes barbaro: receptiſque Vercellis Placentiā uerſus reuertitur.Florentinorum & ſociorū copiq;:q̄is Philippus nihil clari edidiſſet tamen ne nihil egiſſe uiderentur:in fines Placentinorū irrumpunt . Ducebat Iacobus Caualcabos.oppidū:cui Bardo nomen eſt:circunſident atq; oppugnāt. Turrianus patriarcha ab Aquileia ueniēs propius padum conſedera t. haud paruā manum tumultuariorum militū ſecū agebat:& niſi fluuio intercluſſus fuiſſet:Galeacium ad ſua tuenda auertiſſet:aut Hetruſcorū copiis cō iunctus populationibus Placentinos uexaſſet. Galeacius interim ne duplici hoſte premeretur obſidentes Bardum aggreditur.Suſtinuere aliquandiu im petū Hetruſci.Verū ſuperante multitudine terga dant.haud pauci in ea pugna cecidere.Caualcabos occiditur.Leonardus Arcellus captiuus Mediola num mittitur.Ab hac uictoria Galeacius ſtatim cū uictore exercitu Padum traiicit:ac protinus Cremonā aggreditur.Ducenti equites qui in preſidium miſſi erāt ubi circūueniri ſe ab hoſte uiderunt:cōtinuo fuga ſibi conſuluere. Galeacius paucos poſt dies prodente factione Poncini urbe potitur.& haud ita multo poſt Crema in ditionē Vicecomitis uenit.Interea pontifex cum de nunciatio execrationum nihil proficeret:perſeueraretq; Vicecomes in iis oppugnandis qui in fidem & ditionē Roberti ſe dediderant:illū per Beltrandū citari iubet.Acceſſere Mediolanū Sacerdotes præfecturis templorum clari: Mattheoq; denunciant:ut aut in Gallias aut Haſtā proficiſcatur cauſam coram dicturus:quando grauius ſit negotiū:q̄ quod per nunciū aut procurato rem agi poſſit.Dies quoq; p̄ſtituta fuit intra quā ſine fraude & piaculo pōtificem aut Legatū adire liceret.minas Mattheus & filii cōtemnere:atq; diuerſam factionē armis perſequi.Inter hęc peregrinū hoſtē pōtifex aduerſus Matheū ſuſcitat.In certamine de imperio:ut ſupra diximus:Federicus ſuccubuerat.Ludouicus nomē & titulū imperatoriū inuito pōtifice uſurpauerat.Quā rem Ioannes ægre ferens Federicū hortatur:ut quando in paribus ſuffragiis penes pontificem gratificandi regni utri uelit poteſtas ſit:nullūq; ius in rebus æmulus habeat:in Italiā aduerſus Vicecomitē deſcendat:fratri præterea opu

lentiſſimum Maguntię ſacerdotiū ꝓmittit. His promiſſis motus Federícus. Henrícū cum armatorū multitudíne ín Italiā mittit. aggregati ſunt pollícitatione ueniæ uolūtarii mílites ad duo milía. Cum his copiis Brixiam uenit eo forte die quo rami palmarū populis diſtribuuntur. acceſſere uicinarū urbium extorres: & reliquiæ Turrianorum qui in tranſpadanis & Venetía exulantes fœnore ſacerdotiorū ſuſtentabātur. pertímuit Mattheus quod externus & ín expectatus hoſtis fines inuaſiſſet. prætrea fremebāt populi quod æterno ſupplício deuoti nullo piaculo niſi reconcíliata cū ſummo pontifice gratia liberarí ac reſoluí poſſent. Inter tot curas Mattheus conſilium prudens ſuis ſalubre ſeruandíſq; rebus ídoneum cœpit. nuncios ad Beltrandū qui de cōpoſitione & concordía agerent: mittit. deinde Federícū per Legatos monet pontificē níhil aliud conarí: niſi ut germanos cæſares ab Italía amoueat: atq; ſi quid iurís ín Italos ílli teneant: id totum amittāt: & pro germanis dominís Italí ꝓmutatos Gallos habeant: íd quod rerū procuratio Roberto delegata demōſtrat. nam ſi Mediolanū caput gentiū ex iuſſu pōtificís alíus obtinuerít q̄. quí Germanorū procerum ſuffragíis rerū potíatur: íam maieſtas: & iura ímperíi circunſcripta ſunt. nullę ciuitates ſiue Longobardorū ſiue Hetruſcorū ad fidē cæſarís redígí poterunt. Quís debellato Vicecomíte non continuo aut metu aut uoluntate Roberto parebít? Díc obſecro ubí ornamenta Auguſtorū deſignatus Cæſar accípiet? quís ílli ſe obnoxium profitebitur? quís tributa dependet? quís aduētantē dominū ſalutabít & uenerabítur? deniq; quís ueſtras leges accípiet? Quíd non uídes eam factionē cuius uíres & opes pontífex & Robertus defendunt & fouent aduerſus eos qui germanorū regum deditítii ſunt. hoc unū moliri & facere ut reges ueſtrí penítus ab Italía moueantur. íta dum íręindulges & uíndicare ímperiū ſtudes ín excídiū poteſtatis ueſtrę ímperatoríiq; tituli abolitionē proruís. Mouít hęc oratío Federícū ſtatimq; índícto concílio quę legatí dixerāt ad proceres refert. Vniuerſi dixere res & íura gentís ſeruarí oportere: neq; cæſarū uíres & amplitudínem proíícíendas eſſe: quas maiores auxíſſent: neq; uíolarí paſſí forent. omnibus tunc uíderí debellato Vicecomíte opes regní & exíſtimationē ímperíi prodí. Ita dímiſſo cōcílío cōfeſtím per nuncíos fratrē Federícus monet: ut ſub probabíli alíquo prætextu exercitū in Germaniā reportet. Scríbit quídā non tam metu dígnitatis díminuendæ aut ímperatorii íuris amittendí: q̄ quod íngentia munera a Mattheo recepíſſet: Federícū cōſilíū mutaſſe. pecuniā ítem Henrícopactam ſi ín Germaníam regreſſus foret. Iam Aquíleię patríarcha fines Borgomenſiū hoſtíliter ínuaſerat: magnāq; partē peragrādo populauerat. Oppídaní nouo hoſte territí rebus conſulere parabant: níſi Henrícus a Brixianís poſtulaſſet urbem ſibí dedí: neq; ꝓríus q̄ dedítío facta foret: ín Borgomenſes arma íllaturę. contradíxere Brixíaní urbem ſub dítiōc & ímperío Cæſarū eſſe. íta cū nullus

adhuc ſummę rerū pręſit. Federico urbē tradi non opportere: quando ea deditione ei qui poſtea legitime imperaret: fraus fieret detrectante Brixiano imperia. Henricus contractis copiis Veronā petiit: quē Scaliger comiter: & cū honore maximo ſuſcepit: diſcedētēq; amplis muneribus donauit. Magna certe fuit Matthei prudentia: ſiue auro pacē a barbaro redemerit: ſiue bene monendo illū a pontifice auerterit. Inclinare ad fœdera & pacē Mattheus ferebatur. Sed locus obſtabat in quē accedere tuto poſſet. nam Haſtæ aduerſa factio potēs erat. Quare æquius atq; honeſtius uiſum eſt per nūcios ea a Matheo poſtulare: quibus ſi annuiſſet is reconciliari pontifici & ciuitas execrata reſecrari poſſet. Nuntii Mediolanū miſſi poſtulant: ut Mattheus dominatiōi renūciet: ciuitas in ius & imperiū Roberti ueniat: neq; quiſq; indignū hoc ducat: quando nutu pōtificis Robertus in Italia uice imperatoris fungatur: donec is rebus præſit: quē germani proceres creauerint: & pontifex auctor fuerit. Solui præterea & reddi urbibus ſuis captiuos: qui Mediolani cuſtodiebātur. poſtremo exules Turrianos in ſua reſtitui eoſdēq; in adminiſtrationē publici negotii conſortes admitti. Conditiōes Mattheo non placuerūt: animos pręterea primorū offendebāt: ea poſtulare & exigere pontificē quæ præſtare periculoſum & iniquū foret. quod ita Mattheus regno cederet quod legitimū permiſſu Hērici obtineret. tum magis indignari ſub imperiū externi regis & inuiſi domini ſubiici. iniqua pontificē facere: qui ea uſurpet: quę alterius ditionis & poteſtatis forent. in fraudē & contumeliā cęſarum nouū procuratorē in Italia conſtituí: captiuos relaxari ſine conſenſu populariū nō licere. recipi in urbem exules nil aliud eſſe q̄ intra uiſcera bellū geri: defunctaſq; inteſtinis diſcordiis & certaminibus urbes iterū in cædes & clades concitari. quando eo malignitatis & iniuriarū uentum ſit: ut nulla concordia: nullaq; conſtās pax manere poſſit: infidā ſocietatē regni neq; bonis ſpoliatos & fortunis domo pulſos ab inſidiis & fraudibus ceſſare aduerſus eos qbuſcū de potētatu dimicaſſent. Hæc & talia cū pleriq; ciuiū obmurmurarent: nihil certi de cōpoſitione & pace reſpondetur. Inter hæc Raimondus Cardanus cū equitatu prīdie idus Maias Haſtam uenit. confluxere eo de propinquis urbibus mercenarii milites & ea iuuentus pro tuenda factione in armis erat. Mattheus aduentu noui hoſtis excitus continuo Marcū filium Alexandriā cū magno præſidio mittit: qui traiecto Tanaro oppidum quadraginta familiarū recipit: Solariensiumque agros conterminos depredatur. Cardanus quingentos equites Valentiū præmittit: qui in aduerſariorū fines immiſſi cuncta peruaſtant. Oppidū quod Montis caſtellū dicitur direptum ſuccendūt. diuerſę partis puberes iuxta & impuperes abducunt. in mulieres atq; infantes quidā deſeuiere. ſubſecutus haud ita multo poſt Cardanus. ex itinere Quadraginta familias expugnat. Germanos equites qui in præſidiū loci erant: abduxit: neq; prius dimi

fit q̃ merces ingens data fuit. Accesserc inter hæc gallici equites quos Robertus conduxerat. ita Cardanus maioribus auctus copiis: montẽ transgredit: atq; statim Occinuanũ per deditionem recipit. Inde ad Alexãdrinos uersus: agros omnes quatenus Tanarus non arcebat: populat. Vicinos deinde Derthonẽses adortus magnis detrimentis afficit. Trepidabant oppidani: magnitudine detrimentorũ noua consilia capere ferebantur. Marcus ab Alexãdria excitus quas potuit subito copias contrahit. dilationẽ uicinus hostis & dubia populorum fides pati non poterat: ita comparato exercitu populabundo hosti occurrit. castraq; proxime locat. Verũ acie congredi. & fortunã belli experiri neuter uoluit. ita uelut se inuicem refugientes abiere. Cœperat Cardanus Oppidum quod circiter quinq; milia passuum a Derthona abest: põtem curoni dicunt a torrentis nomine qui ab Appennino diffluens uiam æmiliam intersecat. ponte olim uinctum fuisse ruinæ ostendunt. huc loci in præsidium equites & pedites immisit. simul etiam ut his se opponerẽt: si quos Galeacius de placẽtinis subsidio fratri mitteret. ipse. Vercellẽses copias duxit: atq; populabundus cuncta etiã muris circũiecta deuastat. Vrbem Stephanus ex filiis Matthei minimus cum ualida manu custodiebat. egressus portis effusius populanti se obiicit. prædam magnam portabant: tum ingentem pecoris & hominum numerum abducebant. inuectus in prædatores Stephanus prædam & captiuos recipit: longiusq; a finibus Cardanum summouet: qui Valentium reuersus id Bacciennì agri immissis prædatoribus quod inter Padum & Tanarum est: populatur. tumultus in oppido factus. Opulentior erat in Bacciennis ea factio: quæ regi studebat. ita sine pugna Raimondus Augusta potitur in arcem altera factio confugit. Stephanus cognita Bacciennorum rebellione: ne sui auxilio destituti arcem Raimondo traderent: atq; ita Padi accolæ a patre deficerent: copias continuo cõtrahit suas: & sociorum auxilia euocat: tumultuarius erat exercitus. Quare ueritus Matthæus ne si cum hoste filius conflixisset: in pugna succumberet: Iacobum Iseum qui tunc forte præturam Mediolani agebat: cum urbanis militibus ad filium mittit. coniunctis copiis ambo in citeriore ripa considunt. Iam Raimondus claustra peregerat: ne si qui auxilio obsessis uenissent: ingredi ualerent: ea Stephanus perrumpere frustra conatus tãdem retrocessit. In discrimine sociorum atq; filii periculo Matthæus haud cunctatus Gerardinum Spinulam: qui ea tempestate magnum usum in re militari habere ferebatur ad se accersit: summũq; imperium in expeditione aduersus Cardanum illi tradit. In Bacciẽnos uersus Spinula ire pergit coniuncto Stephano & Isæo pugnam initurus: nisi hostis detrectasset. Cæterum Cardanus uirtute & scientia noui ducis tum multitudine copiarũ perterritus quanuis sæpe in certamen prouocatus esset: rem prœlio committere noluit: satis in præsentia actum existimauit: si ita munitiões defenderet ne ho

ſtis perrumperet:tum ſi quí fluuíum tranſire aníterentur eos tranſitu prohíberet.Dum inſtructa utraq; ſecus Padum ſtaret acies: Raimondus eos lígures qui cis Appenninum ab rege deſciuerant immiſſis prędatoribus late populat̃.Mattheus nouos milites ſcribere & ab iis qui ad fidē & ſocietatem accesſerant:auxilia exigere.eodem tempore pluribus in locis occurrendū hoſti erat.coercendus a populatione Cardanus: inſidendi præſidio ſaltus ne de improuiſo Gibellini in ſuburbanis circumuenti opprimerentur.præterea circūſe os in arce defendere:copię uix adhęc ſuppetebant.Veriti itaq; Gibellini ne Cardanus firmatis præſidio ripis:aliiſq; aduerſus Marcum relictis qui excurſiones arcerent:ipſe de improuiſo Genuam accederet.tum erumpente ab urbe aduerſariorum manu ancipiti hoſte premente ad occidionem proderentur:ualidiſſima parte prędii ad tuenda ſuburbana defendendaſq; munitiões relicta:cum uxoribus filiis:& iis etiam omnibus arreptis quę cara habebant partim nauibus:alii terreſtri itinere Sauonam petiuere.poſt quorum diſceſſum rati Guelphi & regię claſſis præfecti ſuburbana defenſore uacua expugnari poſſe:illa cōtinuo inuadūt.reſiſtūt cuſtodes:uim atq; ipetū ſuſtinētes: hoſtemq; a munitionibus reppellunt:uehemens pugna a tertia diei hora in ueſperum uſq; facta eſt.montem aſcendere:caſtella deiicere: obſtructas fauces aperire:in ſuburbana irrumpere Guelfi enitebantur.contra exules munimenta enixiſſime defendere:irruentibus obſtare:clauſtra obiicere:ne ſi Guelfus aut munitiones euertiſſet aut prędia deieciſſet ad commeatus recipiendos uia obſeſſis facta foret.pertinaciſſime pugnatum fuit.Diſcedentes ab oppugnatione aduerſarios infectati exules magnam cędem inter montes edide re:ita non ſine magna iactura in urbem regii reuertūtur. Genuę per eos dies tumultuatum comperio Nam plebeii tū q mercaturæ & opificio operam'dabant:ſæpius ab iis pulſabantur:qui in factione regia potentiores erant:aut illorum ſtudiis obſequerentur.Spoliari permulti:tenuiorum bona & fortunæ interim a ualentioribus diripi.palam iniuriæ ab opulentioribus fieri: quas ulciſci nemo unus poterat.nullus debitum exigere.appellanti creditori debitor minari: idemq; ad tribunal uocatus non accedere.iudicia nulla niſi ex arbitrio potentiorum reddi.leges & magiſtratus in factione potens contemnere. querelæ graues paſſim audiri.Ad tuenda plebis commoda:cohibēdamq; factioſorum licentiam primū tenuior turba in conuenticula coit:iniurias ſimul conqueri:quanta foret factioſorum licentia quibus nihil exceptum eſſet conclamare.conſpirat deinde igens ſellulariorū ac opificum numerus:collegium q; inſtituunt:quod Motam populi dixere.ex eo decem eligūtur:qui ei aſſiderent:quem magiſtrum ſiue abbatem populi uocant: ut quotiens de creditis pecuniis aut de mercede ius dicerent prouocatio nulla eſſet:inde iudicia abſciſſa exerceri cœpta:neq; litigātes per dilationes ſe inuicem atteri.nullus uel

Mota

nobilitate uel magnis affinitatibus aut clientulorum multitudine subnixus intercedere quominus iudicia ex ęquo redderẽtur.intra triduum quod pro tribunali pronũciatum erat:id iudicum ministri libere exequebantur. siquispiã reclamasset:aut aduersus sententiam obluctatus foret:continuo adsonum ęris multitudo conuocata quod abbas & decemuiri statuissent id ut efficeretur mandabant.ita sine iniuria ius in urbe dicier.Creditæ pecuniæ soluebantur. nihil in iniuriã creditorum uertebatur.operario pacta merces dabatur. omnes decreto iudicum obedicbant.hanc multitudinis licentiam salubręq; tenuioribus collegiũ Robertus de gallia reuersus ad gratiã potentiorũ sustulit. Interea a Beltrãdo Aicardus:quẽ Vicecomes a Mediolanẽsi põtificatu sub mouerat:ad urbes Lõgobardoꝝ delegat:ut eos fortunis:carcere & exilio anqreret qui põtifici palã contradicerent. Hic quatuor assumptis religiosis uiris: qui pro instituto recentiore eos ad rectam fidem minis & pœna traducerent:qui praua religione populos imbuerent:cæpit quæstiones paulo asperiores de iis habere qui malę hereseos suspecti essent.Sed in primis aduersus eos grauissima edicta exiere qui pontifici non obtẽperantes in defendendo Mattheo & filiis perseuerabant.execrationes detestandæ in populos immittũtur: unde quidam cruce rubra signati incedebant:quasi ea nota imperata pontifi cum se facturos profiterentur.Verum cum minæ & horribiles detestationes parum proficerent:Beltrandus religiosos patres qui Mediolani perpetua sacerdotiorum magisteria habebant ad se uocat.hi cõtinuo Mattheum adeũt: quis uocet exponunt:abeundiq; ueniam petunt.Mattheus ne per insolentiã & superbiam uideretur principi sacerdotum non parere:simul etiam ut in amicicia & fide eos retineret:si qui grande nefas putassent pontifici in eo non obsequi cum mãdatis eos dimittit:quorum hęc summa erat.Si quid pro tuẽdo regno & salutis causa cum offensa Roberti agat:egeritue id in contumeliam suam pontifex non uertat.semper romani sacerdotis auctoritatem & imperia priuatæ cuicunq; necessitati præuertisse. satis intelligere q̃ impium & nefarium sit illius iussa non sequi:qui secundum deum non hominibus tantum: sed inferis imperaret:& ne nihil actum execrabili denunciatione pontifex putet:omnia se facturum ut insons crimine rebellionis & impietatis probari possit.Hastam profecti patres:quę Mattheus mandauerat Beltrando renuuciãt Grata illi ea fuere:benigniusq; pres excepit.iclinasse ad pacẽ & imperia Mattheum existimabat.Cæterum ad explorandam illius mentem: & an re ipsa id efficere uellet:quod per alios nunciabat: Parmensem episcopum Mediolanum legat:qui metu interdictorum urbem ingredi ausus non est. quippe ueritus ne contactu loci palam deuoti & abominati se & eos iuxta qui icomitatu erant:pollueret.Mattheus urbe egressus illum adiit: reuerenterq; salutat. Cui episcopus conditiones narrat:quarum eadem fere erat summa: quæ su

periorum potestati pontificiq; rem Mediolanensem permitti oportere: Pontifi
cem æqua petere quando morte Cæsaris illius iuris & ditionis uniuersa Italia
facta sit: regnumq; & opes beneficio Pōtificum uicecomes debeat: Quid enī
Otho patruus Sacerdotium & præfecturam urbis obtinere potuisset: nisi Pō
tifices aduersus æmulos sua arma intentassent quare obtemperandum man-
datis esse Ciuitas præterea ab execrationibus libera sacra recipiet: finemq; ci
uilium malorum habebit. Astabāt primores urbis: quorum plęriq; tædio exe
crationum parendum Pontifici aiebant: unus Franciscus Garbagnates aduer
sus postulata liberius disseruit cui episcopus crucē & ignominiosam uestem
minatus est: qua indutus ceu nefarii sceleris & rebellionis auctor per populū
traduceretur. Tunc Garbagnates adeo minas expauit: deiectusq; animi fuit:
ut qui ante nihil ratus minus factiosi esse q̄ sacerdotibus parere: deinde opes
Gibellinorum: qua solitus erat: libertate nō defenderit. Postulata offendebāt
complures: diuersi erant animorum habitus: & proinde obmurmurari contra
ria: desperatam animarum salutem nisi pax & uenia a summo sacerdote impe
trata foret: Contra si Roberto odiū profitenti: subiecti fuissent reciperenturq;
in urbem exules. crudeliora ab iratis dominis q̄ ab imanissimis Barbaris pati
& sub specie paciscendę pacis: faciendæq; concordię fraudē parari. Ita re infec
ta Episcopus Hastam reuertit. Beltrandus cum fine exitu Mediolani discep
tatio facta fuisset: & conditiones pacis: atq; obsequium Mattheus abnueret:
iterū illum & filios ad causæ dictionem ualētium uocat: locus suspectus erat:
in quem securus periculi & noxæ accedere possent: uerumtamen ne in totum
summi Sacerdotis mandata spernere uideret nuntium ad legatum de suo &
publici consilii nomine: ad res disceptandas. & cōponendas mittit causa gra
uis erat: ut pote que per unum hominem: uix tractari: nedum transigi posset
Duodecim itaq; ex primoribus deliguntur Gulielmus Pusterleus: Mutius a
Moguntia: Gulielmus Casates: hi accincti parazonio illustres erant: Francis
cus Vicecomes. Andreas ab orto: Franciscus Garbagnates: Stephanus Vico
mercatus. hi ciuilis scientiæ consulti: Ricciardus Pyrouaneus: Othorinus Bur
rus. Lucas Cribellus: Imblauadus Mandellus: Bellinus a Petrasancta. Alexā
driam primum proficiscuntur: erat ibi Marcus cum præsidio: inde Valētium
petiuere. Francinus metu aduersariorum oppidum ingredi ausus non est: co-
gnoscebat eos & si legatus fidem dederat: ab iniuria & ui minime temperatu
ros. Legatus aduentantibus ab oppido occurrit. Mouerat cum uirorum nu
merus & nobilitas: postridie astantibus sex sacerdotibus qui paucis ante die
bus ad eum uenerāt: quid iuris & potestatis Pontifex in Italiam haberet: præ
fatur: cuius ditionis etiam ciuitates Cæsaribus stipendiariæ forent: Tum po
stulat. ut Mattheus deposito regno procurationem ei tradat: quem Pontifex
delegauerit: redire in patriam Turrianos: & in sua restitui: Relaxari captiuos:
quos nominatim expressit: Philipponum Lāguscum Antonium Fisiragam:

Symonem aduocatum: Ammoratum Turrianum. De liberandis Alexandrinis præcipue actum fuit. custodiebant in uinculis complures de gente puteorum quos haud ita multo ante excursionibus fines patrię infestantes Marchus ceperat. hæc si Mattheus fecisset: pacem illi: & urbi pontificem daturū: ab hac oratione dimissi Legati Mattheo que forēt postulata Beltrandi: renūciant. His Mattheus & si eadem erat summa: quæ superiorum: minus tamen placide respondit: Periniquum sibi uideri pontificem eas urbes usurpare: quę Cæsaribus supra ducentos annos uectigalia. & stipendia dependissent: quid enim magis cōuenit pontifici ea loca inuadere: & obtinere: quę Cęsaris iuris sunt. q̄ Cęsari ipsi uel ui: uel dolo ea occupare quę pontifices tenuissent: diuisa esse imperia: & quatenus utriusq; iurisdictio pertendat: satis notum eē descriptos item populos qui summo Sacerdoti: quiue Cæsarum ditioni contributi sint. Rē Mediolanensem. & cæteras urbes se ita ab Henrico accepisse: ut eas illi restitueret: qui post illius obitum legitime īperaret: p̄endeant licet ab summo pontifice noui Cæsares: indignum tamen esse illorum amplitudinem isto commento: & insidioso prętextu circunscribi: de liberandis captiuis sibi liberum non esse: hoc idem de exulibus recipiendis in urbem: quibus cum toties & tam diu de potentatu pene ad internicionem dimicatum esset: Referre ad quietem & popularium pacem eos longius a patria & finibus distineri: ne si recepti fuerint: denuo ciuiles discordias & pernicioſa certamina suscitent: se paratum quocunq; piaculo: si quid erroris & peccati cōmiserit expiare. Hæc Matthei respōsa approbauere cūcti: q aderāt & si recōciliari cū Pontifice īprimis cuperēt. Moritur p hęc tēpora Matthei uxor Bonacossa de gēte Burrorū p̄genita: in ędē diui Eustorgii honorifice sepelit: aliquot post annos Ioannes archiepiscopus ad annua matris parētalia reditus ex prędiis tā rusticis q̄ urbanis prædicatoriæ fraternitati cōstituit. Morit itē Vbertus Matthei frater uir bello & armis insignis. Cæterū cū peregrina arma nihil aut parū aduersus Vicecomitē efficissent: neq; horribiles execrationes a studio ī eā gentē & fide socios & amicos deterrerēt: Pontifex ad Legatū litteras minaces ī qbus execrationes & diræ cōtinebant: mittit p̄ indignissimo habebat Ioannes īperia sua nullā uim habere. & tā cōfidenter. & obstinate aduersus factionē suā arma inferri. uidebat multū dignitatis & auctoritatis sibi detractū: ita plenus irarū & indignatiōis Mattheū & filios tū cęteros q ī ptibus erāt ceu p̄brosos scelera tos & nepharios publicari & cuicūq; p̄bro ac iniurię expōi: Hastę primū litterę ad populū recitatæ: detestationesq; actę: q̄les nunq̄ legīus: quarū formulā Gulielmus Vētura: q facto īterfuit. subnotauit. & ī codicē retulit nāq; idibus iāuariis cū īgēs mortaliū multitudo ī areā cōuenisset: q̄ pre ędē pōtificali late patet: mercatū Hastēsis appellat: sublimē suggestū oscēdet Beltrād: Cardinalis: Aicard⁹ archiep̄us: & alii Sacerdotū principes Assidebāt fr̄ Bernabas prior p̄uincialis fratrū p̄dicatorū ī supioī. ut aiūt. Lōgobardia: pax d̄ uedāo Iordāus a

Montecucho:& Honestus Papiẽsis.hi inquisitores mali criminis:prauæq; religiõis erãt:ididẽ alta uoce illud p̃fati.Exurgat deus & dissipent᷑ inimici eius. subinde acerbe & execrabiliter i Mattheũ & quinq; filios noiatim inuecti:ceu nõ cũ hominibus:sed cũ omnipotẽti deo:atq; superis bella gererẽt:ad dictionẽ causæ eos uocauere:prescripta die intra quã non p̃ procuratorẽ aut nuntios sed p̃sentes ea purgarent:& diluerent:quæ crimini dabant᷑.qui si contumaces edicto nõ paruissent:p perfidis & impiis haberent᷑:atq; cõprehensos lacerari & aduri liceret.Illud ẽt cõstitutũ fuit:ut quotidie p uicinas urbes inter solẽnia sacrificia identidẽ execratões pro oibus aris repeterent᷑ ante mysticũ panẽ in quẽ Christus p uerba sacerdotũ de cœlo elicitur eiusdẽ cum p̃fatione psalmi: si neq; execrationũ metu nec interdictis ad sanitatẽ cõuerterent᷑.deinde postridie Calendas Februarias:quẽ diẽ purificatio partus uirginis sacrũ & solẽnẽ facit:ex eodẽ suggestu uexillũ attollit᷑:in quo claues cancellatim inscriptæ inerant.inibi cũ multa in opprobriũ & ignominiã Vicecomitis predicata fuissent:ceu in summũ discrimẽ res pontificia deueniss̃et:pronũciatur:ut quicũq; opes põtificias saluas esse uellet:is armatus signa illa sequeret᷑.prouocati tam mares q̃ fẽminę ad tã piã & sanctã expeditionẽ quippe expiaturi quicqd supplitii pro quacũq; cõmissa noxa commeruissent. Post hæc sub finẽ Februarii Valentiũ cũ honestissimo sacerdotũ comitatu.& ualido p̃sidio:ne uim in itinere & uiolentas manus qui abominati fuerant:inferrent:Beltrandus proficiscitur.Iteratæ fuerunt in eo loco detestationes:denunciatũq; ut Vicecomites in numero impiorũ & sceleratorũ haberentur:quibus omnes decederent:aditũ sermonẽq; defugerent:nequid ex contagione incomodi acciperẽt.Mulctãtur præterea omni iurisdictone:magistratu & p̃fectura neius populis dicãt neue ex eorum nutu aut imperio p̃ tribunali p̃tor iudicia reddat:nullus deniq; honor cũ illis cõmunicaretur:qua pœna etiã nepotes tenerentur.In uinculis si capti forent tantisper custodirentur donec libertatẽ & uitam auro redimerent:& quisquis in eam militiã nomina daret :id uenię promereretur ad expianda crimina:quod iis concedi solet:qui christianũ nomẽ ab immanibus barbaris defendunt.Genuę ut in annalibus gẽtis proditum est pro æde diui Laurẽtii primo solemnis ieiunii die ad populũ denũciata fuit detestabilis execratio:& signũ crucis sublatum:litteras tabellis affixas :& pro mœnibus expositas pleriq; sagittis cõfixere.quippe edicta & promissam expiationẽ aspernati.certũ enim illis erat illa denuntiatione & immortalis dei religione aduersarios armari.Perlatæ ad pontificẽ litterę illũ ad ultionẽ tã insignis cõtumelię magis exacerbarunt.Obsessi haud paruo gaudio affecti sunt.putauere diuinam iram in contemptores prouocatam. dimittuntur interea ad eas urbes inquisitores:in quibus Roberti factio prævalebat:ibi quoq; Mattheus & filii tum quicunq; ab illis stabant a grege piorum & fidelium eiiciũtur. Sed inter

execrationes & maledicta multi mortales erga Mattheū alacriores & constā tiores facti sunt. Erat in euidenti Mattheū falso insimulari: & illos criminis in sontes esse: atq; execratiõe terribili regnū Roberto cõparari: quā põtificis ipo tentē irā & inexpiabile odiū Florentinus recēs uates p suppositā psonā acer bius taxat. Petrus. n. in successores inuehit: qui salutari aqua regeneratos pari amore eademq; charitate non cõplectant: & potēs clauis his saluti illis uero exitio foret. Hic nemo mihi opponat Dantē paucis mēsibus ante publicatas execratiões mortē obiisse. Nāq; trienniū amplius ob phibitū sacerdotio Ai cardū sacris interdictū Mediolanēsi populo fuerat tū semel atq; iterū repetitę execrationes in fauorē Roberti fuerunt. Quare haud ambigā a Petro liuorē & malignitatē pontificis designari: quanq; Dantes p instituto poetico nomē sacerdotis supprimat: ut scilicet habeat enarrator in quo igeniū exerceat & di ligentiā ostentet. quid si forsan extimuit ne infensum pontificē magis in se ir ritasset. Cęterū Frāciscus Petrarcha q̄ iniqua res fuerit & pdigio similis tāto studio pdendæ Italiæ: & urbis maxime subuertendæ pontificē flagrare quodā in loco aperte scribit. parū illi uidebat pecunias & milites suggerere: ut acie & prœlio decertaret: nisi p execratiões ceu pfanos & uiolatores religionū ex pugnare tentasset. uerū deus omnipotēs p iis stetit: q iustiora arma cœperāt: ut ab euentu ea cā melior iudicari debeat: quā deus optimus maximus iuuit: quæ ne ex affectu: ut p̄sentiū gratiam aucupari uelim: me scribere: quis existi met: ipsa Francisci uerba subiiciā: quē aduocatū aduersus obtrectatores para ui: sumpta de eo libro cui titulū: & nomē nō inscripsit: pterea quod romanos sacerdotes paulo asperius incessit. Eo tēpore quo ille pontifex maximus qui sibi puinciā Italiā: atq; in primis urbē hanc Mediolanensiū euertendā sacer dotalis militię seruili expeditõe delegerat: & sic in utranq; christianā christia norū pater pfecto odio sæuiebat: quasi nō Italia hæc: sed Syria uel Aegyptus: nō Mediolanū sed Damascus esset aut Memphis: cum ad hoc sanctū piumq; opus unū e sacro patrū collegio: filiū (ut multi: dixerūt) suum: & famam simi litudo ingens morumq; ferocitas adiuuabat: nó apostolicū sed prędonis i mo rem: neq; signis uirtutum ac miraculis: sed signis castrorum & miris instru ctum legionibus in has terras quasi alterum non Petrum sed Hanibalem de stinasset: in quo bello deus omnipotens suo more & superbiæ restitit & fauit humilibus & palam pro iusticia decertauit. Fuit unus ex eodem illo grege uir in nos & ipse inexplebilis odii infiniteq; superbię: cuius ego tunc & faciē puer noram: & quantum poterat ætas inualida animum execrabar. is pontifici an te omnes casus die quodam in secretarium ingressus cum rumoribus conster natū atq; anxiū inueniisset. hęrebant enim belli ipetus pter spē huius urbis in limine: quę tunc qdē muris nuda erat, at qđ optimū muri genus est & militia insigni: & ducibus armata fortissimis. Itaq; sępe iam obsessores suos acie su-

derant obſeſſi:iam captiuorũ turbis carceres redundabãt:iam cęſorũ pingue ſcebãt arua uiſceribus.In hoc igit̃ rerũ ſtatu cũ ſolito męſtiorẽ cerneret fami liaritate intima fretus ſic aggredit̃.Miror inquit pater ſanctiſſime qd eſt qua re acutiſſimus ĩ cęteris:in eo uno:qd̃ eſt ſummũ nobis ac p̃cipuũ parũ uides:̃ Ad hæc pontifex grauibus preſſum curis caput extulit:& pge inquit quid rei eſt:̃ Tunc ille cõſultor egregius ſcio ait te nihil tã optare q̃ Italię uaſtitatem.in hoc uires:opes:cõſilia expẽdimus.in hoc eccleſiæ theſauros iam penelopes effu dimus:inextricabilẽ rẽ aggreſſi:niſi alia teneat̃ uia:ecce tũ ille tantus bellorũ apparatus:illa noſtrarũ uiriũ cuſpis in ipſis Mediolani portis obtũdit̃.Quã ti bi adulatores uni alicui noſtrarũ urbiũ ſimilẽ aſſerebant: re ipſa ſuperior om nibus eſt inuẽta.quãdo Italiã uinceremus:ab una Italica ciuitate uincimur. Sed ſi uelis alia longe facilior uia.Que nã inquit põtifex:dic ocius.hoc.n .mo lior:hoc cupio.hoc ẽ unũ p quo uelim corpus & animã paciſci.Ille aũt potes inquit oĩa:& quicqd iuſſeris ratũ eſt.cur igit̃ & papatũ & imperiũ urbi Ro mę & Italiæ nõ eripis:̃ & illud in Cãturcũ patriã ueſtrã:hoc in Germaniã trãſ fers:̃ Nõ magnus eſt labor.dic:& fiet.nõ armis opus eſt:qbus lõge impares ſumus:uerbo de hoſtibus triumphabis:ſic & nos ornaueris nouis inſignibus ad uos trãſlato reę apice:& gemino lumine inuiſum gen9 orbaueris.His ere ctus Pontifex ex ira riſu oborto.fefelliſti me inquit hactenus.nondũ te delira re cognouerã.an ignoras inſcie hac uia quã ſtrauiſſe ſubtiliter uiſus es tibi:& me & qui mihi ſucceſſerint epiſcopos cartucẽſes fieri:& imperatorẽ qſquis is fuerit Germanię præfectũ:illũ uero qui Romæ pręfuerit ſi quidem ſpiritaliter papam:ſin temporaliter imperatorem fore.Sic Italũ nomẽ dum euertere pu tas attollis:& in antiquã reſtitui dignitatẽ. Nos ergo dum datur deſuper ro mani põtificat9 frena teneamus:& in hoc omni ſtudio intenti ſimus:ne quã do forte ſuũ ius italica manus arripiat.quod ipſum q̃diu prohiberi poſſit: in certum eſt.de titulis non certemus.uelimus nolimus enim rerũ caput Roma erit.His auditis argutus ille ſtultus erubuit.Hæc Petrarcha.Si forſan quęret aliquis quid hic ſcribat muris tũc nudatũ Mediolanũ:is ſciat a Luchino Vi cecomite qui poſt Accium regnũ tenuit:interiorẽ urbis murũ extructũ fuiſſe bis cruenta pugna in qua multi mortales occubuere.captiuorũ quoq; nume rus in uincula coniectus fuit.primũ pro mœnibus patrię :tum uero ad Mo guntiã principe & ductore primo Galeacio edita eſt. Poſt execratiões horrẽ daq; edicta Haſtæ & Valentii publicata quidam tradunt in Gallias poſcen dę pacis gratia nuncios miſſos.alii ſcribunt eos duodecim Oratores Valen tium ad Beltrandum acceſſiſſe:& cum intolerandę conditiones pacis & ue nię oblatæ forent:trans alpes ad pontificẽ profectos.Hanc ſcriptorum uarie tatem iteratę paruo temporis interuallo execrationes fecere: & cum ad iram implacabilis eſſet pontifex ſæpius nuncii & oratores commearũt. Interea

Derthonēſes & Alexādrinos crebris excurſiōibus & fœda populatiōe Carda nus infeſtabat: uicos & caſtella quæ Vicecomitis erāt diripiebat: arbores ſuc cidēs: ędificia incēdens: frumēta corrūpens: ut magis cū agris q̄ cū hoſte bel lū gereret. Acceſſerāt qngēti ſagittarii: uicū Derthonę uicinū: Vigiſonū noie p uim capiūt: qd Marcus haud ita multo poſt expugnat: multis eorū qui in p̄ ſidio erāt occiſis. nihilo tamē ſecius tecta & agros aduerſarioꝝ Raimōdus po pulabat: cāpi ſunt patētes quos fluuii interſecāt: q fere ubiq; uadari poſſunt. Ita difficile erat a populatiōibus barbarū arcere. Inclinabāt i eo tractu ad Ro bertū pmulti: ad Padū bellū cōſtitit. Repoſcebat Robertus Derthonā & Ale xandriā quas urbes pridē dedētibus oppidanis recepat: Vercellas & Noua riá ſui iuris eſſe aiebat: ꝓpterea qd adminiſtratio earū iuſſu pōtificis ſibi ceſſiſ ſet: id Mattheus contēnere dictitās: iniquū eſſe externū regē ſub ꝓcurationis titulo: regno germanos reges interuertere. Inter hęc Galeacius ueritus ne pa ter tedio execrationū & querelis populorū q interdicta ſibi ſacra grauiter fe rebant: pacē ſub iniquas leges cū pōtifice faceret Mediolanū petere cōſtituit. Cōuocatis itaq; in concionē Placētinis: & iis p̄cipue quorū fauore & opa ur bē obtinuerat: in hūc fere modū uerba facit. Quę cā nūc in patriā me trahat: nemo ueſtrū eſt qui neſciat. bellū a pōtifice indictū. immiſſi ad deuaſtādos fi nes exercitus. tū deteſtatōes aduerſus nos publicatę patrē exagitāt: qui q̄is ſenio cōfectus ſit: uiget tñ in co uis animi & cōſilii. neq; ita ſenectus degrauat: ut ēt remedia malis inuenire nō poſſit. Sed cū bellū in dies maius finitimꝰ & potentiſſimus rex paret: populosq; paſſim cōcitet: Mediolanū petere ſtatui: ut ſocius tantorū laborū patris ſim: ſimulq; mea p̄ſentia nouandarū rerū ſi q cōſilia ineunt ab iis deſiſtant: ſimul ēt ut maiores copias ad uim ꝓpulſandā: ſummouendosq; longius hoſtes cōmodius cōparemus. urbē uobis relíquo pa catā. in noſtra poteſtate ſunt uici: caſtella & arces. Vnus dūtaxat Verguſius qa imperia noſtra ꝓ ingenita ſuperbia pati non pōt. in exilio uiuere cōſtituit: ut ſcilicet mihi & uobis inſidias ſtruere poſſit. Accius filius cū haud magno p̄ſidio urbē cuſtodiet. tanta eſt in uobis & ꝓno obſequio fiducia: ut ēt ſine p̄ſi dio in officio uos pmanſuros putē. Illud aūt hortor & moneo ne milites no ſtros longius abire ſinatis ēt ſi inſperatus hoſtis fines inuaderet: ferro & igni cuncta deuaſtans. Ad hęc Manfredus Landus conſiliū tuum princeps illu ſtriſſime probamus omnes. perge deo bene iuuante quocunque libuerit. de fi de noſtra nihil dubites: tibique perſuadeas in omnem cuētum nos promptos & alacres fore: neque ſolum quæ imperaueris facturos: ſed ſiue fines tueri: ſiue regnum ꝓlatare uolueris omne nos periculum atq; diſcrimen ſubituros. Ac cio ita parebimus atq; tibi: ꝓ quo iuuando atq; defendendo fortunas omnes noſtras & uitam (ſi oportuerit) exponere non recuſabimus. Gratias illis Ga leatius ꝓ fide & liberali animo atq; obſequio magna inſuper pollicitus egit:

atq; ſtatim Mediolanū uerſus ire pergit. Iam Cardanus Augūſtæ arcē opere & munitionibus circūuallauerat machinis & tormentis muros diſcutiens: naues præterea acciuerat ad cuſtodiendū ne quis qua fluuius alluebat cōmeare ad obſeſſos poſſet. deinde cū plus militū ad eum acceſſiſſet Padū traiicit: atq; in loco q non amplius mille paſſus a fluuio abeſt: Bacciaſorū uicū appellāt: conſedit perculſi accolę: nā opportunitate loci circūiacentia omnia facile barbarus depredari poterat: ad Spinolā & Marcū protinus cōcurrunt. rogant ut hoſti ſe opponant. continuo copias hi contrahunt: tū ſocios & amicos accerſunt. Ingens aduenerat uoluntariorū peditū multitudo. ita cōparato maiore exercitu Cardano occurrunt: atq; haud longe ab hoſte caſtra muniunt: equitatu pene pares utriq; erant. Præſtabat Vicecomes peditū numero: paucos dies prœlia ſine ullo certo euentu faciunt. nanq; Cardanus ubi ſuſtinere impetū & uim hoſtis non poterat: in uicū ſe recipiebat. a feroci barbaro munitionibus caſtrorū Spinola & Marcus ſe tuebantur. Iam Galeacius Mediolanū ac ceſſerat. dies Ioannis baptiſtæ aderat natalis. Mattheus ſalutandi tēpli gratia quod ſub Ioannis nomine religioſum & opulentū habetur: Moguntiā profectus eſt. ibi in Langorē incidit. iamq; uires deficiebant. in monaſteriū propinquū Craſſenzagi defertur. Acceſſere ad eū filii: quos uix hortatus ut pacē & ueniā a pontifice expoſcerent: moritur ſeptuageſimo & ſecundo ætatis anno: ut fere in omnibus annalibus proditū eſt. quanq; ſunt qui ſcribāt duodecoctogin ta annos natum. mors eius tantiſper celata: donec ea filii cōpararent quę muniendo regno firmandiſq; opibus idonea erāt. Sepultus eſt ſine pompa funeris Craſſenzagi uel ut alii in claræ uallis templo. Sepulchrū ignotū māſit obtrā pontificis & metu execrationū. Nā quod in actis inquiſitorū adhuc extat in mortuū Ioannes pōtifex deſęuiit per litteras quas exempla legimus: populis pręcipit ut illius oſſa de ſepulchro eruta diſpergāt: eos deteſtatus atque execratus qui quominus id fieret repugnaſſent. Cæterū ſi candidi rerū iudices iuſta eſtimare uoluerimus: Mattheū cuicunq; græco: aut romano: abſit inuidia uerbo: cōparabimus: & tam ignoſcant mihi illorū manes q̄ nemo dicat ut uiuentibus blandiar: me hæc ſcribere: noſtrū non eſt mentiri: aut quod pleriq; faciunt ſcriptores: aliquid famæ affingere: aut nudę narrationi addere. Regia progenitus ſtirpe: cuius maiores metu externorū regū inglorii & ignoti uixere: maioris patrui in exilio & militiæ comes: laborūque ſocius: reducta in patriā nobilitate illius primū auſpitio: tum ſuo ductu bella cū finitimis proſpere geſſit. procuratione rerū accepta: rempu. magnifice ac moderate adminiſtrauit: & quanuis armis aſſuetus foret: nunq; tamē ferox aut ſæuus fuit. parta ſecuritate mitis. factionibus adhuc ciues agitabant. inſidiæ ſuberāt domeſtico rū inuidia. ſuſpecta fides. inimica erant domi arma. omnia hęc ſicut prudēter cauit: ita ciuili animo tulit. præteritas iniurias uix agnouit: raro ultus: & dum

nimis concordiæ ciuiũ indulget: impia arma perosus: ab eo cui fiduciarium regnũ tradiderat patria & fortunis eiicitur. Conspirauerãt propinqui cognati & finitimarũ urbium principes. domo profugus: egens & mẽdicus in peregrina terra primũ alienis impensis cũ uitam degeret: nemini unq̃ infra dignitatẽ supplex fuit. iã deplorata omnia cernebat. nunquid uotis aduersarios interfecit? minime sane. nanq̃ turbã & conspectũ hominũ declinans in abdito secessu retibus & piscatione calamitatẽ suã consolans: intrepidus semper & cõtra aduersa erectus nunq̃ spem recuperãdi regni abiecit: id quod nobili & celebri responso quod Guidoni p nuntiũ illudenti dedit: testatũ manet. extrema illũ mala obruerant: exiliũ & egestas fatigabant: filii domo fugati: cognati & partium studiosi in summo periculo atq̃ discrimine oberrantes. emersit tãdẽ de profundo miseriarũ fortis constans & prudens senex: quẽ alterna reuisens lusit: & in solido rursus fortuna locauit. Declamator q̃dã mutationẽ fortunæ in Mario admiratus inquit. quis crederet Marium super crepidinẽ sedentem aut fuisse aut futurũ consulẽ: qui minus declamare licet? quis existimaret Matheũ in intimo Benaci angulo retia texentẽ: & subinde piscantem aut fuisse Mediolani dominũ: aut mox recuperatis opibus late regnaturũ. Certasse in hoc uiro uirtus & fortuna mihi uidentur: ut quantũ illa de opibus & potẽtia auferret: tantũ altera in animi magnitudine & cõstãtia reponeret: donec utraq̃ amice coniurauit. Ergo peregrino fauore & factionis opibus in patriã restitutus cũ detecta coniuratione & barbaro cædibus gaudente licuisset in æmulos potẽtatꝰ desęuire: germanico furori intercessit: ciues inter cruẽtos gladios humanitatis admonere & ut finẽ cędibus facerent hortari: ne dulcedine uindictæ patriã perditũ irent. uix eorũ bona & fortunas diripi passus: cũ quibus de potentatu & salute dimicasset: & cũ in ditionẽ & imperiũ suum opulẽtissimã ciuitatẽ uicinosq̃ populos redegisset inuidioso domini nomine abstinuit: procuratoris appellatione cõtentus. Agente adhuc in Lõgobardis Henrico paululũ remissa erant odia: resq̃ pacatiores sperabant. Illo mortuo rursus ad intestina certamina funestaq̃ bella Hetrusci Ligures & Longobardi redeunt. factio pontificia ingruẽte exulũ multitudine succumbebat. ea Roberto regi se addixit: in cuius armis & opibus spem omnem Guelphi per uniuersam Italiã reposuerant: socios & eos omnes: qui in fidẽ & ditionẽ suã uenerant Matheus subleuauit: atq̃ tutatus est: uires & arma aduersariorũ acie tum suo: tũ filiorum auspicio & ductu sępius profligauit. quo pacto debellari rex posset: ostẽdit. Gallorũ & Germanorũ reguli accitu põtificis & magnis pollicitatiõibus onerati aduersus Vicecomitem descenderant auro & prudenti cõsilio ut trans alpes exercitũ reducerent: nulla re egregie gesta effecit. Duo pontifices Clemens & Ioannes Roberto post Henricici obitũ ad imperiũ sub procurationis titulo uiam affectabãt. quo tẽpore urbẽ p causam uiolati sacerdotii Ioan

nes sacris interdixerat. Restitit Mattheus ne scilicet Germani Cęsares suo iu re fraudarentur: suæq; factionis uires & opes affligerentur: neue ipse in seruitu tem caderet. iratus pontifex quia parum hominũ uires & arma proficerent: diris execrabilibus Mattheũ insectatur: populos promissa criminũ uenia ad illius & gentis excidium prouocabat. exterminatus cũ ignominia e grege & numero piorum erat semel atq; iterum per urbes Italię horrenda edicta publi cabantur. nunquid Mattheus tot contumeliis affectus: & in periclitatione re rũ auctoritatẽ põtificis contempsit? minime sane. p Legatos pacẽ petiuit ab Ioanne: qui factus iratior: quasi potestati illuderet illum idicta causa de impio & nefario crimine condemnat. O mira Matthei in prędẽ sacrorũ reuerẽtia. O patientia nunq̃ alias cognita. O mite & mansuctũ hominis ingeniũ. nihil aut cogitauit: aut molitus est: quo maiestas summi sacerdotis lædi uideretur. non reddítus sacerdotiorũ intercepit. non templa spoliauit. non uim ullã religiosis uiris: & iis qui pontifici obsequebãtur intulit. pie semper ac cũ metu de primoribus sacerdotũ loquebatur. impotentẽ pontificis iniuriam onerabat in uidia. iniusum Ioannẽ faciebat. summũ illud in augendo Roberto studiũ intolerabile erat exemplũ. degenerauerat ab ea charitate quæ propia & peculiaris pontificũ fuerat. quo nomine factum credo: ut pleriq; mortaliũ in partibus cõtra pontificis edicta perseuerauerint: neq; militiã quã sub Vicecomite semel professi fuerant iurarint: quin etiã fœminæ deũ metuẽtiores minas irati pontificis nõ expauere. Sed quid non facit uel rex̃ insciția uel magis liuor? est quædam innata malignitas: quę partiũ studio bonũ alioquin hominẽ a recto & iusto iudicio plerunq; auertit. Antonius florentini sacri antistes glorię Vicecomitũ infestissimus: acerbius q̃ bono uiro cõueniat Mattheũ lacerat & ceu expiabilis noxæ reũ non capitis sed ętern̄ę pœnæ cõdemnat. De cuius obitu in spaciosis illis uoluminibus hęc scribit. Dñs Mattheus Vicecomes Vigesimo sexto Iunii die moritᵉ: cuius anima sepulta est in inferno. mortuus est enim scismaticus & hereticus. odiosa sane uerba & ab improbo homine prolata. Nũquid Mattheus uir alias bonus & pietatis eximiæ facti pœnitẽs ueniam criminis demereri no potuit? Quid non? si quã noxam dum pontifici aduersatur cõmeruit eam expiare & mercede magna luere paratus tentauit. filiis: ut apud idoneũ scriptorẽ inuenio: moriens mandauit ut iratũ pontificẽ lenirent: illiq; obtemperarent. Sprenit expiationẽ & pœnitẽtiã facti Ioannes repetitaq; execratione acerbius in mortuũ & filios desęuiit: proterea quod Vicecomites ad necessitatẽ deponendi regni subigere annitebatur. Præterea Ioannes archiepiscopus cũ Bernaba & Galeacio a Stephano progenitis: ut publicis monumentis testatũ manet: nũcios legitime institutos & procuratores cũ mandatis ad Innocentiũ sextũ misere: qui affirmarent planumq; facerent Mattheũ semper de fide recte sensisse: sinceroq; animo & pura mente deum

omnipotentem coluisse: neque quicq̃ aut fecisse: aut dixisse: in quo uera religio polluta: aut pontificium numen læsum existimari posset. hactenus pontifici reluctatus: dum opes seruat: regnumq; defendit: ne principatu deiectus de nuo exularet: aut in manus inimicorũ ueniret. Quod autem ad dictionẽ causæ uocatus neq; in Gallias ad pontificem: neq; Hastam ad legatum accesserit: non per contumaciam id fecit: aut quod auctoritati pontificis non obtemperare uellet. Sed quia senio confectus in longinquas terras uenire uix posset eaq; loca petere oporteret: in quibus aduersa factio: & ii plurimum pręstarent quibuscum de imperio & uita demicasset. Sub mortem uero quod boni uiri & christiani foret: cuidenti confessione ueniã & absolutionem eorũ petisset: si quæ aduersus uoluntatem & edicta pontificis commisisset: atq; ita illius ossa & cineres sacrũ in locũ recipi debere. Sed cur Antoninus in damnando Matheo tam curiosus & petulans eam expiationẽ non commemorat: quę adhuc Mediolani: Papię: Cremonę: Bergomi: & Nouariæ: quotannis representatur: ut quod equidem legerim aut audiuerim regum nullus aut quicunq; alius populis imperauerit obedientius: & supplíciter magis: Sacerdotum imperata fecerit. Theodosium celebrant quod ingressu templi a diuo Ambrosio prohibitus nihil quicquam irati animi ostenderit. Vicecomitum proceres iam supra centum & quinquaginta annos patiuntur æquo animo cõmemorationem in æde diui Ambrosii fieri duobus in locis extructa est. ara designati redditus ad alimenta sacerdotum: piacularis itẽ panis esuriẽti turbę xii Calendas aprí les díluculo erogatur. Peregrini quidam nescíi quantũ ad regna defendenda referat: deum pie colere & príncipibus sacerdotũ parere: multum de amplitudine imperii tolli putant. Frustrentur alii reuerentiam sacerdotii. nostri duces quorum inclyta est religiothonori & glorię hoc ducũt. Quid obsecro ad propitiandum deum efficacius q̃ pati sub oculis nostris talia fieri? Cur hęc suppresserit Antoninus: liuore an iniuria haud facile dixerim. Vtinam intra cancellos philosophorum & theologorum se continuisset: neq; historiam attigisset. forsan famę & quieti populorum melius consuluisset. Sopita odia excitat. senescentes discordias renouat. dum causas & origines ciuilium dissensionum & certaminum longius repetit: & uberius explicat: uulnera refricat: & ad uindictę studium mentes iniuriarum oblitas suscitat: & accendit. Sed nimis de Antonino. Ad te Matthee reuertor: cui recentiores Europę proceres a te progeniti assurgere debent. te filii etiam atq; nepotes quorum pręclara facinora continenti quodam tenore per tot annos edita fuere: faciũt: ut priscos heroas æquare: imo uero anteire possis. Galeacius ab gallorũ cãtu: qui Othoni victoriam portẽderum appellatus: unde auspicatissima regnantium nomina. Marcus exulãtium Ligurum defensor: & indefessus Roberti oppugnator. Luchinus Soloni aut Pompilio iure comparandus. Leges hic condidit: ad quarum

Galeacius unde

præscripta nobilissima Italiæ ps publica negotia administrat:& prætores in hæc usq; tempora iudicia reddunt & quæstiones exercent:& proinde cognomen iusti tenet: Ioannes Archiepiscopus quo nullus sacerdos in Italia opulentior & potētior unq̄ fuit:Stephanus a quo inuicti nostri duces.Qua generosa & fortunata prole ductus.Facius ubertus Priamo:& Matthatię te opponere:& quinq; tuos filios decem heroibus magis anteponere q̄ comparare audet:Franciscus Petrarcha tuæ ætatis te prudētissimum prædicat:& si bene cōiecto Mario te comparat.in priuatis & publicis multarum urbium monumētis prudentiæ palma tibi datur . ita duo cognomina magni & sapientis sortitus es quod cui contigerit: haud equidem legi . Deniq; te patres & aui incomparabilem habuere:Sed nostra ætas unum tulit Franciscum Sfortiam: quem in contentionem adducere nō uerebor siue prolem nobilissimam respexeris:siue quia regnum:quod in Longobardis constituisti:Franciscus Sfortia morte soceri amissum recuperauit:ut alter regni cōditor:rerumq; salus altera uocari mereatur.Vos autem illustres animæ haud equidem ambigo:quin cōtinuis nepotum successionibus capiamini:supremaq; sit uestra beatitas: quotiens ab iis qui ad uos ueniunt:nomen genus:& amplitudinem regni durare discitis.Sed hoc tempore quanto gaudio in beatorum sedibus uos frui credo quo Ludouicus Maria Sfortia Vicecomes Res ita gubernat:ut Italię dux & moderator celebretur:memoriamq; uestram obscuram & pene intermortuā e tenebris in lucem & uitam ita reuocat:ut semper clara eternaq; futura sit.

FINIS.

De que fue hecho
qual quiera de Ber
y que quiere que fue